*Damnant Pelagianos et alios, qui docent, quod sine Spiritu Sancto, solis naturæ viribus possumus Deum super omnia diligere; item præcepta Dei facere, quoad substantiam actuum. Quamquam enim externa opera aliquo modo efficere natura possit, potest enim continere manus a furto, a cede: tamen interiores motus non potest efficere, ut timorem Dei, fiduciam erga Deum, castitatem, patientiam, etc.<sup>1</sup>*

begin or to perform any thing in matters pertaining to God, but only in works belonging to this present life, whether they be good or evil. By good works, I mean those which are of the goodness of nature; as to will to labor in the field, to desire meat or drink, to desire to have a friend, to desire apparel, to desire to build a house, to marry a wife, to nourish cattle, to learn the art of divers good things, to desire any good thing pertaining to this present life; all which are not without God's government, yea, they are, and had their beginning from God and by God. Among evil things, I account such as these: to will to worship an image; to will manslaughter, and such like.'

They condemn the Pelagians and others, who teach that by the powers of nature alone, without the Spirit of God, we are able to love God above all things; also to perform the commandments of God, as touching the substance of our actions. For although nature be able in some sort to do the external works (for it is able to withhold the hands from theft and murder), yet it can not work the inward motions, such as the fear of God, trust in God, chastity, patience, and such like.

<sup>1</sup> The wording of this article is considerably changed in the edition of 1540.

ART. XIX.—*De Causa Peccati.*

*De causa peccati docent, quod tametsi Deus creat et conservat naturam, tamen causa peccati est voluntas malorum, videlicet diaboli et impiorum, quæ non adjuvante Deo avertit se a Deo, sicut Christus ait (John viii. 44): Cum loquitur mendacium, ex se ipso loquitur.*

ART. XX.—*De Bonis Operibus.*<sup>1</sup>

*Falso accusantur nostri, quod bona opera prohibeant. Nam scripta eorum, quæ extant de decem præceptis, et alia simili argumento testantur, quod utiliter docuerint de omnibus vitæ generibus et officiis, quæ genera vitæ, quæ opera in qualibet vocatione Deo placeant. De quibus rebus olim parum docebant Concionatores, tantum puerilia et non necessaria opera urgebant, ut certas ferias, certa jejunia, fraternitates, peregrinationes, cultus Sanctorum, rosaria, monachatum et similia. Hæc adversarii nostri admoniti nunc dediscunt, nec perinde prædicant hæc inutilia opera, ut olim. Præterea incipiunt fidei mentionem facere, de qua olim mirum erat silentium. Docent nos non tantum operibus justificari, sed conjungunt fidem*

ART. XIX.—*Of the Cause of Sin.*

Touching the cause of sin, they teach that, although God doth create and preserve nature, yet the cause of sin is the will of the wicked; to wit, of the devil and ungodly men; which will, God not aiding, turneth itself from God, as Christ saith: 'When he speaketh a lie, he speaketh of his own' (John viii. 44).

ART. XX.—*Of Good Works.*

Ours are falsely accused of forbidding good works. For their writings extant upon the Ten Commandments, and others of the like argument, do bear witness that they have to good purpose taught concerning every kind of life, and its duties; what kinds of life, and what works in every calling, do please God. Of which things preachers in former times taught little or nothing: only they urged certain childish and needless works; as, keeping of holidays, set fasts, fraternities, pilgrimages, worshipping of saints, the use of rosaries, monkery, and such like things. Whereof our adversaries having had warning, they do now unlearn them, and do not preach concerning these unprofitable works, as they were wont. Besides, they begin now to make mention of faith, concerning which

<sup>1</sup> This article is enlarged to more than double its original size in the altered edition of 1540.

*et opera, et dicunt, nos fide et operibus justificari. Quæ doctrina tolerabilior est priore, et plus afferre potest consolationis, quam vetus ipsorum doctrina.*

*Cum igitur doctrina de fide, quam oportet in Ecclesia præcipuam esse, tam diu jacuerit ignota, quemadmodum fateri omnes necesse est, de fidei justitia altissimum silentium fuisse in concionibus, tantum doctrinam operum versatam esse in ecclesiis, nostri de fide sic admonuerunt ecclesias :*

*Principio, quod opera nostra non possint reconciliare Deum, aut mereri remissionem peccatorum et gratiam et justificationem, sed hanc tantum fide consequimur, credentes, quod propter Christum recipiamur in gratiam, qui solus positus est Mediator et Propitiatorum (1 Tim. ii. 5), per quem reconcilietur Pater. Itaque qui confidit, operibus se mereri gratiam, is aspernatur Christi meritum et gratiam, et querit sine Christo humanis viribus viam ad Deum, cum Christus de se dixerit (John xiv. 6): Ego sum via, veritas et vita.*

there was formerly a deep silence. They teach that we are not justified by works alone; but they conjoin faith and works, and say we are justified by faith and works. Which doctrine is more tolerable than the former one, and can afford more consolation than their old doctrine.

Whereas, therefore, the doctrine of faith, which should be the chief one in the Church, hath been so long unknown, as all men must needs grant, that there was the deepest silence about the righteousness of faith in their sermons, and that the doctrine of works was usual in the churches; for this cause our divines did thus admonish the churches:

First, that our works can not reconcile God, or deserve remission of sins, grace, and justification at his hands, but that these we obtain by faith only, when we believe that we are received into favor for Christ's sake, who alone is appointed the Mediator and Propitiatory, by whom the Father is reconciled. He, therefore, that trusteth by his works to merit grace, doth despise the merit and grace of Christ, and seeketh by his own power, without Christ, to come unto the Father; whereas Christ hath said expressly of himself, 'I am the way, the truth, and the life' (John xiv. 6).

*Hæc doctrina de fide ubique in Paulo tractatur (Eph. ii. 8): Gratia salvi facti estis per fidem, et hoc non ex vobis, Dei donum est, non ex operibus, etc. Et ne quis cavillettur, a nobis novam Pauli interpretationem excogitari, tota hæc causa habet testimonia Patrum. Nam Augustinus multis voluminibus defendit gratiam et justitiam fidei contra merita operum. Et similia docet Ambrosius de vocatione gentium, et alibi. Sic enim inquit de vocatione gentium: Vilesce- ret redemptio sanguinis Christi, nec misericordiæ Dei humanorum operum prerogativa succumberet, si justificatio, quæ fit per gratiam, meritis precedentibus deberetur, ut non munus largientis, sed merces esset operantis.*

*Quonquam autem hæc doctrina contemnitur ab imperitis, tamen experiuntur piæ ac pavidæ conscientiæ, plurimum eam consolationis afferre, quia conscientie non possunt reddi tranquillæ per ulla opera, sed tantum fide, cum certo statuunt, quod propter Christum habeant placatum Deum; quemadmodum Paulus docet*

This doctrine of faith is handled by Paul almost every where: 'By grace ye are saved through faith, and that not of yourselves: it is the gift of God, not of works' (Eph. ii. 8, 9). And lest any here should cavil, that we bring in a new-found interpretation, this whole cause is sustained by testimonies of the Fathers. Augustine doth in many volumes defend grace, and the righteousness of faith, against the merit of works. The like doth Ambrose teach in his book, *De Vocatione Gentium*, and elsewhere; for thus he saith of the calling of the Gentiles: 'The redemption made by the blood of Christ would be of small account, and the prerogative of man's works would not give place to the mercy of God, if the justification which is by grace were due to merits going before; so as it should not be the liberality of the giver, but the wages or hire of the laborer.'

This doctrine, though it be contemned of the unskillful, yet godly and fearful consciences find by experience that it bringeth very great comfort: because that consciences can not be quieted by any works, but by faith alone, when they believe assuredly that they have a God who is propitiated for Christ's sake; as St. Paul teacheth, 'Being justified

(Rom. v. 1): *Justificati per fidem, pacem habemus apud Deum. Tota hæc doctrina ad illud certamen perterrefactæ conscientiæ referenda est, nec sine illo certamine intelligi potest. Quare male judicant de ea re homines imperiti et prophani, qui Christianam justitiam nihil esse somniant, nisi civilem et philosophicam justitiam.*

*Olim vexabantur conscientiæ doctrina operum, non audiebant ex Evangelio consolationem. Quosdam conscientia expulit in desertum, in monasteria, sperantes ibi se gratiam merituros esse per vitam monasticam. Alii alia excogitaverunt opera ad promerendam gratiam et satisfaciendum pro peccatis. Ideo magnopere fuit opus, hanc doctrinam de fide in Christum tradere et renovare, ne deesset consolatio pavidis conscientiis, sed scirent fide in Christum apprehendi gratiam et remissionem peccatorum et justificationem.*

*Admonentur etiam homines, quod hic nomen fidei non significet tantum historiæ notitiam, qualis est in impiis et diabolo, sed significet fidem, quæ credit non tantum historiam, sed etiam*

by faith, we have peace with God' (Rom. v. 1). This doctrine doth wholly belong to the conflict of a troubled conscience; and can not be understood, but where the conscience hath felt that conflict. Wherefore, all such as have had no experience thereof, and all that are profane men, who dream that Christian righteousness is naught else but a civil and philosophical righteousness, are poor judges of this matter.

Formerly men's consciences were vexed with the doctrine of works; they did not hear any comfort out of the Gospel. Whereupon conscience drove some into the desert, into monasteries, hoping there to merit grace by a monastical life. Others devised other works, whereby to merit grace, and to satisfy for sin. There was very great need, therefore, to teach and renew this doctrine of faith in Christ; to the end that fearful consciences might not want comfort, but might know that grace, and forgiveness of sins, and justification, are received by faith in Christ.

Another thing, which we teach men, is that in this place the name of FAITH doth not only signify a knowledge of the history, which may be in the wicked, and in the devil, but that it signifieth a faith



*effectum historice, videlicet hunc articulum, remissionem peccatorum, quod videlicet per Christum habeamus gratiam, justitiam et remissionem peccatorum. Jam qui scit, se per Christum habere propitium Patrem, is vere novit Deum, scit, se ei curæ esse, invocat eum; denique non est sine Deo, sicut gentes. Nam diaboli et impii non possunt hunc articulum credere, remissionem peccatorum. Ideo Deum tanquam hostem oderunt, non invocant eum, nihil boni ab eo expectant. Augustinus etiam de fidei nomine hoc modo admonet lectorem et docet, in Scripturis nomen fidei accipi, non pro notitia, qualis est in impiis, sed pro fiducia, quæ consolatur et erigit perterrefectas mentes.*

*Præterea docent nostri, quod necesse sit bona opera facere, non ut confidamus per ea gratiam mereri, sed propter voluntatem Dei. Tantum fide apprehenditur remissio peccatorum ac gratia. Et quia per fidem accipitur Spiritus Sanctus, jam corda renovantur et induunt novos affectus, ut parere bona opera*

which believeth, not only the history, but also the effect of the history; to wit, the article of remission of sins; namely, that by Christ we have grace, righteousness, and remission of sins. Now he that knoweth that he hath the Father merciful to him through Christ, this man knoweth God truly; he knoweth that God hath a care of him; he loveth God, and calleth upon him; in a word, he is not without God, as the Gentiles are. For the devils and the wicked can never believe this article of the remission of sins; and therefore they hate God as their enemy; they call not upon him, they look for no good thing at his hands. After this manner doth Augustine admonish the reader touching the name of Faith, and teacheth that this word Faith is taken in Scriptures, not for such a knowledge as is in the wicked, but for a trust, which doth comfort and lift up disquieted minds.

Moreover, ours teach that it is necessary to do good works; not that we may trust that we deserve grace by them, but because it is the will of God that we should do them. By faith alone is apprehended remission of sins and grace. And because the Holy Spirit is received by faith, our hearts are now renewed, and so put on new affec-

*possint. Sic enim ait Ambrosius: Fides bonæ voluntatis et justæ actionis genitrix est. Nam humanæ vires, sine Spiritu Sancto, plene sunt impiis affectibus, et sunt imbecilliores, quam ut bona opera possint efficere coram Deo. Ad hæc, sunt in potestate diaboli, qui impellit homines ad varia peccata, ad impias opiniones, ad manifesta scelera. Quemadmodum est videre in philosophis, qui et ipsi conati honeste vivere, tamen id non potuerunt efficere, sed contaminati sunt multis manifestis sceleribus. Talis est imbecillitas hominis, cum est sine fide et sine Spiritu Sancto, et tantum humanis viribus se gubernat.*

*Hinc facile apparet, hanc doctrinam non esse accusandam, quod bona opera prohibeat, sed multo magis laudandam, quod ostendit, quomodo bona opera facere possimus. Nam sine fide nullo modo potest humana natura primi aut secundi præcepti opera facere. Sine fide non invocatur Deus, a Deo nihil expectat, non tollerat crucem, sed querit humana præsidia, confidit humanis præsiidiis. Ita regnant in cordis omnes cupiditates et humana consilia, cum abest fides et fiducia erga Deum.*

tions, so that they are able to bring forth good works. For thus saith Ambrose: 'Faith is the begetter of a good will and of good actions.' For man's powers, without the Holy Spirit, are full of wicked affections, and are too weak to perform any good deed before God. Besides, they are in the devil's power, who driveth men forward into divers sins, into profane opinions, and into heinous crimes; as was to be seen in the philosophers, who, assaying to live an honest life, could not attain unto it, but were defiled with many heinous crimes. Such is the weakness of man, when he is without faith and the Holy Spirit, and hath no other guide but the natural powers of man.

Hereby every man may see that this doctrine is not to be accused, as forbidding good works; but rather is much to be commended, because it showeth after what sort we must do good works. For without faith the nature of man can by no means perform the works of the First or Second Table. Without faith, it can not call upon God, hope in God, bear the cross; but seeketh help from man, and trusteth in man's help. So it cometh to pass that all lusts and human counsels bear sway in the heart so long as faith and trust in God are absent.

*Quare et Christus dixit: Sine me nihil potestis facere* (John xv. 5). *Et Ecclesia canit: Sine tuo numine nihil est in homine, nihil est innoxium.*

ART. XXI.—*De Cultu Sanctorum.*<sup>1</sup>

*De cultu Sanctorum docent, quod memoria Sanctorum proponi potest, ut imitemur fidem eorum et bona opera juxta vocationem; ut Cæsar imitari potest exemplum Davidis in bello gerendo ad depellendos Turcas a patria. Nam uterque Rex est. Sed Scriptura non docet invocare Sanctos, seu petere auxilium a Sanctis; quia unum Christum nobis proponit mediatorem, propitiatorium, pontificem et intercessorem. Hic invocandus est, et promisit, se exauditurum esse preces nostras, et hunc cultum maxime probat, videlicet, ut invocetur in omnibus afflictionibus* (1 John ii. 1). *Si quis peccat, habemus advocatum apud Deum, etc.*

ART. XXII.

*Hæc fere summa est doctrinæ apud nos, in qua cerni potest, nihil inesse, quod discrepet a Scripturis, vel ab Ecclesia Catholica,*

Wherefore, also, Christ saith, 'Without me ye can do nothing' (John xv. 5), and the Church singeth, 'Without thy power is naught in man, naught that is innocent.'

ART. XXI.—*Of the Worship of Saints.*

Touching the worship of saints, they teach that the memory of saints may be set before us, that we may follow their faith and good works according to our calling; as the Emperor may follow David's example in making war to drive away the Turks from his country; for either of them is a king. But the Scripture teacheth not to invoke saints, or to ask help of saints, because it propoundeth unto us one Christ the Mediator, Propitiatory, High-Priest, and Intercessor. This Christ is to be invocated, and he hath promised that he will hear our prayers, and liketh this worship especially, to wit, that he be invocated in all afflictions. 'If any man sin, we have an advocate with God, Jesus Christ the righteous' (1 John ii. 1).

ART. XXII.

This is about the sum of doctrine among us, in which can be seen that there is nothing which is discrepant with the Scriptures, or with the

<sup>1</sup> Considerably enlarged in the edition of 1540.

*vel ab Ecclesia Romana quatenus ex scriptoribus [aus der Väter Schrift] nota est. Quod cum ita sit, inclementer judicant isti qui nostros pro hæreticis haberi postulant. Sed dissensio est de quibusdam [Traditionen und] abusibus, qui sine certa autoritate in ecclesias irrepserunt, in quibus etiam, si qua esset dissimilitudo, tamen decebat hæc lenitas episcopos, ut propter Confessionem, quam modo recensuimus, tolerarent nostros, quia ne Canones quidem tam duri sunt, ut eosdem ritus ubique esse postulent, neque similes unquam omnium ecclesiarum ritus fuerunt. Quamquam apud nos magna ex parte veteres ritus diligenter servantur. Falsa enim calumnia est, quod omnes ceremonie, omnia vetera instituta in ecclesiis nostris aboleantur. Verum publica querela fuit, abusus quosdam in vulgaribus ritibus hære. Hi, quia non poterant bona conscientia probari, aliqua ex parte correcti sunt.<sup>1</sup>*

Church Catholic, or even with the Roman Church, so far as that Church is known from writers [the writings of the Fathers]. This being the case, they judge us harshly who insist that we shall be regarded as heretics. But the dissension is concerning certain [traditions and] abuses, which without any certain authority have crept into the churches; in which things, even if there were some difference, yet would it be a becoming lenity on the part of the bishops that, on account of the Confession which we have now presented, they should bear with us, since not even the Canons are so severe as to demand the same rites every where, nor were the rites of all churches at any time the same. Although among us in large part the ancient rites are diligently observed. For it is a calumnious falsehood, that all the ceremonies, all the things instituted of old, are abolished in our churches. But the public complaint was that certain abuses were connected with the rites in common use. These, because they could not with good conscience be approved, have to some extent been corrected.

<sup>1</sup> The first sentence of the conclusion of Part I. is much longer in the German text: '*Dies ist fast die Summa der Lehre, welche in unsern Kirchen zu rechtem christlichem Unterricht und Trost der Gewissen, auch zu Besserung der Gläubigen gepredigt und gelehret ist,*' etc. The rest also differs considerably.

## PARS II.

ARTICULI IN QUIBUS RECENSENTUR  
ABUSUS MUTATI.

*Cum ecclesiis apud nos de nullo articulo fidei dissentiant ab Ecclesia Catholica [nicht gelehret wird zuwider der heiligen Schrift, oder gemeiner christlichen Kirchen], tantum paucos quosdam abusus omittant, qui novi sunt [etliche Missbräuche, welche zum Theil mit der Zeit selbst eingerissen, zum Theil mit Gewalt aufgerichtet] et contra voluntatem Canonum vitio temporum recepti, rogamus, ut Cæsarea Majestas clementer audiat, et quid sit mutatum, et quæ fuerint causæ, quo minus coactus sit populus illos abusus contra conscientiam observare.*

*Nec habeat fidem Cæsarea Majestas istis, qui, ut inflamment dia hominum adversus nostros, iras calumnias spargunt in populum. Hoc modo irritatis animis bonorum virorum initio præbuerunt occasionem huic dissidio, et eadem arte conantur nunc augere discordias. Nam Cæsarea Majestas haud dubie comperiet tolerabiliorem esse formam et doctrinæ et ceremoniarum apud nos, quam qualem homines iniqui et malevoli de-*

## PART SECOND.

ARTICLES IN WHICH ARE RECOUNTED  
THE ABUSES WHICH HAVE BEEN  
CORRECTED.

Inasmuch as the churches among us dissent in no article of faith from [the holy Scriptures, or] the Church Catholic [the Universal Christian Church], and only omit a few of certain abuses, which are novel [in part have crept in with time, in part have been introduced by violence], and, contrary to the purport of the Canons, have been received by the fault of the times, we beg that Your Imperial Majesty would clemently hear both what ought to be changed and what are the reasons that the people ought not to be forced against their consciences to observe those abuses.

Nor should Your Imperial Majesty have faith in those who, that they may inflame the hatred of men against us, scatter amazing slanders among the people. In this way, the minds of good men being angered at the beginning, they gave occasion to this dissension, and by the same art they now endeavor to increase the discords. For beyond doubt your Imperial Majesty will find that the form, both of doctrines and of ceremonies, among us is far more tolerable than that

*scribunt. Porro veritas ex vulgi rumoribus aut maledictis inimicorum colligi non potest. Facile autem hoc judicari potest, nihil magis prodesse ad dignitatem ceremoniarum conservandam et alendam reverentiam ac pietatem in populo, quam si ceremoniæ rite fiant in ecclesiis.*

ART. I.—*De Utraque Specie.*<sup>1</sup>

*Laicis datur utraque species Sacramenti in Cæna Domini, quia hic mos habet mandatum Domini (Matt. xxvi. 27): Bibite ex hoc omnes. Ubi manifeste præcepit Christus de poculo, ut omnes bibant; et ne quis possit cavillari, quod hoc ad sacerdotes tantum pertineat, Paulus ad Corinth. (1 Cor. xi. 26) exemplum recitat, in quo apparet, totam Ecclesiam utraque specie usam esse. Et diu mansit hic mos in Ecclesia, nec constat, quando aut quo autore mutatus sit; tametsi Cardinalis Cusanus recitet, quando sit approbatus.<sup>2</sup> [Und dieser Brauch ist lange Zeit in der Kirchen blieben, wie man durch*

which these wicked and malicious men describe. The truth, moreover, can not be gathered from common rumors and the reproaches of enemies. But it is easy to judge this, that nothing is more profitable to preserve the dignity of ceremonies and to nurture reverence and piety among the people than that the ceremonies should be rightly performed in the churches.

ART. I.—*Of both Kinds [in the Lord's Supper].*

Both kinds of the Sacrament in the Lord's Supper are given to the laity, because that this custom hath the commandment of the Lord: 'Drink ye all of this' (Matt. xxvi. 27); where Christ doth manifestly command concerning the cup that all should drink. And that no man might cavil that this doth only pertain to the priests, the example of Paul to the Corinthians witnesseth that the whole Church did use both kinds in common (1 Cor. xi. 28). And this custom remained a long time in the Church; neither is it certain when or by what authority it was changed; although the Cardinal de Cusa relates when it was approved. [And this custom remained a long

<sup>1</sup> In the edition of 1540 Melancthon changed the order of the articles, and put the Art. *De Missa* first.

<sup>2</sup> The German edition omits the reference to Cardinal Nicolas de Cusa (d. 1464), but adds the clause which follows.

*die Historien und der Väter Schriften beweisen kann]. Cyprianus aliquot locis testatur, populo sanguinem datum esse. Idem testatur Hieronymus, qui ait, sacerdotes Eucharistiæ ministrant, et sanguinem Christi populis dividunt. Imo Gelasius Papa mandat, ne dividatur Sacramentum (Dist. II. de Consecratione. Cap. Comperimus). Tantum consuetudo non ita vetus aliud habet. Constat autem, quod consuetudo, contra mandata Dei introducta, non sit probanda, ut testantur Canones (Dist. VIII. Cap. Veritate) cum sequentibus. Hæc vero consuetudo non solum contra Scripturam, sed etiam contra veteres Canones et exemplum Ecclesie recepta est. Quare si qui maluerunt utraque specie Sacramenti uti, non fuerunt cogendi, ut aliter facerent cum offensione conscientie. Et quia divisio Sacramenti non convenit cum institutione Christi, solet apud nos omitti processio, quæ hactenus fieri solita est.*

**ART. II.—De Conjugio Sacerdotum.**

*Publica querela fuit de exemplis Sacerdotum, qui non con-*

time in the churches, as may be proved from history and the writings of the Fathers.] Cyprian in certain places doth witness that the blood was given to the people; the same thing doth Jerome testify, saying, 'The priests do minister the Eucharist, and communicate the blood of Christ to the people.' Nay, Pope Gelasius commandeth that the Sacrament be not divided (*Dist. II., De Consecr. Cap. Comperimus*). Only a custom, not thus ancient, doth otherwise. But it is manifest that a custom, brought in contrary to the commandments of God, is not to be approved, as the Canons do witness (*Dist. VIII., Cap. Veritate*) with the words which follow. Now this custom has been received, not only against the Scripture, but also against the ancient Canons and the example of the Church. Therefore if any would rather use both kinds in the Sacrament, they are not to be compelled to do otherwise with the offense of their conscience. And because that the division of the Sacrament doth not agree with the institution of Christ, among us it is the custom to omit that procession which hitherto hath been in use.

**ART. II.—Of the Marriage of Priests.**

There was a common complaint of the examples of such priests as

*tinebant. Quam ob causam et Pius Papa dixisse fertur, fuisse aliquas causas, cur ademptum sit sacerdotibus conjugium, sed multo majores esse causas, cur reddi debeat; sic enim scribit Platina. Cum igitur sacerdotes apud nos publica illa scandala vitare vellent, duxerunt uxores, ac docuerunt, quod liceat ipsis contrahere matrimonium. Primum, quia Paulus dicit (1 Cor. vii. 2): Unusquisque habeat uxorem suam propter fornicationem. Item (9): Melius est nubere, quam uri. Secundo, Christus inquit (Matt. xix. 12): Non omnes capiunt verbum hoc; ubi docet, non omnes homines ad cœlibatum idoneos esse, quia Deus creavit hominem ad procreationem (Gen. i. 28). Nec est humane potestatis, sine singulari dono et opere Dei creationem mutare. Igitur qui non sunt idonei ad cœlibatum, debent contrahere matrimonium. Nam mandatum Dei et ordinationem Dei nulla lex humana, nullum votum tollere potest. Ex his causis docent Sacerdotes, sibi licere uxores ducere. Constat etiam, in Ecclesia veteri Sacerdotes fuisse maritos. Nam et Paulus ait (1 Tim. iii. 2), Episcopum eligendum esse, qui sit maritus. Et in Germa-*

were not continent. For which cause Pope Pius is reported to have said, that 'there were certain causes for which marriage was forbidden to priests, but there were many weightier causes why it should be permitted again;' for so Platina writeth. Whereas, therefore, the priests among us seek to avoid these public offenses, they have married wives, and have taught that it is lawful for them to enter into marriage. First, because that Paul saith, 'To avoid fornication, let every man have his wife;' again, 'It is better to marry than to burn' (1 Cor. vii. 2, 9). Secondly, Christ saith, 'All men can not receive this word' (Matt. xix. 11); where he showeth that all men are not fit for a single life, because that God created mankind male and female (Gen. i. 28). Nor is it in man's power, without a special gift and work of God, to alter his creation. Therefore such as are not meet for a single life ought to contract marriage. For no law of man, no vow, can take away the commandment of God and his ordinance. By these reasons the priests do prove that they may lawfully take wives. And it is well known that in the ancient churches priests were married. For Paul saith, 'That a bishop must be chosen which is a husband' (1 Tim.



*nia primum ante annos quadringentos Sacerdotes vi coacti sunt ad cœlibatum, qui quidem adeo adversati sunt, ut Archiepiscopus Moguntinus, publicaturus edictum Rom. Pontificis de ea re, pene ab iratis Sacerdotibus per tumultum oppressus sit. Et res gesta est tam incivilliter, ut non solum in posterum conjugia prohiberentur, sed etiam presentia, contra omnia jura divina et humana, contra ipsos etiam Canones, factos non solum a Pontificibus, sed a laudatissimis Synodis, distraherentur. Et cum senescente mundo paulatim natura humana fiat imbecillior, convenit prospicere, ne plura vitia serpent in Germaniam. Porro Deus instituit conjugium, ut esset remedium humane infirmitatis. Ipsi Canones veterem rigorem interdum posterioribus temporibus propter imbecillitatem hominum laxandum esse dicunt, quod optandum est, ut fiat et in hoc negotio. Ac videntur ecclesiis aliquando defuturi pastores, si diutius prohibeatur conjugium.*

*Cum autem extet mandatum Dei, cum mos Ecclesiæ notus*

iii. 2). And in Germany, not until about four hundred years ago, were the priests by violence compelled to live a single life; who then were so wholly bent against the matter, that the Archbishop of Mentz, being about to publish the Pope of Rome's decree to that effect, was almost murdered in a tumult by the priests in their anger. And the matter was handled so rudely, that not only were marriages forbidden for the time to come, but also such as were then contracted were broken asunder, contrary to all laws divine and human, contrary to the Canons themselves, that were before made not only by Popes, but also by most famous Councils. And seeing that, as the world decayeth, man's nature by little and little waxeth weaker, it is well to look to it, that no more vices do overspread Germany. Furthermore, God ordained marriage to be a remedy for man's infirmity. The Canons themselves do say that the old rigor is now and then in latter times to be released because of the weakness of men. Which it were to be wished might be done in this matter also. And if marriage be forbidden any longer, the churches may at length want pastors.

Seeing, then, that there is a plain commandment of God; seeing the

*sit, cum impurus cœlibatus plurima pariat scandala, adulteria et alia scelera, digna animadversione boni magistratus: tamen mirum est, nulla in re majorem exerceri sævitiam, quam adversus conjugium Sacerdotum. Deus præcepit honore afficere conjugium. Leges in omnibus rebus publicis bene constitutis, etiam apud Ethnicos, maximis honoribus ornaverunt. At nunc capitalibus pœnis excruciantur, et quidem Sacerdotes, contra Canonum voluntatem, nullam aliam ob causam, nisi propter conjugium. Paulus vocat doctrinam dæmoniorum, quæ prohibet conjugium (1 Tim. iv. 1, 3). Id facile nunc intelligi potest, cum talibus suppliciis prohibitio conjugii defenditur.*

*Sicut autem nulla lex humana potest mandatum Dei tollere, ita nec votum potest tollere mandatum Dei. Proinde etiam Cyprianus suadet, ut mulieres nubant, quæ non servant promissam castitatem. Verba ejus sunt hæc, Lib. I., Epistola XI.: 'Si autem perseverare nolumus, aut non possunt, melius est, ut nubant, quam ut in ignem deliciis suis cadant; certe nullum fratribus aut sororibus*

use of the Church is well known; seeing that impure single life bringeth forth very many offenses, adulteries, and other enormities worthy to be punished by the godly magistrature, it is a marvel that greater cruelty should be showed in no other thing than against the marriage of priests. God hath commanded to honor marriage; the laws in all well-ordered commonwealths, even among the heathen, have adorned marriage with very great honors. But now men are cruelly put to death, yea, and priests also, contrary to the mind of the Canons, for no other cause but marriage. Paul calleth that 'a doctrine of devils' which forbiddeth marriage (1 Tim. iv. 1, 3); which may now very well be seen, since the forbidding of marriage is maintained by such punishments.

But as no law of man can take away the law of God, no more can any vow whatsoever. Therefore Cyprian also giveth counsel, that those women should marry who do not keep their vowed chastity. His words are these, in the 1st Book, the 2d Epistle: 'If they will not or are not able to endure, it is far better they should marry than that they should fall into the fire by their importunate desires. In any wise let them give no offense to their

*scandalum faciant.' Et æquitate quadam utuntur ipsi Canones erga hos, qui ante justam ætatem voverunt, quomodo fere hæcenus fieri consuevit.*

ART. III.—*De Missa.*<sup>1</sup>

*Falso accusantur Ecclesiæ nostræ, quod Missam aboleant; retinetur enim Missa apud nos, et summa reverentia celebratur. Servantur et usitata ceremoniæ fere omnes, præterquam quod Latinis cantionibus [neben lateinischem Gesang] admiscentur alicubi Germanicæ, quæ addite sunt ad docendum populum. Nam ad hoc unum opus est ceremoniis, ut doceant imperitos.*

*Et non modo Paulus præcipit (1 Cor. xiv. 9) uti lingua intellecta populo in ecclesia, sed etiam ita constitutum est humano jure. Assuevit populus, ut una utantur Sacramento, si qui sunt idonei, id quoque auget reverentiam ac religionem publicarum ceremoniarum. Nulli enim admittuntur, nisi antea explorati. Admonentur etiam homines de dignitate et usu Sacramenti, quantam con-*

brethren or sisters.' Yea, even the Canons show some kind of justice towards such as before their ripe years did vow chastity, as hitherto the use hath for the most part been.

ART. III.—*Of the Mass.*<sup>1</sup>

Our churches are wrongfully accused to have abolished the Mass. For the Mass is retained still among us, and celebrated with great reverence; yea, and almost all the ceremonies that are in use, saving that with the things sung in Latin we mingle certain things sung in German at various parts of the service, which are added for the people's instruction. For therefore alone we have need of ceremonies, that they may teach the unlearned.

This is not only commanded by St. Paul, to use a tongue that the people understand (1 Cor. xiv. 9), but man's law hath also appointed it. We accustom the people to receive the Sacrament together, if so be any be found fit thereunto; and that is a thing that doth increase the reverence and due estimation of the public ceremonies. For none are admitted, except they be first proved. Besides, we put men in

<sup>1</sup> The word here denotes the public service with the holy communion. *Missa* (= *missio*, dismissal) is usually derived from the formula—*missa* or *dimissa est ecclesia*—by which in the ante-Nicene Church the catechumens were dismissed before the communion-service began; hence the division of the ancient service into two distinct parts, the *missa catechumenorum* and the *missa fidelium*.

*solationem afferat pavidis conscientiiis, ut discant Deo credere, et omnia bona a Deo expectare et petere.*

*Hic cultus delectat Deum, talis usus Sacramenti alit pietatem erga Deum. Itaque non videntur apud adversarios Missæ majore religione fieri, quam apud nos.*

*Constat autem hanc quoque publicam et longe maximam querelam omnium bonorum virorum diu fuisse, quod Missæ turpiter prophanarentur, collatæ ad quæstum. Neque enim obscurum est, quam late pateat hic abusus in omnibus templis, a qualibus celebrentur Missæ, tantum propter mercedem aut stipendium, quam multi contra interdictum Canonum celebrent. Paulus autem graviter minatur his, qui indigne tractant Eucharistiam, cum ait (1 Cor. xi. 27): 'Qui ederit panem hunc, aut biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini.' Itaque cum apud nos admonerentur Sacerdotes de hoc peccato, desierunt apud nos privatæ Missæ, cum fere nullæ privatæ Missæ nisi quæstus causa fierent. Neque ignoraverunt hos*

mind of the worthiness and use of the Sacrament, how great comfort it bringeth to timid consciences; that they may learn to believe God, and to look for and crave all good things at his hands.

This worship doth please God; such a use of the Sacrament doth nourish piety towards God. Therefore it seemeth not that Masses be more religiously celebrated among our adversaries than with us.

But it is evident that of long time this hath been the public and most grievous complaint of all good men, that Masses are basely profaned, being used for gain. And it is not unknown how far this abuse hath spread itself in all churches; of what manner of men Masses are used, only for a reward, or for wages; and how many do use them against the prohibition of the Canons. But Paul doth grievously threaten those who treat the Lord's Supper unworthily, saying, 'He that eateth this bread or drinketh this cup of the Lord unworthily, shall be guilty of the body and blood of the Lord' (1 Cor. xi. 27). Therefore, when the priests among us were admonished of this sin, private Masses were laid aside among us, seeing that for the most part there were no private Masses but only for lucre's sake. Neither were

*abusus episcopi, qui si correxissent eos in tempore, minus nunc esset dissensionum. Antea sua dissimulatione multa vitia passi sunt in Ecclesiam serpere. Nunc sero incipiunt queri de calamitatibus Ecclesie, cum hic tumultus non aliunde sumpserit occasionem, quam ex illis abusibus, qui tam manifesti erant, ut tolerari amplius non possent. Magnæ dissensiones de Missa, de Sacramento extiterunt. Fortasse dat pœnas orbis tam diuturnæ prophanationis Missarum, quam in Ecclesiis tot seculis toleraverunt isti, qui emendare et poterant et debebant. Nam in Decalogo scriptum est (Exod. xx. 7): 'Qui Dei nomine abutitur, non erit impunitus.' At ab initio mundi nulla res divina ita videtur unquam ad quæstum collata fuisse, ut Missa.*

*Accessit opinio, quæ auxit privatas Missas in infinitum, videlicet quod Christus sua passione satisfecerit pro peccato originis, et instituerit Missam, in qua fieret oblatio pro quotidianis delictis, mortalibus et venialibus. Hinc manavit publica opinio,*

the bishops ignorant of these abuses, and if they had amended them in time, there had now been less of dissensions. Heretofore, by their dissembling, they suffered much corruption to creep into the Church; now they begin, though it be late, to complain of the calamities of the Church; seeing that this tumult was raised up by no other mean than by those abuses, which were so evident that they could no longer be tolerated. There were many dissensions, concerning the Mass, concerning the Sacrament. And perhaps the world is punished for so long a profaning of Masses, which they, who both could and ought to have amended it, have so many years tolerated in the churches. For in the Ten Commandments it is written, 'He that taketh in vain the name of the Lord shall not be held guiltless' (Exod. xx. 7). And from the beginning of the world there neither was nor is any divine thing which seems so to have been employed for gain as the Mass.

There was added an opinion, which increased private Masses infinitely: to wit, that Christ by his passion did satisfy for original sin, and appointed the Mass, wherein an oblation should be made for daily sins, both mortal and venial. Hereupon a common opinion was

*quod Missa sit opus delens peccata vivorum et mortuorum ex opere operato. Hic ceptum est disputari, utrum una Missa, dicta pro pluribus, tantundem valeat, quantum singulae pro singulis. Hæc disputatio peperit istam infinitam multitudinem Missarum. De his opinionibus nostri admonuerunt, quod dissentiant a Scripturis Sanctis, et ledant gloriam passionis Christi. Nam passio Christi fuit oblatio et satisfactio, non solum pro culpa originis, sed etiam pro omnibus reliquis peccatis, ut ad Hebræos (x. 10) scriptum est: 'Sanctificati sumus per oblationem Jesu Christi semel.' Item (Heb. x. 14): 'Una oblatione consumavit in perpetuum sanctificatos.' Item, Scriptura docet, nos coram Deo justificari per fidem in Christum, cum credimus, nobis remitti peccata propter Christum. Jam si Missa delet peccata vivorum et mortuorum ex opere operato, contingit justificatio ex opere Missarum, non ex fide, quod Scriptura non patitur. Sed Christus jubet (Luke xxii. 19) 'facere in sui memoriam,' quare Missa instituta est, ut fides in iis, qui utuntur Sacramento, recorderetur, quæ beneficia accipiat per*

received, that the Mass is a work that taketh away the sins of the quick and the dead, and that for the doing of the work. Here men began to dispute whether one Mass said for many were of as great force as particular Masses said for particular men. This disputation hath brought forth that infinite multitude of Masses. Our preachers have admonished concerning these opinions that they do depart from the holy Scriptures, and diminish the glory of the passion of Christ. For the passion of Christ was an oblation and satisfaction, not only for original sin, but also for all other sins; as it is written in the Epistle to the Hebrews (x. 10): 'We are sanctified by the oblation of Jesus Christ once made;' also, 'By one oblation he hath perfected forever them that are sanctified' (Heb. x. 14). The Scripture also teacheth that we are justified before God through faith in Christ, when we believe that our sins are forgiven for Christ's sake. Now, if the Mass do take away the sins of the quick and the dead, even for the work's sake that is done, then justification cometh by the work of Masses, and not by faith; which the Scripture can not endure. But Christ commandeth us 'to do it in remembrance of himself' (Luke xxii. 19), therefore

*Christum, et erigat et consoletur pavidam conscientiam. Nam id est meminisse Christi, beneficia meminisse, ac sentire, quod vere exhibeantur nobis. Nec satis est historiam recordari, quia hanc etiam Judæi et impii recordari possunt. Est igitur ad hoc facienda Missa, ut ibi porrigatur Sacramentum his, quibus opus est consolatione, sicut Ambrosius ait: 'Quia semper pecco, semper debeo accipere medicinam.'*

*Cum autem Missa sit talis communicatio Sacramenti, servatur apud nos una communis Missa singulis feriis atque aliis etiam diebus, si qui Sacramento velint uti, ubi porrigitur Sacramentum his, qui petunt. Neque hic mos in Ecclesia novus est, nam veteres ante Gregorium non faciunt mentionem private Missæ; de comuni Missa plurimum loquuntur. Chrysostomus ait: 'Sacerdotem quotidie stare ad altare, et alios ad communionem accersere, alios arcere.' Et ex Canonibus veteribus apparet, unum aliquem celebrasse Missam, a quo reliqui presbyteri et diaconi*

the Mass has been instituted that faith in them which use the Sacrament may remember what benefits it receiveth by Christ, and that it may raise and comfort the fearful conscience. For this is to remember Christ, to wit, to remember his benefits, and to feel and perceive that they be indeed imparted unto us. Nor is it sufficient to call to mind the history; because that the Jews also and the wicked can do. Therefore the Mass must be used to this end, that there the Sacrament may be reached unto them that have need of comfort; as Ambrose saith, 'Because I do always sin, therefore I ought always to receive the medicine.'

And seeing that the Mass is such a communion of the Sacrament, we do observe one common Mass every holy day, and on other days, if any will use the Sacrament, at which times it is offered to them that desire it. Neither is this custom newly brought into the Church. For the ancients, before Gregory's time, make no mention of any private Mass; of the common Mass they speak much. Chrysostom saith that 'the priest doth daily stand at the altar, and call some unto the Communion, and put back others.' And by the ancient Canons it is evident that some one did celebrate the Mass, of whom the other elders

*sumpserunt corpus Domini. Sic enim sonant verba Canonis Niceni: 'Accipiant diaconi secundum ordinem post presbyteros ab episcopo vel a presbytero sacram communionem.' Et Paulus (1 Cor. xi. 33) de communione jubet, ut alii alios expectent, ut fiat communis participatio.*

*Postquam igitur Missa apud nos habet exemplum Ecclesie, ex Scriptura et Patribus, confidimus improbari eam non posse, maxime cum publicæ ceremoniæ magna ex parte similes usitatis servantur; tantum numerus Missarum est dissimilis, quem propter maximos et manifestos abusus certe moderari prodesset. Nam olim etiam in ecclesiis frequentissimis non fiebat quotidie Missa, ut testatur Historia Tripartita Lib. IX. Cap. 38: 'Rursus autem in Alexandria quarta et sexta feria Scripturæ leguntur, easque Doctores interpretantur, et omnia fiunt præter solennem oblationis morem.'*

and deacons did receive the body of the Lord. For so the words of the Nicene Canon do sound: 'Let the deacons in their order, after the elders, receive the holy Communion of a bishop, or of an elder.' And Paul, concerning the Communion, commandeth, 'that one tarry for another' (1 Cor. xi. 33), that so there may be a common participation.

Seeing, therefore, that the Mass amongst us hath the example of the Church, out of the Scripture, and the Fathers, we trust that it can not be disapproved; especially since our public ceremonies are kept, the most part, like unto the usual ceremonies; only the number of Masses is not alike, the which, by reason of very great and manifest abuses, it were certainly far better to be moderated. For in times past also, in the churches whereunto was greatest resort, it was not the use to have Mass said every day, as the Tripartite History, lib. ix. cap. 38, doth witness. 'Again,' saith it, 'in Alexandria, every fourth and sixth day of the week, the Scriptures are read, and the doctors do interpret them; and all other things are done also, except only the celebration of the Eucharist.'



ART. IV.—*De Confessione.*

*Confessio in ecclesiis apud nos non est abolita, non enim solet porrigi corpus Domini, nisi antea exploratis et absolutis. Et docetur populus diligentissime de fide absolutionis, de qua ante hæc tempora magnum erat silentium. Docentur homines, ut absolutionem pluri mi faciant, quia sit vox Dei et mandato Dei pronuncietur.*

*Ornatur potestas clavium, et commemoratur, quantam consolationem afferat perterrefactis conscientiis, et quod requirat Deus fidem, ut illi absolutioni tanquam voci de cælo sonanti credamus, et quod illa fides in Christum vere consequatur et accipiat remissionem peccatorum.*

*Antea immodice extollebantur satisfactiones; fidei et meriti Christi ac justitiæ fidei nulla fiebat mentio; quare in hac parte minime sunt culpandæ ecclesiæ nostræ. Nam hoc etiam adversarii tribuere nobis coguntur, quod doctrina de penitentia diligentissime a nostris tractata ac patefacta sit.*

*Sed de confessione docent, quod enumeratio delictorum non*

ART. IV.—*Of Confession.*

Confession is not abolished in our churches. For it is not usual to communicate the body of our Lord, except to those who have been previously examined and absolved. And the people are taught most carefully concerning the faith required to absolution, about which before these times there has been a deep silence. Men are taught that they should highly regard absolution, inasmuch as it is God's voice, and pronounced by God's command.

The power of the keys is honored, and mention is made how great consolation it brings to terrified consciences, and that God requires faith that we believe that absolution as a voice sounding from heaven, and that this faith in Christ truly obtains and receives remission of sins.

A foretime satisfactions were immoderately extolled; of faith, and the merit of Christ, and justification by faith, no mention was made. Wherefore on this point our churches are by no means to be blamed. For this even our adversaries are compelled to concede in regard to us, that the doctrine of repentance is most diligently treated and laid open by us.

But of Confession our churches teach that the enumeration of sins

*sit necessaria, nec sint oneranda conscientie cura enumerandi omnia delicta, quia impossibile est omnia delicta recitare, ut testatur Psalmus (xix. 13): 'Delicta quis intelligit?' Item Jeremias (xvii. 9): 'Pravum est cor hominis et inscrutabile.' Quod si nulla peccata nisi recitata remitterentur, nunquam adquire scere conscientie possent, quia plurima peccata neque vident, neque meminisse possunt.*

*Testantur et veteres scriptores enumerationem non esse necessariam. Nam in Decretis citatur Chrysostomus, qui sic ait: 'Non tibi dico, ut te prodas in publicum, neque apud alios te accuses, sed obedire te volo prophetæ dicenti: "Revela ante Deum viam tuam." Ergo tua confitere peccata apud Deum, verum judicem, cum oratione. Delicta tua pronuncia non lingua, sed conscientie tue memoria,' etc. Et Glosa (De Pœnitentia, Dist. V. Cap. Consideret), fatetur humani juris esse confessionem [dass die Beicht nicht durch die Schrift geboten, sondern durch die Kirche eingesetzt sei].*

*Verum confessio, cum propter maximum absolutionis beneficium,*

is not necessary, nor are consciences to be burdened with the care of enumerating all sins, inasmuch as it is impossible to recount all sins, as the Psalm (xix. 12) testifies: 'Who can understand his errors?' So also Jeremiah (xvii. 9): 'The heart is deceitful above all things, and desperately wicked. Who can know it? But if no sins were remitted except what were recounted, consciences could never find peace, because very many sins they neither see nor can remember.

The ancient writers also testify that the enumeration is not necessary. For in the Decrees Chrysostom is cited, who speaks thus: 'I do not say to thee that thou shouldst discover thyself in public, or accuse thyself before others, but I would have thee obey the prophet when he says: "Reveal thy way unto the Lord." Therefore with prayer confess thy sins before God the true Judge. Pronounce thine errors, not with the tongue, but with the memory of thy conscience.' And the Gloss (*Of Repentance*, Dist. V., Chap. *Consideret*), admits that Confession is of human right only [is not commanded in Scripture, but has been instituted by the Church].

Nevertheless, on account of the very great benefit of absolution,

*tum propter alias conscientiarum utilitates apud nos retinetur.*

ART. V.—*De Discrimine Ciborum.*

*Publica persuasio fuit non tantum vulgi, sed etiam docentium in ecclesiis, quod discrimina ciborum et similes traditiones humanæ sint opera utilia ad promerendam gratiam et satisfactoria pro peccatis. Et quod sic senserit mundus, apparet ex eo, quia quotidie instituebantur novæ ceremoniæ, novi ordines, novæ feriæ, nova jejunia, et Doctores in templis exigebant hæc opera tanquam necessarium cultum ad promerendam gratiam, et vehementer terrebant conscientias, si quid omitterent.*

*Ex hac persuasione de traditionibus multa incommoda in Ecclesia secuta sunt. Primo, obscurata est doctrina de gratia et justitia fidei, quæ est præcipua pars Evangelii, et quam maxime oportet, extare et eminere in Ecclesia, ut meritum Christi bene cognoscatur, et fides, quæ credit remitti peccata propter Christum, longe supra opera collocetur. Quare et Paulus in hunc locum maxime incumbit, legem et traditiones humanas*

as well as for other uses to the conscience, Confession is retained among us.

ART. V.—*Of the Distinction of Meats, and of Traditions.*

It hath been a general opinion, not of the people alone, but also of such as are teachers in the churches, that the differences of meats, and such like human traditions, are works available to merit grace, and are satisfactions for sins. And that the world thus thought is apparent by this—that daily new ceremonies, new orders, new holidays, new fasts, were appointed; and the teachers in the churches did exact these works as a service necessary to deserve grace; and they did greatly terrify men's consciences, if aught were omitted.

Of this persuasion concerning traditions many disadvantages have followed in the Church. For first the doctrine of grace is obscured by it, and also the righteousness of faith, which is the principal part of the Gospel, and which it behooveth most of all to stand forth and to have the pre-eminence in the Church, that the merit of Christ may be well known, and faith, which believeth that sins are remitted for Christ's sake, may be exalted far above works. For which cause also Paul

*removet, ut ostendat justitiam Christianam aliud quiddam esse, quam hujusmodi opera, videlicet fidem, quæ credit peccata gratis remitti propter Christum. At hæc doctrina Pauli pene tota oppressa est per traditiones, quæ pepererunt opinionem, quod per discrimina ciborum et similes cultus oporteat mereri gratiam et justitiam. In pænitentia nulla mentio fiebat de fide, tantum hæc opera satisfactoria proponebantur, in his videbatur pænitentia tota consistere.*

*Secundo, hæc traditiones obscuraverunt præcepta Dei, quia traditiones longe præferebantur præceptis Dei. Christianismus totus putabatur esse observatio certarum feriarum, rituum, jejuniorum, vestitus. Hæc observationes erant in possessione honestissimi tituli, quod essent vita spiritualis et vita perfecta. Interim mandata Dei juxta vocationem nullam laudem habebant, quod paterfamilias educabat sobolem, quod mater pariebat, quod princeps regebat rem publicam, hæc putabantur esse opera mundana et imperfecta et longe deteriora illis splendidis*

lays much stress on this point: he removeth the law and human traditions, that he may show that the righteousness of Christ is a far other thing than such works as these be, namely, a faith, which believeth that sins are freely remitted for Christ's sake. But this doctrine of Paul is almost wholly smothered by traditions, which have bred an opinion, that, by making difference in meats, and such like services, a man should merit grace and justification. In their doctrine of repentance there was no mention of faith; only these works of satisfaction were spoken of: repentance seemed to consist wholly in these.

Secondly, these traditions obscured the commandments of God, because traditions were preferred far above the commandments of God. All Christianity was thought to be an observation of certain holidays, rites, fasts, and attire. These observations were in possession of a most goodly title, that they were the spiritual life and the perfect life. In the mean time God's commandments, touching every man's calling, were of small estimation: that the father brought up his children, that the mother nurtured them, that the prince governed the commonwealth. These were reputed worldly affairs, and imperfect, and far

*observationibus. Et hic error valde cruciavit pias conscientias, quæ dolebant se teneri imperfecto vitæ genere, in conjugio, in magistratibus, aut aliis functionibus civilibus, mirabantur monachos et similes, et falso putabant illorum observationes Deo gratiores esse.*

*Tertio, traditiones attulerunt magna pericula conscientiis, quia impossibile erat omnes traditiones servare, et tamen homines arbitrabantur has observationes necessarios esse cultus. Gerson scribit, 'multos incidisse in desperationem, quosdam etiam sibi mortem conscivisse, quia senserant, se non posse satisfacere traditionibus,' et interim consolationem nullam de justitia fidei et de gratia audierant. Videmus Summistas et Theologos colligere traditiones, et quærere ἐπιμακρίαις, ut levant conscientias, non satis tamen expediunt, sed interdum magis injiciunt laqueos conscientiis. Et in colligendis traditionibus ita fuerunt occupatæ scholæ et conciones, ut non vacaverit attingere Scripturam, et quærere utiliores doctrinam de fide, de cruce, de spe, de dignitate civilium rerum, de*

inferior to those glittering observances. And this error did greatly torment pious consciences, which were grieved that they were held by an imperfect kind of life, in marriage, in magistracy, or in other civil functions. They had the monks, and such like, in admiration, and falsely imagined that the observances of these men were more grateful to God than their own.

Thirdly, traditions brought great danger to men's consciences, because it was impossible to keep all traditions, and yet men thought the observation of them to be necessary services. Gerson writeth that 'many fell into despair, and some murdered themselves, because they perceived that they could not keep the traditions,' and all this while they never heard the comfort of the righteousness of faith, or of grace. We see the Summists and Divines gather together the traditions, and seek qualifications of them, to unburden men's consciences; and yet all will not serve, but meantime they bring more snares upon the conscience. The schools and pulpits have been so busied in gathering together the traditions, that they had not leisure to touch the Scripture, and to seek out a more profitable doctrine—of faith, of the cross, of hope, of the dignity of civil af-

*consolatione conscientiarum in arduis tentationibus. Itaque Gerson et alii quidam Theologi graviter questi sunt, se his rixis traditionum impediri, quo minus versari possent in meliore genere doctrinæ. Et Augustinus vetat onerare conscientias hujusmodi observationibus, et prudenter admonet Januarium, ut sciat eas indifferenter observandas esse; sic enim loquitur.*

*Quare nostri non debent videri hanc causam temere attingisse, aut odio episcoporum, ut quidam falso suspicantur. Magna necessitas fuit, de illis erroribus, qui nati erant ex traditionibus male intellectis, admonere ecclesias. Nam Evangelium cogit urgere doctrinam in ecclesiis de gratia et justitia fidei, quæ tamen intelligi non potest, si putent homines se mereri gratiam per observationes ab ipsis electas. Sic igitur docuerunt, quod per observationem traditionum humanarum non possimus gratiam mereri, aut justificari, quare non est sentiendum, quod hujusmodi observationes sint necessarius cultus.*

*Addunt testimonia ex Scriptu-*

fairs, of the comfort of conscience in arduous trials. Wherefore Gerson and some other Divines have made grievous complaints, that they were hindered by these strifes about traditions, so that they could not be occupied in some better kind of doctrine. And Augustine forbiddeth that men's consciences should be burdened with observations of this kind, and doth very prudently warn Januarius to know that they are to be observed as things indifferent; for he so speaketh.

Wherefore our ministers must not be thought to have touched this matter rashly, or from hatred of the bishops, as some do falsely surmise. There was great need to admonish the churches of those errors, which did arise from mistaking of traditions; for the Gospel compelleth men to urge the doctrine of grace and of the righteousness of faith in the Church; which yet can never be understood if men suppose that they can merit remission of sins and justification by observances of their own choice. Thus, therefore, they teach us that we can not merit grace or justification by the observation of man's traditions; and therefore we must not think that such observations are necessary service.

Hereunto they add testimonies

ra. *Christus* (Matt. xv. 3) *excusatur Apostolos, qui non servaverant usitatam traditionem, quæ tamen videbatur de re non illicita, sed media esse, et habere cognitionem cum baptismatibus legis; et dicit* (ver. 9): ‘*Frustra colunt me mandatis hominum.*’ *Igitur non exigit cultum inutilem. Et paulo post addit* (ver. 11): ‘*Omne quod intrat in os, non inquinat hominem.*’ *Item* (Rom. xiv. 17): ‘*Regnum Dei non est esca aut potus.*’ Col. ii. 16: ‘*Nemo iudicet vos in cibo, potu, sabbato aut die festo.*’ *Item* (ver. 20 sq.): ‘*Si mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quare tanquam viventes in mundo decreta facitis: Ne attingas, ne gustes, ne contrectes?*’

*Ait Petrus* (Acts xv. 10, 11): ‘*Quare tentatis Deum, imponentes jugum super cervices discipulorum, quod neque nos neque patres nostri portare potuimus, sed per gratiam Domini nostri Jesu Christi credimus salvari, quemadmodum et illi.*’ *Hic vetat Petrus onerare conscientias pluribus ritibus sive Mosi, sive aliis. Et* (1 Tim. iv. 1–3) *vo-*

out of the Scriptures. Christ excuseth his Apostles who kept not the received tradition (which yet seemed to be about a matter not unlawful, but indifferent, and to have some affinity with the baptisms of the law), and saith, ‘They worship me in vain with the commandments of men’ (Matt. xv. 9). Christ, therefore, exacteth no unprofitable service. And a little after, he addeth: ‘Whatsoever entereth in at the mouth defileth not the man’ (ver. 11). So also (Paul): ‘The kingdom of God is not meat and drink’ (Rom. xv. 17). ‘Let no man judge you in meat or drink, or in respect of the Sabbath-days, or of a holiday’ (Col. ii. 16). Again: ‘If ye be dead with Christ from the rudiments of the world, why, as though ye lived in the world, are ye subject to traditions: Touch not, taste not, handle not?’ (ver. 20, 21).

Peter saith, ‘Why tempt ye God, laying a yoke upon the necks of the disciples, which neither we nor our fathers were able to bear? But we believe that through the grace of the Lord Jesus Christ we shall be saved, even as they’ (Acts xv. 10, 11). Here Peter forbiddeth to burden the consciences with many rites, whether they be of Moses’ or of any others’ appointing. And he (Paul) calleth the forbidding of

*trinam dæmoniorum,' quia pugnat cum Evangelio, talia opera instituere aut facere, ut per ea mereamur gratiam, aut quod non possit existere Christianismus sine tali cultu.*

*Hic objiciunt adversarii, quod nostri prohibeant disciplinam et mortificationem carnis, sicut Jovinianus. Verum aliud deprehendetur ex scriptis nostrorum. Semper enim docuerunt de cruce, quod Christianos oporteat tolerare afflictiones. Hæc est vera, seria et non simulata mortificatio, variis afflictionibus exerceri et crucifigi cum Christo. Insuper docent, quod quilibet Christianus debeat se corporali disciplina aut corporalibus exercitiis et laboribus sic exercere et cæcere, ne saturitas aut desidia extimulet ad peccandum, non ut per illa exercitia mereamur gratiam, aut satis faciamus pro peccatis. Et hanc corporalem disciplinam oportet semper urgere, non solum paucis et constitutis diebus. Sicut Christus præcipit (Luke xxi. 34): 'Cavete, ne corpora vestra graventur crapula.' Item (Matt. xvii. 21): 'Hoc genus dæmoniorum non ejicitur nisi jejuniis et oratione.' Et Paulus ait (1 Cor. ix. 27): 'Cas-*

*meats 'a doctrine of devils' (1 Tim. iv. 1), because that it is against the Gospel to appoint or do such works, to the end that by them we may merit grace or justification, or as though Christianity could not exist without such service.*

Here our adversaries object against us, that our ministers hinder all good discipline and mortification of the flesh, as Jovinian did. But the contrary may be seen by our men's writings. For they have always taught, touching the cross, that Christians ought to bear afflictions. This is the true, earnest, and unfeigned mortification, to be exercised with divers afflictions, and to be crucified with Christ. Moreover they teach that every Christian must so by bodily discipline, or bodily exercises and labor, exercise and keep himself under, that plenty and sloth do not stimulate him to sin; not that he may by such exercises merit grace, or satisfy for sins. And this corporal discipline should be used always, not only on a few and set days; according to the commandment of Christ: 'Take heed lest your hearts be overcharged with surfeiting' (Luke xxi. 34). Again: 'This kind (of devils) goeth not out but by prayer and fasting' (Matt. xvii. 21). And Paul saith, 'I keep under my body,



*tigo corpus meum, et redigo in servitutum.' Ubi clare ostendit, se ideo castigare corpus, non ut per eam disciplinam mereatur remissionem peccatorum, sed ut corpus habeat obnoxium et idoneum ad res spirituales et ad faciendum officium juxta vocationem suam. Itaque non damnantur ipsa jejunia, sed traditiones, quæ certos dies, certos cibos præscribunt, cum periculo conscientiæ, tanquam istiusmodi opera sint necessarius cultus.*

*Servantur tamen apud nos ple-ræque traditiones, quæ conducunt ad hoc, ut res ordine geratur in Ecclesia; ut ordo lectionum in Missa et præcipuæ feriæ. Sed interim homines admonentur, quod talis cultus non justificet coram Deo, et quod non sit ponendum peccatum in talibus rebus, si omittantur sine scandalo. Hæc libertas in ritibus humanis non fuit ignota Patribus. Nam in Oriente alio tempore servaverunt Pascha quam Romæ, et cum Romani propter hanc dissimilitudinem accusarent Orientem schismatis, admoniti sunt ab aliis, tales mores non oportere ubique similes esse. Et Irenæus inquit: 'Dissonantia jejunii fidei consonantiam non solvit,' sicut*

and bring it into subjection' (1 Cor. ix. 27), where he plainly showeth that he did therefore chastise his body; not that by that discipline he might merit remission of sins, but that his body might be apt and fit for spiritual things, and to do his duty according to his calling. Therefore we do not condemn fasts themselves, but the traditions which prescribe certain days and certain meats, with danger to the conscience, as though such works as these were a necessary service.

Yet most of the traditions are observed among us which tend unto this end, that things may be done orderly in the Church; as, namely, the order of Lessons in the Mass and the chiefest holidays. But, in the mean time, men are admonished that such a service doth not justify before God, and that it is not to be supposed there is sin in such things, if they be left undone, without scandal. This liberty in human rites and ceremonies was not unknown to the Fathers. For in the East they kept Easter at another time than they did in Rome; and when they of Rome accused the East of schism for this diversity, they were admonished by others that such customs need not be alike every where. And Irenæus saith: 'The disagree-

*et Dist. XII.*<sup>1</sup> *Gregorius Papa significat, talem dissimilitudinem non ledere unitatem Ecclesiæ. Et in Historia Tripartita, lib. nono, multa colliguntur exempla dissimilium rituum, et recitantur hæc verba: 'Mens Apostolorum fuit, non de diebus festis sancire, sed prædicare bonam conversationem et pietatem [Glaube und Liebe zu lehren].'*

ART. VI.—*De Votis Monachorum.*

*Quid de votis monachorum apud nos doceatur, melius intelliget, si quis meminerit, qualis status fuerit monasteriorum, quam multa contra Canones in ipsis monasteriis quotidie fiebant. Augustini tempore erant libera collegia, postea, corrupta disciplina, ubique addita sunt vota, ut tanquam excogitato carcere disciplina restitueretur.*

*Additæ sunt paulatim supra vota aliæ multæ observationes. Et hæc vincula multis ante justam ætatem contra Canones injecta sunt.*

ment about fasting doth not break off the agreement of faith.' Besides, Pope Gregory, in the 12th Distinction, intimates that such diversity doth not hurt the unity of the Church; and in the *Tripartite History*, lib. 9, many examples of dissimilar rites are gathered together, and these words are there rehearsed: 'The mind of the Apostles was, not to give precepts concerning holidays, but to preach godliness and a holy life [faith and love].'

ART. VI.—*Of Monastic Vows.*

What is taught among us touching the Vows of Monks will be better understood if one call to mind what was the state of monasteries, and how many things were every day committed in the monasteries contrary to the Canons. In Augustine's time cloister-fraternities were free; but afterwards, when discipline was corrupted, vows were every where laid upon them, that, as it were in a newly devised prison, the discipline might be restored again.

Over and besides vows, many other observances by little and little were added. And these bands and snares were cast upon many, before they came to ripe years, contrary to the Canons.

<sup>1</sup> Viz., in *Decret. P. I. Dist. XII. cap. 10, quod incipit a verbis: 'Novit fraternitas tua. Vide Corp. jur. Can. ed. Richter, Tom. I. p. 25 sq. (From Bindseil.)'*

*Multi inciderunt errore in hoc vitæ genus, quibus etiam si non deessent anni, tamen iudicium de suis viribus defuit. Qui sic irretiti erant, cogebantur manere, etiam si quidam beneficio Canonum liberari possent. Et hoc accidit magis etiam in monasteriis virginum, quam monachorum, cum sexui imbecilliori magis parcendum esset.*

*Hic rigor displicuit multis bonis viris ante hæc tempora, qui videbant puellas et adolescentes in monasteria detrudi propter victum, videbant, quam infeliciter succederet hoc consilium, quæ scandala pareret, quos laqueos conscientias injiceret. Dolebant auctoritatem Canonum in re periculosissima omnino negligi et contemni.*

*Ad hæc mala accedebat talis persuasio de votis, quam constat etiam olim displicuisse ipsis monachis, si qui paulo cordatiores fuerunt. Docebant vota paria esse baptismi, docebant se hoc vitæ genere mereri remissionem peccatorum et justificationem coram Deo. Ino addebant, vitam monasticam non tantum justitiam mereri coram*

Many through error fell into this kind of life unawares, who, though they wanted not years, yet they wanted discretion to judge of their strength and ability. They who were once got within these nets were constrained to abide in them, though, by the benefit of the Canons, some might be set at liberty. And that fell out rather in the monasteries of nuns than of monks; although the weaker sex ought more to have been spared.

This rigor and severity displeased many good men heretofore, when they saw young maids and young men thrust into monasteries, there to get their living. They saw what an unhappy issue this counsel had, what offenses it bred, and what snares it laid upon consciences. They were grieved that the authority of the Canons was wholly neglected and contemned in a thing most dangerous.

To all these evils there was added such a persuasion concerning vows, as, it is well known, did in former times displease the monks themselves, if any of them were somewhat wiser than the rest. They taught that vows were equal to baptism; they taught that by this kind of life they merited remission of sins and justification before God; yea, they added that the

*Deo, sed amplius etiam, quia servaret non modo præcepta, sed etiam consilia Evangelica. Ita persuadebant monasticam professionem longe meliorem esse baptismo, vitam monasticam plus mereri, quam vitam magistratum, vitam pastorum et similibum, qui in mandatis Dei sine facticiis religionibus sue vocationi serviunt.*

*Nihil horum negari potest, extant enim in libris eorum.*

*Quid fiebat postea in monasteriis? Olim erant scholæ sacrarum literarum, et aliarum disciplinarum, quæ sunt utiles Ecclesiæ, et sumebantur inde pastores et episcopi: nunc alia res est; nihil opus est recitare nota. Olim ad discendum conveniebant: nunc fingunt institutum esse vitæ genus ad promerendam gratiam et justitiam; imo prædicant esse statum perfectionis, et longe præferunt omnibus aliis vitæ generibus a Deo ordinatis.*

*Hæc ideo recitavimus nihil odiose exaggerantes, ut melius in-*

monk's life did not only merit righteousness before God, but more than that, because it observed not only the commandments, but also the counsels of the Gospel. And thus they taught that the monk's profession was better than baptism; that the monk's life did merit more than the life of magistrates, of pastors, and such like, who, in obedience to God's commandment, followed their calling without any such religions of man's making.

None of these things can be denied: they are to be seen in their writings.

What occurred afterwards in the monasteries? In old time they were schools for the study of sacred letters, and other branches of knowledge, which were profitable to the Church; and thence were pastors and bishops taken: but now the case is altered. It is needless to rehearse what is notorious. In old time they came together into such places to learn; but now they feign that it is a kind of life taken up to merit remission of sins and justification; yea, they say it is a state of perfection, and prefer it to all other kinds of life, the kinds that God ordained.

We have therefore mentioned these things, not to excite odium,

*telligi posset de hac re doctrina nostrorum.*

*Primum de iis, qui matrimonia contrahunt, sic docent apud nos, quod liceat omnibus, qui non sunt idonei ad celibatum, contrahere matrimonium, quia vota non possunt ordinationem ac mandatum Dei tollere. Est autem hoc mandatum Dei (1 Cor. vii. 2): 'Propter fornicationem habeat unusquisque uxorem suam.' Neque mandatum solum, sed etiam creatio et ordinatio Dei cogit hos ad conjugium, qui sine singulari Dei opere non sunt excepti, juxta illud (Gen. ii. 18): 'Non est bonum homini esse solum.' Igitur non peccant isti, qui obtemperant huic mandato et ordinationi Dei.*

*Quid potest contra hæc opponi? Exaggeret aliquis obligationem voti, quantum volet, tamen non poterit efficere, ut votum tollat mandatum Dei. Canones docent, 'in omni voto jus superioris excipi:.' quare multo minus hæc vota contra mandata Dei valent.*

*Quodsi obligatio votorum nul-*

exaggerating nothing, to the end that the doctrine of our churches touching this matter might be understood.

First, concerning such as contract marriage, thus they teach among us: that it is lawful for any to marry that are not adapted for a single life; forasmuch as vows can not take away God's ordinance and commandment. The commandment of God is, 'To avoid fornication, let every man have his own wife' (1 Cor. vii. 2). And not only the commandment, but also the creation and ordinance of God, compelleth such unto marriage as without the special work of God are not exempted; according to that saying, 'It is not good for man to be alone' (Gen. ii. 18). They, therefore, that are obedient to this commandment and ordinance of God do not sin.

What can be said against these things? Let a man exaggerate the bond of a vow as much as he will, yet can he never bring to pass that the vow shall take away God's commandment. The Canons teach, 'that in every vow the right of the superior is excepted:.' much less, therefore, can these vows, which are contrary to God's commandment, be of force.

If so be that the obligation of

*las haberet causas, cur mutari possit: nec Romani Pontifices dispensassent; neque enim licet homini obligationem, que simpliciter est juris divini, rescindere. Sed prudenter judicaverunt Romani Pontifices æquitatem in hac obligatione adhibendam esse. Ideo sæpe de votis dispensasse leguntur. Nota est historia de Rege Arragonum, revocato ex monasterio, et extant exempla nostri temporis.*

*Deinde, cur obligationem exaggerant adversarii seu effectum voti, cum interim de ipsa voti natura sileant, quod debet esse in re possibili,<sup>1</sup> quod debet esse voluntarium, sponte et consulto conceptum. At quomodo sit in potestate hominis perpetua castitas, non est ignotum. Et quotusquisque sponte et consulto vovit? Puellas et adolescentes, priusquam judicare possunt, persuadentur ad vovendum, interdum etiam coguntur.*

*Quare non est æquum tam rigide de obligatione disputare, cum omnes fateantur contra*

vows has no causes why it might be changed, then could not the Roman Pontiffs have dispensed therewith. For neither is it lawful for man to disannul that bond which doth simply belong to the law of God. But the Roman Pontiffs have judged very prudently, that in this obligation there must equity be used; therefore they often, as we read, have dispensed with vows. The history of the King of Arragon, being called back out of a monastery, is well known; and there are examples in our own time.

Secondly, why do our adversaries exaggerate the obligation or the effect of the vow; when in the mean time they speak not a word of the very nature of a vow, that it ought to be in a thing possible, ought to be voluntary, and taken up of a man's own accord, and with deliberation? But it is not unknown how far perpetual chastity is in the power of a man. And how many a one amongst them is there that doth vow of his own accord and well advised? Maidens and youths, before they know how to judge, are persuaded, yea, sometimes also compelled to vow.

Wherefore it is not meet to dispute so rigorously of the obligation, seeing that all men confess that it is

<sup>1</sup> The ed. princeps reads *possibi*—a typographical error.

*voti naturam esse, quod non sponte, quod inconsulto admittitur.*

*Plerique Canones rescindunt vota ante annum XV. contracta, quia ante illam ætatem non videtur tantum esse iudicii, ut de perpetua vita constitui possit. Alius Canon, plus concedens hominum imbecillitati, addit annos aliquot, vetat enim ante annum XVIII. votum fieri. Sed utrum sequemur? maxima pars habet excusationem, cur monasteria deserant, quia plurimi ante hanc ætatem voverunt.*

*Postremo, etiam si voti violatio reprehendi posset, tamen non videtur statim sequi, quod conjugia talium personarum dissolvenda sint. Nam Augustinus negat debere dissolvi, XXVII. quest. I. Cap. Nuptiarum; cuius non est levis auctoritas, etiamsi alii postea aliter senserunt.*

*Quanquam autem mandatum Dei de conjugio videatur plerosque liberare a votis, tamen afferunt nostri et aliam rationem de votis, quod sint*

against the nature of a vow, that it is not done of a man's own accord, nor advisedly.

The Canons for the most part disannul vows which are made before fifteen years of age; because that before one come to that age there seemeth not to be so much judgment that determination may be made concerning a perpetual life. Another Canon, permitting more to the weakness of men, doth add some years more; for it forbiddeth a vow to be made before one be eighteen years of age. But which of these shall we follow? The greatest part have this excuse for forsaking monasteries, because most of them vowed before they came to this age.

Last of all, even though the breaking of a vow were to be reprehended, yet it seems not to follow directly that the marriages of such persons are to be dissolved. For Augustine, in his 27th quest. 1st chap. *Of Marriages*, doth deny that they ought to be dissolved; and his authority is not lightly to be esteemed, although others afterwards have thought otherwise.

And although the commandment of God touching wedlock doth free most men from vows; yet our teachers do also bring another reason concerning vows, to show that they are

*irrita, quia omnis cultus Dei, ab hominibus sine mandato Dei institutus et electus ad promerendam justificationem et gratiam, impius est, sicut Christus ait (Matt. xv. 9): 'Frustra cobunt me mandatis hominum.' Et Paulus ubique docet, justitiam non esse querendam ex nostris observationibus et cultibus, qui sint excogitati ab hominibus, sed contingere eam per fidem credentibus, se recipi in gratiam a Deo propter Christum.*

*Constat autem monachos docuisse, quod facticæ religiones satisfaciant pro peccatis, mereantur gratiam et justificationem. Quid hoc est aliud, quam de gloria Christi detrudere, et obscurare ac negare justitiam fidei? Sequitur igitur, ista vota usitata impios cultus fuisse; quare sunt irrita. Nam votum impium et factum contra mandata Dei non valet, neque enim debet votum vinculum esse iniquitatis, ut Canon dicit.*

*Paulus dicit (Gal. v. 4): 'Evacuati estis a Christo, qui in lege justificamini, a gratia excidistis.' Ergo etiam, qui votis justificari volunt, evacuantur a*

void: because that all the worship of God, instituted of men without the commandment of God, and chosen to merit remission of sins and justification, is wicked; as Christ saith: 'In vain they do worship me, teaching for doctrines the commandments of men' (Matt. xv. 9). And Paul doth every where teach that righteousness is not to be sought of our own observances, and services which are devised by men; but that it cometh by faith to those that believe that they are received into favor by God for Christ's sake.

But it is evident that the monks did teach that these counterfeited religions satisfy for sins, and merit grace and justification. What else is this than to detract from the glory of Christ, and to obscure and deny the righteousness of faith? Wherefore it followeth that these common vows were wicked services, and are therefore void. For a wicked vow, and that which is made against the commandments of God, is one of no force; neither, as the Canon saith, ought a vow to be a bond of iniquity.

Paul saith, 'Christ is become of no effect unto you, whosoever of you are justified by the law; ye are fallen from grace' (Gal. v. 4). They, therefore, who wish to be



*Christo, et a gratia excidunt. Nam et hi, qui votis tribuunt justificationem, tribuunt propriis operibus hoc, quod proprie ad gloriam Christi pertinet. Neque vero negari potest, quin monachi docuerint, se per vota et observationes suas justificari et mereri remissionem peccatorum, imo affinzerunt absurdiora, dixerunt se aliis mutuari sua opera. Hæc si quis velit odiose exaggerare, quam multa possit colligere, quorum jam ipsos monachos pudet.*

*Ad hæc persuaserunt hominibus, facticias religiones esse statum Christianæ perfectionis. An non est hoc justificationem tribuere operibus? Non est leve scandalum in Ecclesia, populo proponere certum cultum ab hominibus excogitatum sine mandato Dei, et docere, quod talis cultus justificet homines: quia justitia fidei, quam maxime oportet tradi in Ecclesia, obscuratur, cum illæ mirificæ religiones angelorum, simulatio paupertatis et humilitatis, et celibatus offunduntur oculis hominum.*

*Præterea obscurantur præcepta*

justified by vows, are made void of Christ, and fall from grace. For they also who attribute justification to their vows, attribute to their own works what properly belongs to the glory of Christ. Nor truly can it be denied that the monks taught that they are justified by their vows and observances, and merit the remission of sins; nay, they invented yet greater absurdities, and said they could transfer their good works to others. If any man wished to expand these things, so as to excite odium, how many things might he rehearse whereof the monks themselves are now ashamed!

Moreover, they would persuade men that these invented religious orders are a state of Christian perfection. Or is this not attributing justification to works? It is no light offense in the Church to propound unto the people a certain service devised by men, without the commandment of God, and to teach that such a service doth justify men; because that the righteousness of faith, which ought especially to be taught in the Church, is obscured when those marvelous religions of angels, the pretense of poverty and humility, and of celibacy, are cast before men's eyes.

Moreover, the commandments of

*Dei et verus cultus Dei, cum audiunt homines, solos monachos esse in statu perfectionis, quia perfectio Christiana est serio timere Deum, et rursus concipere magnam fidem, et confidere propter Christum, quod habeamus Deum placatum, petere a Deo, et certo expectare auxilium in omnibus rebus gerendis, juxta vocationem; interim foris diligenter facere bona opera, et servire vocationi. In his rebus est vera perfectio et verus cultus Dei, non est in cœlibatu, aut mendicitate, aut veste sordida.*

*Verum populus concipit multas perniciosas opiniones ex illis falsis preconis vitæ monasticæ. Audit sine modo laudari cœlibatum: ideo cum offensione conscientie versatur in conjugio. Audit solos mendicos esse perfectos: ideo cum offensione conscientie retinet possessiones, negotiatur. Audit consilium Evangelicum esse de non vindicando: ideo alii in privata vita non verentur ulcisci, audiunt enim consilium esse, non præceptum. Alii omnes magistratus et civilia officia judicant indigna esse Christianis.*

God, and the true worship of God, are obscured when men hear that monks alone are in that state of perfection; because that Christian perfection is this, to fear God sincerely, and again, to conceive great faith, and to trust assuredly that God is pacified towards us, for Christ's sake; to ask, and certainly to look for, help from God in all our affairs, according to our calling; and outwardly to do good works diligently, and to attend to our vocation. In these things doth true perfection and the true worship of God consist: it doth not consist in singleness of life, in beggary, or in vile apparel.

The people doth also conceive many pernicious opinions from these false commendations of the monastic life. They hear celibacy praised above measure; therefore with offense of conscience they live in marriage. They hear that mendicants only are perfect; therefore with offense of conscience they keep their possessions, and buy and sell. They hear that the Gospel only giveth counsel not to take revenge; therefore some in private life are not afraid to avenge themselves; for they hear that it is a counsel, not a commandment. Others do think that all magistracy and civil offices are unworthy Christian men.

*Leguntur exempla hominum, qui deserto conjugio, deserta reipublicæ administratione, abdiderunt se in monasteria. Id vocabant fugere ex mundo, et quæ-rere vitæ genus, quod Deo magis placeret, nec videbant, Deo serviendum esse in illis mandatis, quæ ipse tradidit, non in mandatis, quæ sunt excogitata ab hominibus. Bonum et perfectum vitæ genus est, quod habet mandatum Dei. De his rebus necesse est admonere homines. Et ante hæc tempora reprehendit Gerson errorem monachorum de perfectione, et testatur, suis temporibus novam vocem fuisse, quod vita monastica sit status perfectionis.*

*Tam multæ impiæ opiniones hærent in votis, quod justificent, quod sint perfectio Christiana, quod servant consilia et præcepta, quod habeant opera supererogationis. Hæc omnia cum sint falsa et inania, faciunt vota irrita.*

ART. VII.—*De Potestate Ecclesiastica.*

*Magnæ disputationes fuerunt de potestate Episcoporum, in*

We read examples of men who, forsaking wedlock, and leaving the government of the commonwealth, have hid themselves in monasteries. This they called flying out of the world, and seeking a kind of life which is more acceptable to God: neither did they see that God is to be served in those commandments which he himself hath delivered, not in the commandments which are devised by men. That is a good and perfect kind of life which hath the commandment of God for it. It is necessary to admonish men of these things. And before these times Gerson did reprehend this error of the monks concerning perfection; and witnesseth, that in his time this was a new saying, that the monastical life is a state of perfection.

Thus many wicked opinions do cleave fast unto vows: as that they merit remission of sins and justification, that they are Christian perfection, that they do keep the counsels and commandments, that they have works of supererogation. All these things (seeing they be false and vain) do make vows to be of none effect.

ART. VII.—*Of Ecclesiastical Power.*

There have been great controversies touching the power of Bishops;

*quibus nonnulli incommode commiscuerunt potestatem Ecclesiasticam et potestatem gladii.*

*Et ex hac confusione maxima bella, maximi motus extiterunt, dum Pontifices, freti potestate clavium, non solum novos cultus instituerunt reservatione casuum, violentis excommunicationibus conscientias oneraverunt, sed etiam regna mundi transferre et imperatoribus adimere imperium conati sunt.*

*Hæc vitia multo ante reprehenderunt in Ecclesia homines pii et eruditi. Itaque nostri ad consolandas conscientias coacti sunt ostendere discrimen ecclesiasticæ potestatis et potestatis gladii, et docuerunt utramque propter mandatum Dei religiose venerandam et honore afficiendam esse, tanquam summa Dei beneficia in terris.*

*Sic autem sentiunt, potestatem clavium seu potestatem Episcoporum, juxta Evangelium, potestatem esse seu mandatum Dei, prædicandi Evangelii, remittendi et retinendi peccata, et administrandi Sacramenta. Nam cum*

in which many have incommodiously mingled together the Ecclesiastical power and the power of the sword.

And out of this confusion there have sprung very great wars and tumults, while that the Pontiffs, trusting in the power of the keys, have not only appointed new kinds of service, and burdened men's consciences by reserving of cases, and by violent excommunications; but have also endeavored to transfer worldly kingdoms from one to another, and to despoil emperors of their power and authority.

These faults did godly and learned men long since reprehend in the Church; and for that cause our teachers were compelled, for the comfort of men's consciences, to show the difference between the ecclesiastical power and the power of the sword. And they have taught that both of them, because of God's commandment, are dutifully to be revered and honored, as the chiefest blessings of God upon earth.

Now their judgment is this: that the power of the keys, or the power of the Bishops, by the rule of the Gospel, is a power or commandment from God, of preaching the Gospel, of remitting or retaining sins, and of administering the Sac-

*hoc mandato Christus mittit Apostolos (John xx. 21 sqq.): 'Sicut misit me Pater, ita et ego mitto vos. Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis peccata, retenta sunt.'* Mark xvi. 15: '*Ite, prædicate Evangelium omni creaturæ,*' etc.

*Hæc potestas tantum exercetur docendo seu prædicando verbum, et porrigendo Sacramenta, vel multis vel singulis juxta vocationem, quia conceduntur non res corporales, sed res æternæ, justitia æterna, Spiritus Sanctus, vita æterna. Hæc non possunt contingere nisi per ministerium verbi et Sacramentorum; sicut Paulus dicit (Rom. i. 16): 'Evangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti.'*

*Itaque cum potestas ecclesiastica concedat res æternas, et tantum exercetur per ministerium verbi: non impedit politicam administrationem; sicut ars canendi nihil impedit politicam administrationem. Nam politica administratio versatur circa alias res, quam Evangelium: magistratus defendit non mentes, sed corpora et res corporales*

raments. For Christ doth send his Apostles with this charge: 'As the Father hath sent me, even so send I you. Receive ye the Holy Ghost: whosoever sins ye remit, they are remitted unto them; and whosoever sins ye retain, they are retained' (John xx. 21-23). 'Go, and preach the Gospel to every creature,' etc. (Mark xvi. 15).

This power is put in execution only by teaching or preaching the Word and administering the Sacraments, either to many or to single individuals, in accordance with their call. For thereby not corporal things, but eternal, are granted; as an eternal righteousness, the Holy Ghost, life everlasting. These things can not be got but by the ministry of the Word and of the Sacraments, as Paul saith, 'The Gospel is the power of God to salvation to every one that believeth' (Rom. i. 16).

Seeing, then, that the ecclesiastical power concerneth things eternal, and is exercised only by the ministry of the Word, it hindereth not the political government any more than the art of singing hinders political government. For the political administration is occupied about other matters than is the Gospel. The magistracy defends not the minds, but the bodies, and

*adversus manifestas injurias, et coërcet homines gladio et corporalibus pœnis, ut justitiam civilem et pacem retineat.*

*Non igitur commiscendæ sunt potestates ecclesiastica et civilis: ecclesiastica suum mandatum habet Evangelii docendi et administrandi Sacramenta. Non irrumpat in alienum officium, non transferat regna mundi, non abroget leges magistratum, non tollat legitimam obedientiam, non impediatur de ullis civilibus ordinationibus aut contractibus, non præscribat leges magistratibus de forma rei publicæ; sicut dicit Christus (John xviii. 36): 'Regnum meum non est de hoc mundo.' Item (Luke xii. 14): 'Quis constituit me judicem aut diviserem super vos?' Et Paulus ait (Phil. iii. 20): 'Nostra politia in cœlis est.' 2 Cor. x. 4: 'Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Dei, ad destruendas cogitationes,' etc. Ad hunc modum discernunt nostri utriusque potestatis officia, et jubent utramque honore afficere et agnoscere, utramque Dei donum et beneficium esse.*

*Si quam habent Episcopi po-*

bodily things, against manifest injuries; and coerces men by the sword and corporal punishments, that it may uphold civil justice and peace.

Wherefore the ecclesiastical and civil powers are not to be confounded. The ecclesiastical power hath its own commandment to preach the Gospel and administer the Sacraments. Let it not by force enter into the office of another; let it not transfer worldly kingdoms; let it not abrogate the magistrates' laws; let it not withdraw from them lawful obedience; let it not hinder judgments touching any civil ordinances or contracts; let it not prescribe laws to the magistrate touching the form of the republic; as Christ saith, 'My kingdom is not of this world' (John xviii. 36). Again, 'Who made me a judge or a divider over you?' (Luke xii. 14). And Paul saith, 'Our conversation [citizenship] is in heaven' (Phil. iii. 20). 'The weapons of our warfare are not carnal, but mighty through God, casting down imaginations,' etc. (2 Cor. x. 4). In this way do our teachers distinguish between the duties of each power one from the other, and do warn all men to honor both powers, and to acknowledge both to be the [highest] gift and blessing of God.

If so be that the Bishops have

*testatam gladii, hanc non habent Episcopi ex mandato Evangelii, sed jure humano donatam a regibus et imperatoribus, ad administrationem civilem suorum bonorum. Hæc interim alia functio est, quam ministerium Evangelii.*

*Cum igitur de jurisdictione Episcoporum queritur, discerni debet imperium ab ecclesiastica jurisdictione. Porro secundum Evangelium, seu, ut loquuntur, de jure divino, nulla jurisdictio competit Episcopis, ut Episcopis, hoc est, his, quibus est commissum ministerium Verbi et Sacramentorum, nisi remittere peccata, item, cognoscere doctrinam, et doctrinam ab Evangelio dissentientem rejicere, et impios, quorum nota est impietas, excludere a communione Ecclesie, sine vi humana, sed Verbo. Hic necessario et de jure divino debent eis Ecclesie præstare obedientiam, juxta illud (Luke x. 16): 'Qui vos audit, me audit.'*

*Verum cum aliquid contra Evangelium docent aut statuunt, tunc habent Ecclesie mandatum Dei, quod obedientiam prohibet (Matt. vii. 15): 'Cavete a Pseudo-*

any power of the sword, they have it not as Bishops by the commandment of the Gospel, but by man's law given unto them of kings and emperors, for the civil government of their goods. This, however, is a kind of function diverse from the ministry of the Gospel.

Therefore, when the question touches the jurisdiction of Bishops, government must be distinguished from ecclesiastical jurisdiction. Again, by the Gospel, or, as they term it, by divine right, Bishops, as Bishops—that is, those who have the administration of the Word and Sacraments committed to them—have no other jurisdiction at all, but only to remit sin, also to take cognizance of [to judge in regard to] doctrine, and to reject doctrine inconsistent with the Gospel, and to exclude from the communion of the Church, without human force, but by the Word [of God], those whose wickedness is known. And herein of necessity the churches ought by divine right to render obedience unto them; according to the saying of Christ, 'He that heareth you heareth me' (Luke x. 16).

But when they teach or determine any thing contrary to the Gospel, then have the churches a commandment of God, which forbideth obedience to them: 'Beware

*prophetis.* Gal. i. 8: '*Si Angelus de celo aliud Evangelium evangelizaverit, anathema sit.*' 2 Cor. xiii. 8: '*Non possumus aliquid contra veritatem, sed pro veritate.*' Item (10): '*Data est nobis potestas ad ædificationem, non ad destructionem.*' Sic et *Canones præcipiunt (II. Quæst. VII. Cap. Sacerdotes, et Cap. Oves).* Et *Augustinus contra Petiliani Epistolam inquit: 'Nec Catholicis Episcopis consentiendum est, sicubi forte falluntur, aut contra Canonicas Dei Scripturas aliquid sentiunt.'*

*Si quam habent aliam vel potestatem, vel jurisdictionem in cognoscendis certis causis, videlicet matrimonii, aut decimarum, etc., hanc habent humano jure; ubi cessantibus Ordinariis coguntur Principes, vel invitati, suis subditis jus dicere, ut pax retineatur.*

*Præter hæc disputatur, utrum Episcopi seu Pastores habeant jus instituendi ceremonias in Ecclesia, et leges de cibis, feriis, gradibus ministrorum, seu ordinibus, etc., condendi. Hoc jus qui tribuunt Episcopis, allegant testimonium (John xvi. 12): 'Adhuc*

of false prophets' (Matt. vii. 15). 'If an angel from heaven preach any other Gospel, let him be accursed' (Gal. i. 8). 'We can not do any thing against the truth, but for the truth' (2 Cor. xiii. 8). Also, 'This power is given us to edify, and not to destroy' (2 Cor. xiii. 10). So do the Canons command (II. Quæst. 7, *Cap. Sacerdotes, and Cap. Oves*). And Augustine, in his *Treatise against Petilian's Epistle*, saith, 'Neither must we subscribe to Catholic Bishops, if they chance to err, or determine any thing contrary to the canonical divine Scriptures.'

If so be that they have any other power or jurisdiction, in hearing and understanding certain cases, as namely, of Matrimony, and Tithes, etc., they hold it by human right. But when the ordinaries fail [to attend to this office], princes are constrained, whether they wish to do so or not, to declare the law to their subjects, for maintaining of peace.

Besides these things, there is a controversy whether Bishops or Pastors have power to institute ceremonies in the Church, and to make laws concerning meats, and holidays, and degrees, or orders of ministers, etc. They that ascribe this power to the Bishops allege this



*multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Allegant etiam exemplum Apostolorum, qui prohibuerunt abstinere a sanguine et suffocato. Allegant Sabbatum mutatum in diem Dominicum, contra Decalogum ut videtur. Nec ullum exemplum magis jactatur, quam mutatio Sabbati. Magnam contendunt Ecclesiæ potestatem esse, quod dispensaverit de præcepto Decalogi.

*Sed de hac questione nostri sic docent, quod Episcopi non habent potestatem statuendi aliquid contra Evangelium, ut supra ostensum est, docent idem Canones IX. Distinct. Porro contra Scripturam est, traditiones condere aut exigere, ut per eam observationem satis faciamus pro peccatis, aut mereamur gratiam et justitiam. Leditur enim gloria meriti Christi, cum talibus observationibus conamur mereri justificationem. Constat autem propter hanc persuasionem, in Ecclesia pene in infinitum crevisse traditiones, oppressa interim doctrina de fide*

I. *Primo delirum Philosophorum Stoicorum dogma, quemadmodum et Manichæorum furorem, qui docuerunt, omnia, quæ eveniant, necessario fieri, et aliter fieri prorsus non posse, et hominem omnia coactum facere, etiam ea, quæ in rebus externis agat, eumque ad designanda mala*

the hearts of men, in order that, as Lydia did (Acts xvi. 14), they may diligently attend, and thus may be converted by the sole grace and power of the Holy Spirit, whose work, and whose work alone, the conversion of man is. For if the grace of the Holy Spirit is absent, our willing and running, our planting, sowing, and watering, are wholly in vain (Rom. ix. 16; 1 Cor. iii. 7); if, that is, he do not give the increase, as Christ says (John xv. 5): 'Without me ye can do nothing.' And, indeed, in these few words Christ denies to free-will all power whatever, and ascribes all to divine grace, 'that no one may have whereof he may glory before God' (1 Cor. i. 29; 2 Cor. xii. 5; Jer. ix. 23).

## NEGATIVE.

*Rejection of contrary and false doctrine.*

We repudiate, therefore, and condemn all the errors which we will now recount, as not agreeing with the rule of the divine word:

I. First, the insane dogma of the Stoic philosophers, as also the madness of the Manichæans, who taught that all things which come to pass take place by necessity, and can not possibly be otherwise; and that man does all things by constraint, even those things which he transacts in outward matters, and that he is

*opera et scelera (qualia sunt libidines vagæ, rapinæ, cædes, furta, et similia) cogi.*

II. *Repudiamus etiam crassum illum Pelagianorum errorem, qui asserere non dubitarunt, quod homo propriis viribus, sine gratia Spiritus Sancti, sese ad Deum convertere, Evangelio credere, legi divinæ ex animo parere, et hac ratione peccatorum remissionem ac vitam æternam ipse promereri valeat.*

III. *Præter hos errores rejicimus et Semipelagianorum falsum dogma, qui docent, hominem propriis viribus inchoare posse suam conversionem: absolvere autem sine Spiritus Sancti gratia non posse.*

IV. *Item, cum docetur, licet homo non renatus, ratione liberi arbitrii, ante sui regenerationem infirmior quidem sit, quam ut conversionis suæ initium facere, atque propriis viribus sese ad Deum convertere, et legi Dei toto corde parere valeat: tamen, si Spiritus Sanctus prædicatione verbi initium fecerit, suamque gratiam in verbo homini obtulerit, tum hominis voluntatem, propriis et naturalibus suis viribus quodammodo aliquid, licet id modicum, infirmum et lan-*

compelled to the committing of evil works and crimes, such as unlawful lusts, acts, rapine, murders, thefts, and the like.

II. We repudiate, also, that gross error of the Pelagians, who have not hesitated to assert that man by his own powers, without the grace of the Holy Spirit, has ability to convert himself to God, to believe the gospel, to obey the divine law from his heart, and in this way to merit of himself the remission of sins and eternal life.

III. Besides these errors, we reject also the false dogma of the Semi-Pelagians, who teach that man by his own powers can commence his conversion, but can not fully accomplish it without the grace of the Holy Spirit.

IV. Also the teaching that, although unregenerate man, in respect of free-will, is indeed, antecedently to his regeneration, too infirm to make a beginning of his own conversion, and by his own powers to convert himself to God, and obey the law of God with all his heart; yet if the Holy Spirit, by the preaching of the word, shall have made a beginning, and offered his grace in the word to man, that then man, by his own proper and natural powers, can, as it were, give some assistance and co-operation, though it be but

*quidum admodum sit, conversionem adjuvare, atque cooperari, et seipsam ad gratiam applicare, præparare, eam apprehendere, amplecti, et Evangelio credere posse.*

V. *Item, hominem, post regenerationem, legem Dei perfecte observare atque implere posse, eamque impletionem esse nostram coram Deo justitiam, qua vitam æternam promereamur.*

VI. *Rejicimus etiam damnatusque Enthusiastarum<sup>1</sup> errorem, qui fingunt, Deum immediate, absque verbi Dei auditu, et sine Sacramentorum usu, homines ad se trahere, illuminare, justificare et salvare.*

VII. *Item, Deum in conversione et regeneratione hominis substantiam et essentiam veteris Adami, et præcipue animam rationalem penitus abolere, novamque animæ essentiam ex nihilo, in illa conversione et regeneratione creare.*

VIII. *Item, cum hi sermones citra declarationem usurpantur, quod videlicet hominis voluntas, ante conversionem, in ipsa conversione, et post conversionem, Spiritui Sancto repugnet, et quod*

slight, infirm, and languid, towards his conversion, and can apply and prepare himself unto grace, apprehend it, embrace it, and believe the gospel.

V. Also that man, after regeneration, can perfectly observe and fulfill the law of God, and that this fulfilling is our righteousness before God, whereby we merit eternal life.

VI. We also reject and condemn the error of the Enthusiasts,<sup>1</sup> who feign that God immediately, apart from the hearing of the Word of God, and without the use of the sacraments, draws men to himself, enlightens them, justifies and saves them.

VII. Also, that God in the regeneration of man utterly abolishes the substance and essence of the old Adam, and especially the rational soul, and creates from nothing in that conversion and regeneration a new essence of the soul.

VIII. Also, when such statements as these are used without explanation, that the will of man, before conversion, in conversion itself, and after conversion, is set against the Holy Ghost, and that the Holy

<sup>1</sup> 'Enthusiastæ' vocantur, qui neglecta prædicatione verbi divini cælestes revelationes Spiritus expectant.

<sup>1</sup> Enthusiasts are those who, neglecting the preaching of the divine Word, yet expect celestial revelations of the Spirit.



*Spiritus Sanctus iis detur, qui ex proposito et pertinaciter ipsi resistunt. Nam Deus in conversione ex nolentibus volentes facit, et in volentibus habitat, ut Augustinus loqui solet.*

*Quod vero ad dicta quædam, tum Patrum, tum Neotericorum quorundam Doctorum attinet: Deus trahit, sed volentem trahit: et hominis voluntas in conversione non est otiosa, sed agit aliquid: judicamus hæc formæ sanorum verborum non esse analogæ. Afferuntur enim hæc dicta ad confirmandam falsam opinionem de viribus humani arbitrii in hominis conversione, contra doctrinam, quæ soli gratiæ diviniæ id opus attribuit. Ideoque ab ejusmodi sermonibus, quando de conversione hominis ad Deum agitur, abstinendum censemus.*

*Contra autem recte docetur, quod Dominus in conversione, per Spiritus Sancti tractionem (id est, motum et operationem) ex hominibus repugnantibus et nolentibus volentes homines faciat, et quod post conversionem in quotidianis pœnitentiæ exercitiis hominis renati voluntas non sit otiosa, sed omnibus Spiritus Sancti operibus, quæ ille per nos efficit, etiam cooperetur.*

Ghost is given to those who of set purpose and obstinately resist him. For God in conversion of unwilling men makes willing men, and dwells in the willing, as Augustine is wont to speak.

But as concerns certain dicta, both of the Fathers and of certain modern doctors, such as the following: *God draws, but draws a willing man, and man's will in conversion is not idle, but effects somewhat*—we judge that these are not agreeable to the form of sound words. For these dicta are advanced for the confirming of the false opinion of the powers of the human will in the conversion of man, contrary to the doctrine which attributes that work to divine grace alone. And therefore we judge that we ought to abstain from expressions of such sort in treating of the conversion of man to God.

But, on the other hand, it is rightly taught that the Lord in conversion, through the drawing (that is, the movement and operation) of the Holy Spirit, of resisting and unwilling makes willing men, and that after conversion, in the daily exercises of penitence the will of man is not idle, but co-operates also with all the works of the Holy Spirit which he effects through us.

IX. *Item, quod D. Lutherus scripsit, hominis voluntatem in conversione pure passive se habere: id recte et dextre est accipiendum, videlicet, respectu divine gratiæ in accendendis novis motibus, hoc est, de eo intelligi oportet, quando Spiritus Dei per verbum auditum, aut per usum Sacramentorum hominis voluntatem aggreditur, et conversionem atque regenerationem in homine operatur. Postquam enim Spiritus Sanctus hoc ipsum jam operatus est atque effecit, hominisque voluntatem sola sua divina virtute et operatione immutavit atque renovavit: tunc revera hominis nova illa voluntas instrumentum est et organon Dei Spiritus Sancti, ut ea non modo gratiam apprehendat, verum etiam in operibus sequentibus Spiritui Sancto cooperetur.*

*Relinquantur igitur ante conversionem hominis duæ tantum efficientes causæ (ad conversionem efficaces), nimirum Spiritus Sanctus, et verbum Dei, quod est instrumentum Spiritus Sancti, quo conversionem hominis efficit.<sup>1</sup> Hoc verbum homo certe audire debet, sed tamen ut illud ipsum*

IX. Also, whereas Dr. Luther has written that the will of man in conversion is *purely passive*, that is to be received rightly and fitly, to wit: in respect of divine grace in kindling new motions, that is, it ought to be understood of the moment when the Spirit of God, through the hearing of the Word or through the use of the sacraments, lays hold of the will of man, and works conversion and regeneration in man. For after the Holy Spirit has already wrought and effected this very thing, and has changed and renewed the will of man by his own divine virtue and working alone, then, indeed, this new will of man is the instrument and organ of God the Holy Ghost, so that it not only lays hold of grace, but also co-operates, in the works which follow, with the Holy Spirit.

There are, therefore, left before the conversion of man two efficient causes only (efficacious to conversion), that is to say, the Holy Spirit and the Word of God, which is the instrument of the Holy Spirit whereby he effects the conversion of man.<sup>1</sup> This Word man is, without question, bound to hear; but,

<sup>1</sup> Against Melancthon, who in his later years taught that there are three causes of conversion closely combined, namely, the Holy Spirit (the creative cause), the Word of God (the instrumental cause), and the *consenting will* of man. See Vol. I. p. 262.

*vera fide amplectatur, nequam suis viribus propriis, sed sola gratia et operatione Dei Spiritus Sancti obtinere potest.*

## ART. III.

DE JUSTITIA FIDEI CORAM DEO.

## STATUS CONTROVERSIE.

*Unanimi consensu (ad normam verbi divini, et sententiam Augustanæ Confessionis) in Ecclesiis nostris docetur, nos peccatores longe miserrimos sola in Christum fide coram Deo justificari et salvari, ita ut Christus solus nostra sit justitia. Hic autem Jesus Christus, Salvator noster, et justitia nostra, verus Deus est et verus homo: etenim divina et humana naturæ in ipso sunt personaliter unite. Quæsitum igitur fuit: secundum quam naturam Christus nostra sit justitia? Et hac occasione duo errores, et quidem inter se pugnantes, Ecclesias quasdam perturbarunt.*

*Una enim pars sensit, Christum tantummodo secundum divinam naturam esse nostram justitiam, si videlicet ille per fidem in nobis habitet: etenim omnia*

nevertheless, he is in nowise by his own powers able to obtain the benefit of embracing it in true faith, but only by the grace and working of God the Holy Ghost.

## ART. III.

OF THE RIGHTEOUSNESS OF FAITH BEFORE GOD.

## STATEMENT OF THE CONTROVERSY.

By unanimous consent (according to the rule of the divine Word and the judgment of the Augsburg Confession), it is taught in our churches that we most wretched sinners are justified before God and saved alone by faith in Christ, so that Christ alone is our righteousness. Now this Jesus Christ, our Saviour and our righteousness, is true God and true man; for the divine and human natures in him are personally united (Jer. xxiii. 6; 1 Cor. i. 30; 2 Cor. v. 21). It has therefore been asked: According to which nature is Christ our righteousness? And by occasion of this, two errors, and these contrary the one to the other, have disturbed certain churches.

For one part has held that Christ is our righteousness only according to the divine nature, if, that is, he dwell by faith in us; for that all the sins of men, com-

*hominum peccata, collata nimirum cum illa per fidem inhabitante Divinitate, esse instar unius guttulæ aquæ, cum magno mari comparatæ. Contra hanc opinionem alii quidam asseruerunt, Christum esse nostram coram Deo justitiam, duntaxat secundum humanam naturam.*

## AFFIRMATIVA.

*Sincera doctrina piarum Ecclesiarum, utriusque commemorato errori opposita.*

I. *Ad refellendum utrumque errorem, credimus, docemus et confitemur unanimiter, quod Christus vere sit nostra justitia, sed tamen neque secundum solam divinam naturam, neque secundum solam humanam naturam: sed totus Christus, secundum utramque naturam, in sola videlicet obedientia sua, quam Patri ad mortem usque absolutissimam Deus et homo præstitit, eaque nobis peccatorum omnium remissionem et vitam æternam promeruit. Sicut scriptum est: 'Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi: ita et per unius obedientiam justi constituentur multi' (Rom. v. 19).*

II. *Credimus igitur, docemus et confitemur, hoc ipsum nostram esse coram Deo justitiam, quod*

pared with that Godhead thus indwelling by faith, are like one drop of water compared with the broad sea. Against this opinion others, indeed, have asserted that Christ is our righteousness before God, only according to his human nature.

## AFFIRMATIVE.

*The sound doctrine of godly churches opposed to both of the fore-mentioned errors.*

I. To overthrow both errors we unanimously believe, teach, and confess that Christ is truly our righteousness, but yet neither according to the divine nature alone, nor according to the human nature alone, but the whole Christ according to both natures, to wit: in his sole, most absolute obedience which he rendered to the Father even unto death, as God and man, and thereby merited for us the remission of all our sins and eternal life. As it is written: 'As by one man's disobedience many were made sinners, so by the obedience of one shall many be made righteous' (Rom. v. 19).

II. We believe, therefore, teach, and confess that this very thing is our righteousness before God, name-

*Dominus nobis peccata remittit, ex mera gratia, absque ullo respectu præcedentium, presentium, aut consequentium nostrorum operum, dignitatis, aut meriti. Ille enim donat atque imputat nobis justitiam obedientiæ Christi; propter eam justitiam a Deo in gratiam recipimur, et justî reputamur.*

III. *Credimus etiam, docemus et confitemur, solam fidem esse illud medium et instrumentum, quo Christum Salvatorem, et ita in Christo justitiam illam, quæ coram judicio Dei consistere potest, apprehendimus: propter Christum enim fides illa nobis ad justitiam imputatur (Rom. iv. 5).*

IV. *Credimus præterea, docemus et confitemur, fidem illam justificantem non esse nudam notitiam historiæ de Christo, sed ingens atque tale Dei donum, quo Christum, Redemptorem nostrum, in verbo Evangelii recte agnoscimus, ipsique confidimus: quod videlicet propter solam ipsius obedientiam, ex gratia, remissionem peccatorum habeamus, sancti et justî coram Deo Patre reputemur, et æternam salutem consequamur.*

V. *Credimus, docemus et confitemur, vocabulum 'justificare'*

ly, that God remits to us our sins of mere grace, without any respect of our works, going before, present, or following, or of our worthiness or merit. For he bestows and imputes to us the righteousness of the obedience of Christ; for the sake of that righteousness we are received by God into favor and accounted righteous.

III. We believe, also, teach, and confess that Faith alone is the means and instrument whereby we lay hold on Christ the Saviour, and so in Christ lay hold on that righteousness which is able to stand before the judgment of God; for that faith, for Christ's sake, is imputed to us for righteousness (Rom. iv. 5).

IV. We believe, moreover, teach, and confess that this justifying faith is not a bare knowledge of the history of Christ, but such and so great a gift of God as that by it we rightly recognize Christ our Redeemer in the word of the gospel, and confide in him: to wit, that for his obedience's sake alone we have by grace the remission of sins, are accounted holy and righteous before God the Father, and attain eternal salvation.

V. We believe, teach, and confess that the word *justify* in this

*phrasi Scripturæ Sacræ, in hoc articulo, idem significare, quod absolvere a peccatis, ut ex dicto Salomonis (Prov. xvii. 15) intelligi potest: 'Qui justificat impium, et qui condemnat justum, abominabilis est uterque apud Deum.' Item (Rom. viii. 33): 'Quis accusabit electos Dei? Deus est qui justificat.'*

*Et, si quando pro vocabulo justificationis vocabula regenerationis et vivificationis usurpantur (quod in Apologia Augustanæ Confessionis factum est), sunt ea in illa superiore significatione accipienda. Nam alias eæ voces de hominis renovatione intelligendæ sunt, quæ a fidei justificatione recte discernitur.*

VI. *Credimus, docemus et confitemur etiam, etsi vere in Christum credentes et renati multis infirmitatibus et nævis usque ad mortem sunt obnoxii: non tamen illis vel de justitia, quæ per fidem ipsis imputatur, vel de æterna salute esse dubitandum, quin potius firmiter illis statuendum esse [vor gewiss halten sollen], quod propter Christum, juxta promissionem et inmotum verbum Evangelii, Deum sibi placatum habeant.*

article, conformably to the usage of Holy Scripture, signifies the same as to absolve from sin, as may be understood by the word of Solomon (Prov. xvii. 15): 'He that justifieth the wicked, and he that condemneth the just, even they both are abomination to the Lord.' Also (Rom. viii. 33): 'Who shall lay any thing to the charge of God's elect? It is God that justifieth.'

And if at any time for the word Justification the words Regeneration and Vivification are used (as is done in the Apology of the Augsburg Confession), these words are to be taken in the above-stated signification. For elsewhere these words are to be understood of the renewing of man, which is rightly distinguished from the justification of faith.

VI. We believe, teach, and confess, moreover, that, although they that truly believe in Christ and are born again are even to the hour of death obnoxious to many infirmities and stains, yet they ought not to doubt either of the righteousness which is imputed to them through faith or concerning their eternal salvation, but rather are they firmly to be convinced that, for Christ's sake, according to the promise and unshaken word of the gospel, they have God reconciled to them.

VII. *Credimus, docemus et confitemur, quod ad conservandam puram doctrinam de justitia fidei coram Deo, necessarium sit, ut particulas exclusivæ (quibus Apostolus Paulus Christi meritum ab operibus nostris prorsus separat, solique Christo eam gloriam tribuit) quam diligentissime retineantur, ut cum Paulus scribit: ex gratia, gratis, sine meritis, absque lege, sine operibus, non ex operibus. Quæ omnia hoc ipsum dicunt: 'Sola fide in Christum justificamur et salvamur' (Eph. ii. 8; Rom. i. 17; iii. 24; iv. 3 sqq.; Gal. iii. 11; Heb. xi.).*

VIII. *Credimus, docemus et confitemur, etsi antecedens contritio et subsequens nova obedientia ad articulum justificationis coram Deo non pertinent: non tamen talem fidem justificantem esse fingendam, quæ una cum malo proposito peccandi, videlicet, et contra conscientiam agendi, esse et stare possit. Sed postquam homo per fidem est justificatus, tum veram illam et vivam fidem esse per caritatem efficacem (Gal. v. 6), et bona opera semper fidem justificantem sequi, et una cum ea, si modo vera et viva fides est, certissime deprehendi. Fides enim vera nunquam sola est, quin caritatem et spem semper secum habeat.*

VII. We believe, teach, and confess that, for the preserving of the pure doctrine of the righteousness of faith before God, it is necessary that the exclusive particles (by which the apostle Paul separates the merit of Christ utterly from our works, and attributes that glory to Christ alone) should be most diligently retained, as when Paul writes: 'Of grace, freely, without our deserts, without law, without works, not of works.' All which expressions amount to this: 'By faith in Christ alone are we justified and saved' (Eph. ii. 8; Rom. i. 17; iii. 24; iv. 3 sqq.; Gal. iii. 11; Heb. xi.).

VIII. We believe, teach, and confess that, although antecedent contrition and subsequent new obedience do not appertain to the article of justification before God, yet we are not to imagine any such justifying faith as can exist and abide with a purpose of evil, to wit: of sinning and acting contrary to conscience. But after that man is justified by faith, then that true and living faith works by love (Gal. v. 6), and good works always follow justifying faith, and are most certainly found together with it, provided only it be a true and living faith. For true faith is never alone, but hath always charity and hope in its train.

## ANTITHESIS, SEU NEGATIVA.

*Rejectione contrariæ et falsæ doctrinæ.*

*Repudiamus ergo et damnamus omnia falsa dogmata, quæ jam recitabimus.*

I. *Christum esse justitiam nostram solummodo secundum divinam naturam.*

II. *Christum esse justitiam nostram tantummodo juxta humanam naturam.*

III. *In dictis Prophetiis et Apostolicis, ubi de justificatione fidei agitur, vocabula 'justificare' et 'justificari' non idem esse ac a peccatis absolvere et absolvi, et remissionem peccatorum consequi: sed nos per caritatem, a Spiritu Sancto infusam, per virtutes et per opera, quæ a caritate promanant, reipsa coram Deo justos fieri.*

IV. *Fidem non respicere in solam Christi obedientiam, sed in divinam ejus naturam; quatenus videlicet ea in nobis habitet atque efficax sit, ut per eam inhabitacionem peccata nostra tegantur.*

V. *Fidem esse talem fiduciam in obedientiam Christi, quæ possit in eo etiam homine permanere et consistere, qui vera pœnitentia careat, et ubi caritas non sequatur, sed qui contra conscientiam in peccatis perseveret.*

VOL. III.—I

## ANTITHESIS, OR NEGATIVE.

*Rejection of opposite and false doctrine.*

We repudiate, therefore, and condemn all the false dogmas, which we will now recount:

I. That Christ is our righteousness only according to his divine nature.

II. That Christ is our righteousness only according to his human nature.

III. That in the prophetic and apostolic declarations, which treat of the righteousness of faith, the words *justify* and *to be justified* are not the same as to absolve and be absolved from sins, and to obtain remission of sins, but that we, through love infused by the Holy Ghost, through the virtues and through the works which flow forth from charity, become in very deed righteous before God.

IV. That faith does not have respect to the sole obedience of Christ, but to his divine nature, so far as that dwells and is efficacious in us, so that by that indwelling our sins are covered.

V. That faith is such a confidence in the obedience of Christ as can abide and have a being even in that man who is void of true repentance, and in whom it is not followed by charity, but who contrary to conscience perseveres in sins.



VI. *Non ipsum Deum, sed tantum dona Dei in credentibus habitare.*

VII. *Fidem ideo salutem nobis conferre, quod novitas illa, quæ in dilectione erga Deum et proximum consistit, per fidem in nobis inchoatur.*

VIII. *Fidem in justificationis negotio primas quidem partes tenere, sed tamen etiam renovationem et caritatem ad justitiam nostram coram Deo pertinere, ita ut renovatio et caritas quidem non sit principulis causæ nostræ justitiæ: sed tamen justitiam nostram coram Deo (si absint renovatio et caritas) non esse integram et perfectam.*

IX. *Credientes in Christum coram Deo justos esse et salvos, simul per imputatam Christi justitiam, et per inchoatam novam obedientiam, vel, partim quidem per imputationem justitiæ Christi, partim vero per inchoatam novam obedientiam.*

X. *Promissionem gratiæ nobis applicari per fidem in corde, et præterea etiam per confessionem, quæ ore fit, et per alias virtutes.*

XI. *Fidem non justificare sine bonis operibus, itaque bona opera necessario ad justitiam requiri, et*

VI. That not God himself dwells, but only the gifts of God dwell in believers.

VII. That faith bestows salvation upon us for the reason that that renewal which consists in love towards God and our neighbor, commences in us through faith.

VIII. That faith in the matter of justification holds, indeed, the first place, but that renewal and charity also appertain to our righteousness before God, so that renewal and charity, indeed, are not the principal cause of our righteousness, but yet that our righteousness before God (if renewal and charity be wanting) is not whole and perfect.

IX. That believers in Christ are righteous and saved before God, both through the imputed righteousness of Christ and through the new obedience which is begun in them, or partly, indeed, through the imputation of the righteousness of Christ, and partly through the new obedience which is begun in them.

X. That the promised grace is appropriated to us by the faith of the heart, and also by the confession of the mouth, and moreover, also, by other virtuous acts.

XI. That faith does not justify without good works, that therefore good works are necessarily required

*absque eorum presentia hominem justificari non posse.*

## ART. IV.

## DE BONIS OPERIBUS.

## STATUS CONTROVERSIE.

*In doctrina de bonis operibus duæ controversiæ in quibusdam Ecclesiis ortæ sunt.*

*I. Primum schisma inter Theologos quosdam factum est, cum alii assererent, bona opera necessaria esse ad salutem, impossibile esse salvari sine bonis operibus, et neminem unquam sine bonis operibus salvatum esse: alii vero docerent, bona opera ad salutem esse perniciosâ.*

*II. Alterum schisma inter Theologos nonnullos super vocabulis 'necessarium' et 'liberum' ortum est. Altera enim pars contendit, vocabulum 'necessarium' non esse usurpandum de nova obedientia: eam enim non a necessitate quadam et coactione, sed a spontaneo spiritu [aus freiwilligen Geiste] promanare. Altera vero pars vocabulum 'necessarium' prorsus retinendum censuit: propterea, quod illa obedientia non in nostro arbitrio posita et libera sit, sed homines renatos illud obsequium debere præstare.*

for righteousness, and that independently of their being present man can not be justified.

## ART. IV.

## OF GOOD WORKS.

## STATEMENT OF THE CONTROVERSY.

Respecting the doctrine of Good Works, two controversies have arisen in certain churches:

I. The first schism among certain theologians arose when some asserted, that good works are necessary to salvation, and that it is impossible to be saved without good works, and that no one was ever saved without good works; while others taught that good works are detrimental to salvation.

II. The other schism has arisen between certain divines concerning the terms *necessary* and *free*. For the one part contends that the term *necessary* should not be used concerning the new obedience, for that this flows not from any necessity or constraint, but from a voluntary spirit. But the other part judges that the term *necessary* should by all means be retained, inasmuch as this obedience is not left to our mere will, and therefore is not free, but that regenerate men are bound to render such service.

*Et dum de commemoratis illis vocabulis disputatum est, tandem etiam de re ipsa fuit disceptatum. Alii enim contenderunt, Legem apud Christianos prorsus non esse docendam, sed tantummodo doctrina Evangelii homines ad bona opera invitandos esse: alii hanc opinionem impugnant.*

## AFFIRMATIVA.

*Sincera Ecclesie doctrina de hac controversia.*

*Ut hæ controversiæ solide et dextre explicentur atque decidentur, hæc nostra fides, doctrina et confessio est.*

I. *Quod bona opera veram fidem (si modo ea non sit mortua, sed viva fides) certissime atque indubitato sequantur, tanquam fructus bonæ arboris.*

II. *Credimus etiam, docemus et confitemur, quod bona opera penitus excludenda sint, non tantum cum de justificatione fidei agitur, sed etiam cum de salute nostra æterna disputatur, sicut Apostolus perspicuis verbis testatur, cum ait (Rom. iv. 6): 'Sicut et David dicit, beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert*

And out of this discussion concerning the aforementioned terms there arose at length a dispute concerning the material fact. For some have contended that the law ought not to be taught at all among Christians, but that men should be invited to good works by the doctrine of the gospel alone. Others have impugned this opinion.

## AFFIRMATIVE.

*The sound doctrine of the Church concerning this controversy.*

In order that these controversies may be solidly and judiciously explained and decided, the following is our faith, doctrine, and confession:

I. That good works<sup>1</sup> must certainly and without all doubt follow a true faith (provided only it be not a dead but a living faith), as fruits of a good tree.

II. We believe, also, teach, and confess that good works are wholly to be excluded, not only when the righteousness of faith is treated of, but also when the matter of our eternal salvation is discussed, as the apostle bears witness in clear words, when he says (Rom. iv. 6): 'Even as also David describeth the blessedness of the man to whom God im-

<sup>1</sup> 'Good works do spring out necessarily of a true and lively faith; insomuch that by them a lively faith may be as evidently known as a tree discerned by the fruit.'—*XII. Article of the Church of England.*

*justitiam sine operibus. Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tectu sunt peccata. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum, etc. Et alibi (Eph. ii. 8 sq.): 'Gratia,' inquit, 'estis salvati, per fidem, et hoc non ex vobis, Dei enim donum est, non ex operibus, ne quis gloriatur.'*

III. *Credimus, docemus et confitemur, omnes quidem homines, præcipue vero eos, qui per Spiritum Sanctum regenerati sunt et renovati, ad bona opera facienda debitores esse.*

IV. *Et in hac sententia vocabula illa 'necessarium,' 'debere,' 'oportere' ['nöthig,' 'sollen,' und 'müssen'] recte usurpantur, etiam de renatis hominibus, et cum forma sanorum verborum non pugnant.*

V. *Sed tamen per vocabula 'necessitas,' 'necessarium,' quando videlicet de renatis est sermo, non intelligenda est coactio, sed tantum debita illa obedientia, quam vere credentes, quatenus renati sunt, non ex coactione, aut compulsu legis, sed libero et spontaneo spiritu præstant, quandoquidem non amplius sub lege sunt, sed sub gratia (Rom. vi. 14; vii. 6; viii. 14).*

VI. *Credimus igitur, docemus et confitemur, cum dicitur, rena-*

puteth righteousness without works, saying, Blessed are they whose iniquities are forgiven, and whose sins are covered. Blessed is the man to whom the Lord hath not imputed sin.' And elsewhere (Eph. ii. 8 sq.): 'By grace,' saith he, 'are ye saved through faith; and that not of yourselves, for it is the gift of God—not of works, lest any man should boast.'

III. We believe, teach, and confess that all men, indeed, but chiefly those who through the Holy Spirit are regenerated and renewed, are debtors to do good works.

IV. And in this decision those words—'necessary,' 'ought,' 'it behooves'—are rightly used even of regenerate men, and are not inconsistent with the form of sound words.

V. But, nevertheless, by the terms *necessity, necessary*, when we speak of the regenerate, we are not to understand constraint, but only that bounden obedience which true believers, so far as they are regenerate, render, not of constraint or compulsion of the law, but of a free and spontaneous spirit: inasmuch as they are no longer under the law, but under grace (Rom. vi. 14; vii. 6; viii. 14).

VI. We believe, therefore, teach, and confess that when it is said

*tos bene operari libero et spontaneo spiritu, id non ita accipiendum esse, quod in hominis renati arbitrio relictum sit, bene aut male agere, quando ipsi visum fuerit, ut nihilominus tamen fidem retineat, etiamsi in peccatis ex proposito perseveret.*

VII. *Hoc tamen non aliter, quam de spiritu hominis jam liberato intelligendum est, sicut hanc rem ipse Christus, ejusque Apostoli declarant (Rom. viii. 15): quod videlicet spiritus hominis liberatus bene operetur, non formidine pœnæ, ut servus, sed justitiæ amore, qualem obedientiam filii præstare solent.*

VIII. *Hanc vero libertatem spiritus in electis Dei filiis non perfectam, sed multiplici infirmitate adhuc gravatam agnoscimus, quemadmodum D. Paulus super ea re de sua ipsius persona conqueritur (Rom. vii. 14 sqq.; Gal. v. 17).*

IX. *Illam tamen infirmitatem Dominus electis suis non imputat, idque propter Mediatorem Christum. Sic enim scriptum est (Rom. viii. 1): 'Nihil jam damnationis est his, qui in Christo Jesu sunt.'*

X. *Credimus præterea, docemus et confitemur, fidem et salu-*

that the regenerate do good works of a free and spontaneous spirit, this is not to be so understood as that it is left to the regenerate man's option to do well or ill whenever it may seem good to him, so that he retains faith, even though of set purpose he persevere in sins.

VII. That this, nevertheless, is not to be understood except of the spirit of man when set free, even as Christ himself and his apostles set forth this matter, to wit: that the liberated spirit of man does good works, not, as a slave, from fear of punishment, but from love of righteousness, such as is the obedience which children are wont to render (Rom. viii. 15).

VIII. But we acknowledge that this liberty of spirit in the elect children of God is not perfect, but is as yet weighed down with manifold infirmity, as St. Paul laments concerning himself about this matter (Rom. vii. 14-25; Gal. v. 17).

IX. This infirmity, nevertheless, the Lord, for the sake of Christ the Mediator, does not impute to his elect. For so it is written (Rom. viii. 1): 'There is therefore now no condemnation to them which are in Christ Jesus.'

X. We believe, moreover, teach, and confess that faith and salvation

*tem in nobis conservari, aut retineri, non per opera, sed tantum per Spiritum Dei, et per fidem (qua scilicet salus custoditur), bona autem opera testimonia esse, quod Spiritus Sanctus præsens sit, atque in nobis habitet.*

## NEGATIVA.

*Falsa doctrina, superiori repugnans.*

I. *Rejicimus igitur et damnamus subsequentes phrases, cum docetur: bona opera necessaria esse ad salutem; neminem unquam sine bonis operibus salvatum; impossibile esse sine bonis operibus salvari.*<sup>1</sup>

II. *Repudiamus et damnamus nudam hanc, offenculi plenam, et Christianæ discipline perniciosam phrasin: bona opera noxia esse ad salutem.*<sup>2</sup>

*His enim postremis temporibus non minus necessarium est, ut homines ad recte et pie vivendi rationem bonaque opera invitentur atque moneantur, quam necessarium sit, ut ad declarandam fidem atque gratitudinem suam erga Deum in bonis operibus sese exercent: quam necessarium est, cavere, ne bona opera negotio justificationis admisceantur. Non minus enim homines Epicurea persuasionem de fide,*

are preserved or retained in us not by works, but only by the spirit of God and by faith (by which, namely, salvation is guarded), and that good works are a testimony that the Holy Spirit is present and dwells in us.

## NEGATIVE.

*False doctrine opposed to that above stated.*

I. We reject, therefore, and condemn the following phrases, when it is taught: That good works are necessary to salvation; that no one has ever been saved without good works; that it is impossible to be saved without good works.

II. We repudiate and condemn this bald phrase, full of offense and pernicious to Christian discipline: That good works are detrimental to salvation.

For in these last times it is not less necessary that men should be admonished to a right and pious manner of living and to good works, and reminded how necessary it is that they should exercise themselves to declare and set forth their faith and gratitude towards God by good works, than it is necessary to beware lest good works be mingled in the matter of justification. For men may incur damnation no less by an Epicurean persuasion concern-

<sup>1</sup> Against Major.

<sup>2</sup> Against Amsdorf.

*quam Pharisaica et Papistica fiducia in propria opera et merita damnationem incurrere possunt.*

III. *Præterea reprobamus atque damnamus dogma illud, quod fides in Christum non amittatur, et Spiritus Sanctus nihilominus in homine habitet, etiamsi sciens volensque peccet; et quod sancti atque electi [die Heiligen und Auserwählten] Spiritum Sanctum retineant, tametsi in adulterium, aut in alia scelera prolabantur, et in eis perseverent.*

#### ART. V.

##### DE LEGE ET EVANGELIO.

###### STATUS CONTROVERSÆ.

*Quæsitum fuit: an Evangelium proprie sit tantummodo concio de gratia Dei, quæ remissionem peccatorum nobis annunciet: an vero etiam sit concio pœnitentiæ, arguens peccatum incredulitatis, quippe quæ non per Legem, sed per Evangelion duntaxat arguatur.*

###### AFFIRMATIVA.

*Sincera doctrina, cum norma verbi Dei congruens.*

I. *Credimus, docemus et confitemur, discrimen Legis et Evangelii, ut clarissimum quoddam lumen [ein besonder herrlich Licht],*

ing faith than by a Pharisaic and Papistic confidence in their own works and merits.

III. Moreover, we repudiate and condemn that dogma that faith in Christ is not lost, and that the Holy Spirit, even though a man sin wittingly and willingly, nevertheless dwells in him; and that the holy and elect retain the Holy Spirit, even though they fall into adultery or other crimes, and persevere in the same.

#### ART. V.

##### OF THE LAW AND THE GOSPEL.

###### STATEMENT OF THE CONTROVERSY.

It has been inquired: Whether the gospel is properly only a preaching of the grace of God, which announces to us the remission of sins, or whether it is also a preaching of repentance, rebuking the sin of unbelief, as one which is not rebuked by the Law, but only by the Gospel.

###### AFFIRMATIVE.

*Sound doctrine agreeing with the rule of the Word of God.*

I. We believe, teach, and confess that the distinction of the Law and of the Gospel, as a most excellently clear light, is to be retained with

*singulari diligentia in Ecclesia Dei retinendum esse, ut verbum Dei, juxta admonitionem D. Pauli, recte secari queat.*

II. *Credimus, docemus et confitemur, Legem esse proprie doctrinam divinitus revelatam, quæ doceat, quid justum Deoque gratum sit; quæ etiam, quicquid peccatum est, et voluntati divinæ adversatur, redarguat.*

III. *Quare, quicquid extat in sacris literis, quod peccata arguit, id revera ad Legis concionem pertinet.*

IV. *Evangelion vero proprie doctrinam esse censemus, quæ doceat, quid homo credere debeat, qui Legi Dei non satisfecit, et idcirco per eandem damnatur: videlicet, quod illum credere oporteat, Jesum Christum omnia peccata expiasse, atque pro iis satisfecisse, et remissionem peccatorum, justitiam coram Deo consistentem et vitam æternam, nullo interveniente peccatoris illius merito, impetrasse.*

V. *Cum autem vocabulum 'Evangelii' non semper in una eademque significatione in Sacra Scriptura usurpetur, unde et dissensio illa primum orta est: credimus, docemus et confitemur, si vocabulum 'Evangelii' de tota Christi doctrina accipiatur, quam*

special diligence in the Church of God, in order that the Word of God, agreeably to the admonition of St. Paul, may be rightly divided.

II. We believe, teach, and confess that the Law is properly a doctrine divinely revealed, which teaches what is just and acceptable to God, and which also denounces whatever is sinful and opposite to the divine will.

III. Wherefore, whatever is found in the Holy Scriptures which convicts of sins, that properly belongs to the preaching of the Law.

IV. The Gospel, on the other hand, we judge to be properly the doctrine which teaches what a man ought to believe who has not satisfied the law of God, and therefore is condemned by the same, to wit: that it behooves him to believe that Jesus Christ has expiated all his sins, and made satisfaction for them, and has obtained remission of sins, righteousness which avails before God, and eternal life without the intervention of any merit of the sinner.

V. But inasmuch as the word *Gospel* is not always used in Holy Scripture in one and the same signification, whence also that dissension first arose, we believe, teach, and confess that if the term *Gospel* is understood of the whole doctrine of Christ, which he set forth in his



*ipse in Ministerio suo (quemadmodum et ejus Apostoli) professus est (in qua significatione Mark i. 15 et Acts xx. 21 vox illa usurpatur), recte dici et doceri, Evangelium esse concionem de pœnitentia et remissione peccatorum.*

VI. *Quando vero Lex et Evangelion, sicut et ipse Moises, ut Doctor Legis, et Christus, ut Doctor Evangelii, inter se conferuntur: credimus, docemus et confitemur, quod Evangelion non sit concio pœnitentiæ, arguens peccata: sed quod proprie nihil aliud sit, quam lætissimum quoddam nuncium, et concio plena consolationis, non arguens aut terrens, quandoquidem conscientias contra terrores Legis solatur, easque in meritum solius Christi respicere jubet, et dulcissima predicatione, de gratia et favore Dei, per meritum Christi impetrato, rursus erigit.*

VII. *Quod vero ad revelationem peccati attinet, sic sese res habent. Velum illud Moisis omnium hominum oculis est obductum, quam diu solam Legis concionem, nihil autem de Christo audiunt. Itaque peccata sua ex Lege non vere agnoscunt: sed aut hypocritæ fiunt, qui justitiæ propriæ opinione turgent, quales*

ministry, as did also his apostles after him (in which signification the word is used in Mark i. 15 and Acts xx. 21), it is rightly said and taught that the Gospel is a preaching of repentance and remission of sins.

VI. But when the Law and the Gospel are compared together, as well as Moses himself, the teacher of the Law, and Christ the teacher of the Gospel, we believe, teach, and confess that the Gospel is not a preaching of repentance, convicting of sins, but that it is properly nothing else than a certain most joyful message and preaching full of consolation, not convicting or terrifying, inasmuch as it comforts the conscience against the terrors of the Law, and bids it look at the merit of Christ alone, and by a most sweet preaching of the grace and favor of God, obtained through Christ, lifts it up again.

VII. But as respects the revelation of sin, the matter stands thus: That veil of Moses is drawn over all men's eyes, so long as they hear only the preaching of the Law, and hear nothing of Christ. Therefore they do not, by the Law, truly come to know their sins, but either become hypocrites, swelling with an opinion of their own righteousness, as were

*olim erant Pharisei, aut in peccatis suis desperant, quod Judas proditor ille fecit. Eam ob causam Christus sumpsit sibi Legem explicandam spiritualiter (Matt. v. 21 sqq.; Rom. vii. 14), et hoc modo ira Dei de cælo revelatur super omnes peccatores (Rom. i. 18), ut, vera Legis sententia intellecta, animadvertatur, quanta sit illa ira. Et sic demum peccatores ad Legem remissi vere et recte peccata sua agnoscunt. Talem vero peccatorum agnitionem solus Moises nunquam ex ipsis extorquere potuisset.*

*Etsi igitur concio illa de passione et morte Christi Filii Dei, severitatis et terroris plena est, quæ iram Dei adversus peccata ostendit, unde demum homines ad Legem Dei propius adducuntur, postquam velum illud Moisis ablatum est, ut tandem exacte agnoscant, quanta videlicet Dominus in Lege sua a nobis exigat, quorum nihil nos præstare possumus, ita, ut universam nostram justitiam in solo Christo querere oporteat :*

VIII. *Tamen, quam diu nobis Christi passio et mors iram Dei ob oculos ponunt, et hominem perterrefaciunt, tam diu non sunt proprie concio Evangelii,*

aforettime the Pharisees, or grow desperate in their sins, as did the traitor Judas. On this account Christ took upon him to explain the Law spiritually (Matt. v. 21 sqq.; Rom. vii. 14), and in this manner is the wrath of God revealed from heaven against all sinners (Rom. i. 18), in order that, by perceiving the true meaning of the Law, it may be understood how great is that wrath. And thus at length sinners, being remanded to the Law, truly and rightly come to know their own sins. But such an acknowledgment of sins Moses alone could never have extorted from them.

Although, therefore, this preaching of the passion and death of Christ, the Son of God, is full of severity and terror, inasmuch as it sets forth the anger of God against sin, from whence men at length are brought nearer to the Law of God, after that veil of Moses is taken away, that at length they may exactly perceive how great things God exacts from us in his Law, none of which we are able to perform, so that it behooves us to seek the whole of our righteousness in Christ alone :

VIII. Nevertheless, so long as the passion and death of Christ place before the eyes the wrath of God and terrify man, so long they are not properly the preaching of the

*sed Legis et Moisis doctrina, et sunt alienum opus Christi, per quod accedit ad proprium suum officium, quod est, predicare de gratia Dei, consolari et vivificare. Hæc propria sunt prædicationis Evangelicæ.*

## NEGATIVA.

*Contraria et falsa doctrina, quæ rejicitur.*

*Rejicimus igitur, ut falsum et periculosum dogma, cum assertitur: quod Evangelion proprie sit concio pœnitentiæ, arguens, accusans et damnans peccata, quodque non sit tantummodo concio de gratia Dei. Hac enim ratione Evangelion rursus in Legem transformatur, meritum Christi et sacræ literæ obscurantur, piis mentibus vera et solida consolatio eripitur, et Pontificiis erroribus et superstitionibus fores aperiuntur.*

## ART. VI.

DE TERTIO USU LEGIS.

STATUS CONTROVERSIE.

*Cum constet, Legem Dei propter tres causas hominibus datam esse, primo, ut externa quædam disciplina conservetur, et feri atque intractabiles homines quasi repugulis quibusdam cærceantur,*

Gospel, but the teaching of the Law and Moses, and are Christ's strange work, through which he proceeds to his proper office, which is to declare the grace of God, to console and vivify. These things are the peculiar function of the evangelical preaching.

## NEGATIVE.

*Contrary and false doctrine, which is rejected.*

We reject, therefore, as a false and perilous dogma, the assertion that the Gospel is properly a preaching of repentance, rebuking, accusing, and condemning sins, and that it is not solely a preaching of the grace of God. For in this way the Gospel is transformed again into Law, the merit of Christ and the Holy Scriptures are obscured, a true and solid consolation is wrested away from godly souls, and the way is opened to the papal errors and superstitions.

## ART. VI.

OF THE THIRD USE OF THE LAW.

STATEMENT OF THE CONTROVERSY.

Since it is established that the Law of God was given to men for three causes: first, that a certain external discipline might be preserved, and wild and intractable men might be restrained, as it were,

*secundo, ut per Legem homines ad agnitionem suorum peccatorum adducantur, tertio, ut homines jam renati, quibus tamen omnibus multum adhuc carnis adheret, eam ipsam ob causam certam aliquam regulam habeant, ad quam totam suam vitam formare possint et debeant, etc., orta est inter paucos quosdam Theologos controversia, super tertio usu Legis: videlicet, an Lex etiam renatis inculcanda, et ejus observatio apud eos urgenda sit, an non. Alii urgendam Legem sensuerunt: alii negarunt.*

## AFFIRMATIVA.

*Sincera et pia doctrina de hac controversia.*

I. *Credimus, docemus et confitemur, etsi vere in Christum credentes, et sincere ad Deum conversi, a maledictione et coactione Legis per Christum liberati sunt [gefreiet und ledig gemacht], quod ii tamen propterea non sint absque Lege, quippe quos Filius Dei eam ob causam redemit, ut Legem Dei diu noctuque meditentur, atque in ejus observatione sese assidue exercent (Psa. i. 2; cxix. 1). Etenim ne primi quidem nostri parentes, etiam ante lapsum, prorsus sine Lege vixerunt, quæ certe cordibus*

by certain barriers; secondly, that by the Law men might be brought to an acknowledgment of their sins; thirdly, that regenerate men, to all of whom, nevertheless, much of the flesh still cleaves, for that very reason may have some certain rule after which they may and ought to shape their life, etc., a controversy has arisen among some few theologians concerning the third use of the Law, to wit: whether the Law is to be inculcated upon the regenerate also, and its observation urged upon them or not? Some have judged that the Law should be urged, others have denied it.

## AFFIRMATIVE.

*The sound and godly doctrine concerning this controversy.*

I. We believe, teach, and confess that although they who truly believe in Christ, and are sincerely converted to God, are through Christ set free from the curse and constraint of the Law, they are not, nevertheless, on that account without Law, inasmuch as the Son of God redeemed them for the very reason that they might meditate on the Law of God day and night, and continually exercise themselves in the keeping thereof (Psa. i. 2; cxix. 1 sqq.). For not even our first parents, even before the fall, lived

*ipsorum tum inscripta erat, quia Dominus eos ad imaginem suam creaverat* (Gen. i. 26 sqq.; ii. 16 sqq.; iii. 3).

II. *Credimus, docemus et confitemur, concionem Legis non modo apud eos, qui fidem in Christum non habent, et pœnitentiam nondum agunt, sed etiam apud eos, qui vere in Christum credunt, vere ad Deum conversi et renati, et per fidem justificati sunt, sedulo urgendam esse.*

III. *Etsi enim renati, et spiritu mentis suis renovati sunt: tamen regeneratio illa et renovatio, in hac vita non est omnibus numeris absoluta, sed duntaxat inchoata. Et credentes illi, spiritu mentis suæ perpetuo luctantur cum carne, hoc est, cum corrupta natura, quæ in nobis ad mortem usque hæret* (Gal. v. 17; Rom. vii. 21, 23). *Et propter veterem Adamum, qui adhuc in hominis intellectu, voluntate, et in omnibus viribus ejus infixus residet, opus est, ut homini Lex Dei semper præluceat, ne quid private devotionis affectu in negotio religionis confingat, et cultus divinos verbo Dei non institutos eligat. Item, ne vetus Adam pro suo ingenio agat, sed potius contra suam voluntatem, non*

wholly without Law, which was certainly at that time graven on their hearts, because the Lord had created them after his own image (Gen. i. 26 sq.; ii. 16 sqq.; iii. 3).

II. We believe, teach, and confess that the preaching of the Law should be urged not only upon those who have not faith in Christ, and do not yet repent, but also upon those who truly believe in Christ, are truly converted to God, and regenerated and are justified by faith.

III. For, although they are regenerate and renewed in the spirit of their mind, yet this regeneration and renewal is in this life not absolutely complete, but only begun. And they that believe according to the spirit of their mind have perpetually to struggle with their flesh, that is, with corrupt nature, which inheres in us even till death (Gal. v. 17; Rom. vii. 21, 23). And on account of the old Adam, which still remains fixed in the intellect and will of man and in all his powers, there is need that the law of God should always shine before man, that he may not frame any thing in matter of religion under an impulse of self-devised devotion, and may not choose out ways of honoring God not instituted by the Word of God. Also, lest the old Adam

*modo admonitionibus et minis Legis, verum etiam pœnis et plagis coerceatur, ut Spiritui obsequatur, seque ipsi captivum tradat* (1 Cor. ix. 27; Rom. vi. 12; Gal. vi. 14; Psa. cxix. 1 sqq.; Heb. xii. 1; xiii. 21).

IV. *Jam quod ad discrimen operum Legis et fructuum Spiritus attinet, credimus, docemus et confitemur, quod opera illa, quæ secundum præscriptum Legis fiunt, eatenus opera Legis sint et appellentur, quatenus ea solummodo urgendo, et minis pœnarum atque iræ divinæ, ab homine extorquentur.*

V. *Fructus vero Spiritus sunt opera illa, quæ Spiritus Dei, in credentibus habitans, per homines renatos operatur, et quæ a credentibus fiunt, quatenus renati sunt, ita quidem sponte ac libere, quasi nullum præceptum unquam accepissent, nullas minas audivissent, nullamque remunerationem expectarent. Et hoc modo filii Dei in Lege vivunt, et secundum normam Legis divinæ vitam suam instituunt; hanc vivendi rationem*

should act according to his own bent, but that he may the rather be constrained against his own will, not only by the admonitions and threats of the Law, but also by punishments and plagues, in order that he may give obedience to the Spirit, and render himself up captive to the same (1 Cor. ix. 27; Rom. vi. 12; Gal. vi. 14; Psalm cxix. 1 sqq.; Heb. xii. 1; xiii. 21).

IV. As respects now the distinction between the works of the Law and the fruits of the Spirit, we believe, teach, and confess that those works, which are done according to the commandment of the Law, are and are called works of the Law so far as they are extorted from man only by sharp urgency, and by the threats of punishment and of the divine wrath.

V. But the fruits of the Spirit are those works which the Spirit of God, dwelling in believers, effects through regenerate men, and which are done by believers so far as they are regenerate, and therefore freely and spontaneously, as if they had never received any precept, had never heard any threats, and expected no remuneration. And in this way do the children of God live in the Law, and fashion their life according to the rule of the divine Law, which way of living

*D. Paulus vocare solet in suis Epistolis Legem Christi et Legem mentis (Rom. vii. 25; viii. 2, 7; Gal. vi. 2).*

VI. *Ad hunc modum una eademque Lex est manetque, immota videlicet Dei voluntas, sive pœnitentibus sive impœnitentibus, renatis aut non renatis proponatur. Discrimen autem, quo ad obedientiam, duntaxat in hominibus est: quorum alii non renati Legi obedientiam qualemcumque a Lege requisitam præstant, sed coacti et inviti id faciunt (sicut etiam renati faciunt, quatenus adhuc carnales sunt): credentes vero in Christum, quatenus renati sunt, absque coactione, libero et spontaneo spiritu, talem obedientiam præstant, qualem alias nullæ quantumvis severissimæ Legis comminationes extorquere possent.*

NEGATIVA.

*Falsæ doctrinæ rejectio.*

*Repudiamus itaque ut perniciosum et falsum dogma, quod Christianæ disciplinæ et veræ pietati adversatur, cum docetur, quod Lex Dei (eo modo, quo supra dictum est) non sit piis et vere credentibus, sed tantum impiis, infidelibus et non agentibus pœni-*

St. Paul is wont to call in his epistles the Law of Christ and the Law of the mind (Rom. vii. 25; viii. 2, 7; Gal. vi. 2).

VI. After this manner the Law is and remains one and the same, to wit: the unchangeable will of God, whether it be set forth before the penitent or the impenitent, the regenerate or the unregenerate. But the distinction, as to obedience, is only in men, of whom some, not being regenerate, render to the Law a certain manner of obedience required by the Law, but do this constrainedly and unwillingly (as also the regenerate do, so far as they are yet carnal); but believers in Christ, so far as they are regenerate, do without compulsion, with a free and unconstrained mind, render such an obedience as otherwise no threatenings of the Law, however grievous, would be able to extort.

NEGATIVE.

*Rejection of false doctrine.*

We repudiate, therefore, as a false and pernicious dogma, contrary to Christian discipline and true piety, the teaching that the Law of God (in such wise as is described above) is not to be set forth before the godly and true believers, but only before the ungodly, unbelievers, and

*tentiam, proponenda, atque apud hos solos sit urgenda.*

## ART. VII.

## DE CENA DOMINI.

*Etsi Cingliani Doctores non in eorum Theologorum numero, qui Augustanam Confessionem agnoscunt et profitentur [Augsburgische Confessionsverwandte], habendi sunt, quippe qui tum, cum illa Confessio exhiberetur, ab eis secessionem fecerunt: tamen cum nunc sese in eorum cœtum callide ingerant, erroremque suum sub prætextu piæ illius Confessionis quam latissime spargere conentur, etiam de hac controversia Ecclesiam Dei erudiendam judicavimus.*

## STATUS CONTROVERSÆ,

*Quæ est inter nos et Sacramentarios in hoc articulo.*

*Queritur, an in Sacra Cœna verum corpus et verus sanguis Domini nostri Jesu Christi vere et substantialiter sint presentia, atque cum pane et vino distribuantur, et ore sumantur, ab omnibus illis, qui hoc Sacramento utuntur, sive digni sint, sive indigni, boni aut mali, fideles aut infideles, ita tamen, ut fideles*

impenitent, and to be urged upon these alone.

## ART. VII.

## OF THE LORD'S SUPPER.

Although the Zwinglian doctors are not to be reckoned as in the number of those theologians who acknowledge and profess the Augsburg Confession, inasmuch as, when that Confession was set forth, they seceded from them; yet, since they are at this present craftily intruding themselves into their company, and endeavoring to disseminate their error as widely as possible, under cover of that godly Confession, we have judged that the Church of God ought to be instructed concerning this controversy also.

## STATEMENT OF THE CONTROVERSY

*Which exists between us and the Sacramentarians in this article.*

It is asked whether in the Holy Supper the true body and true blood of our Lord Jesus Christ are truly and substantially present, and are distributed with the bread and wine, and are taken with the mouth by all those who use this sacrament, be they worthy or unworthy, good or bad, believers or unbelievers, in such wise, nevertheless, as that be-



*e Cœna Domini consolationem et vitam percipiunt, infideles autem eam ad iudicium sumant. Cingliani hanc presentiam et dispensationem corporis et sanguinis Christi in Sacra Cœna negant: nos vero eandem asseveramus.*

*Ad solidam hujus controversiæ explicationem primum sciendum est, duo esse Sacramentarium genera. Quidam enim sunt Sacramentarii crassi admodum: hi perspicuis et claris verbis id aperte profitentur, quod corde sentiunt, quod videlicet in Cœna Domini nihil amplius quam panis et vinum sint præsentia, ibique distribuuntur et ore percipiuntur. Alii autem sunt versuti et callidi, et quidem omnium nocentissimi Sacramentarii: hi de negotio Cœnæ Domini loquentes, ex parte nostris verbis splendide admodum utuntur, et præ se ferunt, quod et ipsi veram presentiam veri, substantialis atque vivi corporis et sanguinis Christi in Sacra Cœna credant, eam tamen presentiam et manducationem dicunt esse spiritualem, quæ fiat fide. Et hi posteriores Sacramentarii sub his splendidis verbis eandem crassam, quam priores habent, opinionem occultant et retinent:*

liovers derive consolation and life from the Supper of the Lord, but unbelievers take it unto condemnation? The Zwinglians deny this presence and dispensation of the body and blood of Christ in the Holy Supper, but we affirm the same.

For a solid explication of this controversy, it is first to be understood that there are two sorts of sacramentarians. For some are exceedingly gross sacramentarians; these in perspicuous and plain words openly profess that which they think in their heart, to wit: that in the Lord's Supper there is nothing more present than bread and wine, which alone are there distributed and received with the mouth. But others are astute and crafty, and thereby the most harmful of all the sacramentarians; these, when talking of the Lord's Supper, make in part an exceedingly high-sounding use of our mode of speaking, declaring that they too believe in a *true* presence of the *true*, substantial, and living body and blood of Christ in the Holy Supper, which presence and manducation, nevertheless, they say to be spiritual, such as takes place by faith. And yet these latter sacramentarians, under these high-sounding phrases, hide and hold

*quod videlicet præter panem et vinum nihil amplius in Cæna Domini sit præsens, et ore sumatur. Vocabulum enim (spiritualiter) nihil aliud ipsis significat, quam Spiritum Christi, seu virtutem absentis corporis Christi, ejusque meritum, quod præsens sit: ipsum vero Christi corpus nullo prorsus modo esse præsens, sed tantummodo id sursum in supremo cælo contineri sentiunt, et affirmant, oportere nos cogitationibus fidei sursum assurgere, inque cælum ascendere, et ibidem (nulla autem ratione cum pane et vino Sacræ Cæne) illud corpus et sanguinem Christi quærendum esse.*

## AFFIRMATIVA.

*Confessio sincerae doctrine, de Cæna Domini, contra Sacramentarios.*

I. *Credimus, docemus et confitemur, quod in Cæna Domini corpus et sanguis Christi vere et substantialiter sint præsentia, et quod una cum pane et vino vere distribuantur atque sumantur.*

II. *Credimus, docemus et confitemur, verba Testamenti Christi non aliter accipienda esse, quam sicut verba ipsa ad litteram sonant: ita, ne panis absens Christi corpus, et vinum*

fast the same gross opinion which the former have, to wit: that, besides the bread and wine, there is nothing more present or taken with the mouth in the Lord's Supper. For the term (*spiritualiter*) signifies nothing more to them than the Spirit of Christ or the virtue of the absent body of Christ and his merit, which is present; but they think that the body of Christ itself is in no way whatever present, but is contained above in the highest heaven, and they affirm that it behooves us by the meditations of faith to rise on high and ascend into heaven, and that this body and blood of Christ are to be sought there, and in nowise in union with the bread and wine of the Holy Supper.

## AFFIRMATIVE.

*Confession of the sound doctrine of the Supper of the Lord against the Sacramentarians.*

I. We believe, teach, and confess that in the Lord's Supper the body and blood of Christ are truly and substantially present, and that they are truly distributed and taken together with the bread and wine.

II. We believe, teach, and confess that the words of the Testament of Christ are not to be otherwise received than as the words themselves literally sound, so that the bread does not signify the absent

*absentem Christi sanguinem significant, sed ut propter sacramentalem unionem, panis et vinum vere sint corpus et sanguis Christi.*

III. *Jam quod ad Consecrationem attinet, credimus, docemus et confitemur, quod nullum opus humanum, neque ulla Ministri Ecclesie pronuntiatio presentie corporis et sanguinis Christi in Cœna causa sit, sed quod hoc soli omnipotenti virtuti Domini nostri Jesu Christi sit tribuendum.*

IV. *Interim tamen unanimi consensu credimus, docemus et confitemur, in usu Cœnæ Dominicæ verba institutionis Christi nequaquam omittenda, sed publice recitanda esse, sicut scriptum est (1 Cor. x. 16): ‘Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est?’ etc. Illa autem benedictio fit per recitationem verborum Christi.*

V. *Fundamenta autem, quibus in hoc negotio contra Sacramentarios nitimur, hæc sunt, quæ etiam D. Lutherus in majore sua de Cœna Domini Confessione posuit:*

*Primum fundamentum est articulus fidei nostræ Christianæ, videlicet Jesu Christus est verus,*

body of Christ and the wine the absent blood of Christ, but that on account of the sacramental union the bread and wine are truly the body and blood of Christ.

III. Moreover, as concerns the consecration, we believe, teach, and confess that no human work, nor any utterance of the minister of the Church, is the cause of the presence of the body and blood of Christ in the Supper, but that this is to be attributed to the omnipotent power of our Lord Jesus Christ alone.

IV. Nevertheless, we believe, teach, and confess, by unanimous consent, that in the use of the Lord's Supper the words of the institution of Christ are by no means to be omitted, but are to be publicly recited, as it is written (1 Cor. x. 16): ‘The cup of blessing which we bless, is it not the communion of the blood of Christ?’ etc. And this benediction takes place by the recitation of the words of Christ.

V. Now the foundations on which we rest in this controversy with the sacramentarians are the following, which, moreover, Dr. Luther has laid in his Larger Confession concerning the Supper of the Lord:

The first foundation is an article of our Christian faith, to wit: Jesus Christ is true, essential, natu-

*essentialis, naturalis, perfectus Deus et homo in unitate personæ, inseparabilis et indivisus.*

*Secundum, quod dextera Dei ubique est: ad eam autem Christus, ratione humanitatis suæ, vere et re ipsa, collocatus est, ideoque presens gubernat, in manu sua, et sub pedibus suis, ut Scriptura loquitur (Eph. i. 22), habet omnia, quæ in cælo sunt et in terra. Ad eam Dei dexteram nullus alius homo, ac ne Angelus quidem, sed solus Mariæ Filius collocatus est, unde et ea, quæ diximus, præstare potest.*

*Tertium, quod verbum Dei non est falsum, aut mendax.*

*Quartum, quod Deus varios modos novit, et in sua potestate habet, quibus alicubi esse potest, neque ad unicum illum alligatus est, quem Philosophi localem aut circumscriptum appellare solent.*

*VI. Credimus, docemus et confitemur, corpus et sanguinem Christi non tantum spiritualiter per fidem, sed etiam ore, non tamen Capernaitice, sed supernaturali et cælesti modo, ratione sacramentalis unionis, cum pane et vino sumi. Hoc enim verba Christi perspicue testantur, quibus præcipit, accipere, edere, bibere: idque ab Apostolis factum*

ral, perfect God and man in unity of person, inseparable and undivided.

Secondly: that the right hand of God is every where, and that Christ, in respect of his humanity, is truly and in very deed seated thereat, and therefore as present governs, and has in his hand and under his feet, as the Scripture saith (Eph. i. 22), all things which are in heaven and on earth. At this right hand of God no other man, nor even any angel, but the Son of Mary alone, is seated, whence also he is able to effect those things which we have said.

Thirdly: that the Word of God is not false or deceiving.

Fourthly: that God knows and has in his power various modes in which he can be any where, and is not confined to that single one which philosophers are wont to call local or circumscribed.

VI. We believe, teach, and confess that the body and blood of Christ are taken with the bread and wine, not only spiritually through faith, but also by the mouth, nevertheless not Capernaitically, but after a spiritual and heavenly manner, by reason of the sacramental union. For to this the words of Christ clearly bear witness, in which he enjoins us to

*esse, Scriptura commemorat, dicens (Mark xiv. 23): 'Et biberunt ex eo omnes.' Et Paulus inquit (1 Cor. x. 16): 'Panis, quem frangimus, est communicatio corporis Christi;' hoc est, qui hunc panem edit, corpus Christi edit. Idem magno consensu præcipui ex antiquissimis Ecclesiæ Doctoribus, Chrysostomus, Cyprianus, Leo Primus, Gregorius, Ambrosius, Augustinus, testantur.*

VII. *Credimus, docemus et confitemur, quod non tantum vere in Christum credentes, et qui digne ad Cœnam Domini accedunt, rerum etiam indigni et infideles verum corpus et sanguinem Christi sumant: ita tamen, ut nec consolationem, nec vitam inde percipiant, sed potius, ut illis sumtio ea ad iudicium et damnationem cedat, si non convertantur et penitentiam agant (1 Cor. xi. 27, 29).*

*Etsi enim Christum, ut Salvatorem, a se repellunt, tamen eundem, licet maxime inviti, ut severum Judicem, admittere coguntur. Is vero non minus præsens iudicium suum in convivis illis impenitentibus exercet, quam præsens consolationem et vitam in cordibus vere credentium et dignorum convivarum operatur.*

take, to eat, to drink; and that this was done by the Apostles the Scripture makes mention, saying (Mark xiv. 23): 'And they all drank of it.' And Paul says: 'The bread which we break is the communion of the body of Christ;' that is, he that eats this bread eats the body of Christ. To the same with great consent do the chief of the most ancient doctors of the Church, Chrysostom, Cyprian, Leo the First, Gregory, Ambrose, Augustine, bear witness.

VII. We believe, teach, and confess that not only true believers in Christ, and such as worthily approach the Supper of the Lord, but also the unworthy and unbelieving receive the true body and blood of Christ; in such wise, nevertheless, that they derive thence neither consolation nor life, but rather so as that receiving turns to their judgment and condemnation, unless they be converted and repent (1 Cor. xi. 27, 29).

For although they repel from them Christ as a Saviour, nevertheless they are compelled, though extremely unwilling, to admit him as a stern Judge. And he no less present exercises his judgment over these impenitent guests than as present he works consolation and life in the hearts of true believers and worthy guests.

VIII. *Credimus, docemus et confitemur, unum tantum genus esse indignorum convivarum: ii sunt soli illi, qui non credunt. De his scriptum est (John iii. 18): 'Qui non credit, jam iudicatus est.' Et hoc iudicium indigno Sacræ Cænæ usu cumulatatur et aggravatur [gehäufet, grösser und schwerer wird] (1 Cor. xi. 29).*

IX. *Credimus, docemus et confitemur, quod nullus vere credentium, quam diu vivam fidem retinet, Sacram Domini Cenam ad iudicium sumat, quantacunque fidei imbecillitate laboret. Cæna enim Domini inprimis propter infirmos in fide, pœnitentes tamen, instituta est, ut ex ea veram consolationem et imbecillis fidei suæ confirmationem percipiant (Matt. ix. 12; xi. 5, 28).*

X. *Credimus, docemus et confitemur, totam dignitatem convivarum cælestis hujus Cænæ in sola sacratissima obedientia et absolutissimo Christi merito consistere. Illud autem nobis veru fide applicamus, et de applicatione hujus meriti per Sacramentum certi reddimur, atque in animis nostris confirmamur. Nequaquam autem dignitas illa ex*

VIII. We believe, teach, and confess that there is one kind only of unworthy guests: they are those only who do not believe. Of these it is written (John iii. 18): 'He that believeth not is condemned already.' And this judgment is enhanced and aggravated by an unworthy use of the holy Supper (1 Cor. xi. 29).

IX. We believe, teach, and confess that no true believer, so long as he retains a living faith, receives the holy Supper of the Lord unto condemnation, however much weakness of faith he may labor under. For the Lord's Supper has been chiefly instituted for the sake of the weak in faith, who nevertheless are penitent, that from it they may derive true consolation and a strengthening of their weak faith (Matt. ix. 12; xi. 5, 28).

X. We believe, teach, and confess that the whole worthiness of the guests at this heavenly Supper consists alone in the most holy obedience and most perfect merit of Christ. And this we apply to ourselves by true faith, and are rendered certain of the application of this merit, and are confirmed in our minds by the sacrament. But in no way does that worthiness depend

*virtutibus nostris, aut ex internis vel externis nostris præparationibus pendet.*

## NEGATIVA.

*Contrariæ et damnatæ Sacramentarium doctrinæ rejectio.*

*Rejicimus atque damnamus unanimi consensu omnes erroneos, quos jam recitabimus, articulos, ut qui commemoratæ piæ doctrinæ, simplicitati fidei et sinceræ confessioni de Cæna Domini repugnant.*

I. *Papisticam Transsubstantiationem: cum videlicet in Papatu docetur, panem et vinum in Sacra Cæna substantiam atque naturalem suam essentiam amittere, et ita annihilari, atque elementa illa ita in Christi corpus transmutari, ut præter externas species nihil de iis reliquum maneat.*

II. *Papisticum Missæ sacrificium, quod pro peccatis vivorum et mortuorum offertur.*

III. *Sacrilegium, quo Laicis una tantum pars Sacramenti datur, cum nimirum, contra expressa verba Testamenti Christi, calice illis interdicitur, atque ita sanguine Christi spoliantur.*

IV. *Dogma, quo docetur, quod*

upon our virtues, or upon our inward or outward preparations.

## NEGATIVE.

*Rejection of the contrary and condemned doctrine of the Sacramentarians.*

We reject and condemn, by unanimous consent, all the erroneous articles which we will now recount, as being opposite to the above-stated godly doctrine, to the simplicity of faith, and to the sound confession concerning the Supper of the Lord:

I. The papistical transubstantiation, when, to wit, in the Papal Church it is taught that the bread and wine in the holy Supper lose their substance and natural essence, and are thus annihilated, and those elements so transmuted into the body of Christ, that, except the outward species, nothing remains of them.

II. The papistical sacrifice of the Mass, which is offered for the sins of the living and the dead.

III. The sacrilege whereby one part of the sacrament only is given to the laity, the cup being forbidden them, against the express words of the Testament of Christ, and they are thus despoiled of the blood of Christ.

IV. The dogma whereby it is

*verba Testamenti Jesu Christi non simpliciter intelligenda et fide amplectenda sint, uti sonant; ea enim obscura esse, id-eoque verum eorum sensum ex aliis Scripturæ locis petendum esse.*

V. *Corpus Christi in Sacra Cæna non ore una cum pane sumi: sed tantum panem et vinum ore accipi: corpus vero Christi spiritualiter duntaxat, fide nimirum, sumi.*

VI. *Panem et vinum in Cæna Domini tantummodo symbola seu tesseræ esse, quibus Christiani mutuo sese agnoscant.*

VII. *Panem et vinum tantum esse figuras, similitudines et typos corporis et sanguinis Christi, longissimo intervallo a nobis absentis.*

VIII. *Panem et vinum tantummodo signa, memoriæ conservandæ gratia, instituta esse, quæ sigillorum et pignorum rationem habeant, quibus nobis confirmetur, quod fides, cum in cælum illa ascendit et evahitur, ibi tam vere corporis et sanguinis Christi particeps fiat, quam vere nos in Sacra Cæna panem manducamus et vinum bibimus.*

IX. *Fidem nostram de salute*

taught; that the words of the Testament of Jesus Christ are not to be understood and embraced by faith in simplicity as they sound, on the ground that they are obscure, and that therefore their true sense is to be sought from other places of Scripture.

V. That the body of Christ in the holy Supper is not received by the mouth together with the bread, but that only bread and wine are received by the mouth, while the body of Christ is taken only spiritually, to wit, by faith.

VI. That the bread and wine in the Lord's Supper are only symbols or tokens whereby Christians mutually recognize each other.

VII. That the bread and wine are only figures, similitudes, and types of the body and blood of Christ, who himself is very far distant from us.

VIII. That the bread and wine are only signs, instituted for a memorial, and having the character of seals and pledges, by which it is made sure to us that faith, when she ascends and is transported into heaven, there as truly becomes participant of the body and blood of Christ, as we do truly in the holy Supper eat the bread and drink the wine.

IX. That our faith concerning



*certam reddi et confirmari in Cœna Domini, non nisi signis illis externis, pane et vino: nequaquam autem vere præsentibus vero corpore et sanguine Christi.*

X. *In Sacra Cœna duntaxat virtutem, operationem et meritum absentis corporis et sanguinis Christi dispensari.*

XI. *Christi corpus ita cœlo inclusum esse, ut nullo prorsus modo, simul, eodem tempore, pluribus aut omnibus locis in terris præsens esse possit, ubi Cœna Domini celebratur.*

XII. *Christum substantialem corporis et sanguinis sui præsentiam neque promittere neque exhibere potuisse, quandoquidem id proprietas humanæ ipsius naturæ assumptæ nequaquam ferre aut admittere possit.*

XIII. *Deum ne quidem universa sua omnipotentia (horrendum dictu et auditu) efficere posse, ut corpus Christi, uno eodemque tempore in pluribus, quam uno tantum loco, substantialiter præsens sit.*

XIV. *Non omnipotens illud verbum Testamenti Christi, sed fidem præsentix corporis et sanguinis Christi in Sacra Cœna causam esse.*

XV. *Fideles corpus et sanguine*

our salvation is rendered certain and confirmed in the Supper of the Lord only by those external signs, bread and wine, but in no wise by the true body and blood of Christ truly present.

X. That in the holy Supper, only the virtue, operation, and merit of the absent body of Christ are dispensed.

XI. That Christ's body is so confined in heaven that it can in no mode whatever be likewise at one and the same time in many places, or in all the places where the Lord's Supper is celebrated.

XII. That Christ could neither promise nor impart the substantial presence of his body and blood, inasmuch as the essential property of the human nature itself which he had assumed could by no means bear or admit of this.

XIII. That God, even with all his omnipotence (a thing fearful to say and fearful to hear), can not effect that the body of Christ should be substantially present at one and the same time in more places than one.

XIV. That not that omnipotent word of the Testament of Christ, but faith is the cause of the presence of the body and blood of Christ in the holy Supper.

XV. That the faithful ought not

*nem Christi non in pane et vino Cœnæ Dominicæ querere, sed oculos in cœlum attollere, et ibi corpus Christi querere debere.*

XVI. *Infideles et impœnitentes Christianos in Cœna Domini non verum corpus et sanguinem Christi, sed panem tantum et vinum sumere.*

XVII. *Dignitatem convivarum in hac cœlesti Cœna non ex sola vera in Christum fide, sed etiam ex præparatione hominum externa pendere.*

XVIII. *Eos etiam, qui veram et vivam in Christum fidem habent, eamque retinent, nihilominus hoc sacramentum ad iudicium sumere posse, propterea quod in externa sua conversatione adhuc imperfecti sint.*

XIX. *Externa visibilia elementa panis et vini in sacramento adoranda esse.*

XX. *Præter hæc justo Dei iudicio relinquimus omnes curiosas, sannis virulentis tinctas, et blasphemias quæstiones, quæ honeste, pie, et sine gravi offensione recitari nequeunt, aliosque sermones, quando de supernaturali et cœlesti mysterio hujus sacramenti crasse, carnaliter, Capernaitice, et plane abominandis modis, blasphemie, et maximo cum Ecclesiæ offen-*

to seek the body and blood of Christ in the Lord's Supper, but to lift their eyes to heaven, and there seek the body of Christ.

XVI. That unbelieving and impenitent Christians in the Lord's Supper do not receive the true body and blood of Christ, but only bread and wine.

XVII. That the worthiness of the guests at this heavenly Supper does not depend alone upon true faith in Christ, but upon the outward preparation of men.

XVIII. That even those who have and hold fast a true and living faith in Christ are capable of taking this sacrament to their condemnation, inasmuch as in their external course of life they are yet imperfect.

XIX. That the external, visible elements of bread and wine in the sacrament are to be adored.

XX. Over and above these, we leave to the just judgment of God all curious and blasphemous questions imbued with virulent poison of mockeries, such as can not be set forth without grave offense to seemliness and piety, and other pratings, wherein the Sacramentarians speak of the supernatural and heavenly mystery of this sacrament grossly, carnally, Capernaitically, and in utterly abominable fashion,

*diculo, Sacramentarii loquuntur.*

*XXI. Prorsus etiam rejicimus atque damnamus Capernaiticam manducationem corporis Christi, quam nobis Sacramentarii contra suæ conscientiæ testimonium, post tot nostras protestationes, malitiose affingunt, ut doctrinam nostram apud auditores suos in odium adducant, quasi videlicet doceamus, corpus Christi dentibus laniari, et instar alterius cujusdam cibi, in corpore humano digeri. Credimus autem et asserimus, secundum clara verba Testamenti Christi, veram, sed supernaturalem manducationem corporis Christi, quemadmodum etiam vere, supernaturaliter tamen, sanguinem Christi bibi docemus. Hæc autem humanis sensibus aut ratione nemo comprehendere potest, quare in hoc negotio, sicut et in aliis fidei articulis, intellectum nostrum in obedientiam Christi captivare oportet. Hoc enim mysterium in solo Dei verbo revelatur, et sola fide comprehenditur.*

blasphemously, and to the most grievous offense of the Church.

XXI. We also utterly reject and condemn the Capernaitic manducation of the body of Christ, which, after so many protestations on our part, the Sacramentarians maliciously feign against us, contrary to the testimony of their own conscience, in order that they may bring our doctrine into discredit with their hearers, as if, forsooth, we taught that the body of Christ is torn by the teeth and digested in the human body like any other food. But we believe and assert, according to the plain words of the Testament of Christ, a true but supernatural manducation of the body of Christ, even as also we teach that the blood of Christ is truly, but nevertheless supernaturally, drunk. But these things no one is able with human senses or reason to comprehend; wherefore in this matter, as also in other articles of the faith, it behooves that our understanding be brought into captivity to the obedience of Christ. For this mystery is revealed in the Word of God alone, and is comprehended by faith alone.

## ART. VIII.

## DE PERSONA CHRISTI.

*Ex controversia superiore de Cœna Domini inter sinceros Theologos Augustanæ Confessionis, et Calvinistas, qui alios etiam quosdam Theologos perturbant, dissensio orta est de persona Christi, de duabus in Christo naturis, et de ipsarum proprietatibus.*

## STATUS CONTROVERSIE.

*Principalis hujus dissidii questio fuit, an divina et humana natura et utriusque proprietates propter unionem personalem, realiter, hoc est, vere et reipsa in persona Christi invicem communicent, et quousque illa communicatio extendatur?*

*Sacramentarii affirmarunt, divinam et humanam naturas in Christo eo modo personaliter unitas esse, ut neutra alteri quicquam realiter, hoc est, vere et reipsa, quod cujusque naturæ proprium sit, communicet: sed nomina tantum nuda communicari. Unio (inquiunt illi) facit tantum nomina communia, ut videlicet Deus dicatur homo, et homo Deus appelletur, ita tamen,*

## ART. VIII.

## OF THE PERSON OF CHRIST.

From the above-mentioned controversy concerning the Lord's Supper between the sincere divines of the Angsburg Confession and the Calvinists, who had, moreover, unsettled certain other theologians, there has arisen a dissension concerning the person of Christ, concerning the two natures in Christ, and concerning the attributes of these.

## STATEMENT OF THE CONTROVERSY.

The principal question of this controversy has been whether the divine and the human nature in the attributes of each are in mutual communication **REALLY**, that is, truly and in very fact and deed, in the person of Christ, and how far that communication extends.

The Sacramentarians have affirmed that the divine and human natures are in such wise personally united in Christ that neither communicates to the other really, that is, truly and in very deed, any thing which is proper to either nature, but that bare names only are communicated. The union, say they, makes only the names common, so that, to wit, God is termed man, and man is called God, yet

*ut Deus nihil cum humanitate commune habeat, et vicissim humanitas nihil cum Divinitate, quo ad ipsius majestatem et proprietates, realiter, hoc est, revera et reipsa commune habeat. Contrariam vero huic dogmati sententiam D. Lutherus, et qui cum ipso faciunt, adversus Sacramentarios propugnarunt.*

## AFFIRMATIVA.

*Sincera doctrina Ecclesiæ Dei de Persona Christi.*

*Ad explicandam hanc controversiam et juxta analogiam fidei nostræ Christianæ decidendam, fidem, doctrinam et confessionem nostram piam perspicue profite-mur, videlicet :*

I. *Quod divina et humana natura in Christo personaliter unitæ sint, ita prorsus, ut non sint duo Christi, unus Filius Dei, alter Filius hominis, sed ut unus et idem sit Dei et hominis Filius* (Luke i. 35 ; Rom. ix. 5).

II. *Credimus, docemus et confitemur, divinam et humanam naturas, non in unam substantiam commixtas, nec unam in alteram mutatam esse, sed utramque naturam retinere suas proprietates essentielles, ut quæ alte-*

so that God has nothing common with humanity, and on the other hand humanity has nothing really, that is, in very deed and very fact, common with Divinity, as to the majesty and attributes thereof. But Dr. Luther and those who hold with him have firmly maintained against the Sacramentarians the opinion contrary to this dogma.

## AFFIRMATIVE.

*The sound doctrine of the Church of God touching the Person of Christ.*

For the better setting forth of this controversy, and deciding it according to the analogy of our Christian faith, we distinctly profess our godly faith, doctrine, and confession in the terms following, to wit :

I. That the divine and the human nature in Christ are personally united, and so completely that there are not two Christs—one the Son of God, the other the Son of man—but that one and the same is Son of God and Son of Man (Luke i. 35 ; Rom. ix. 5).

II. We believe, teach, and confess that the divine and human natures are not mingled into one substance, nor one changed into the other, but that each nature retains its own essential attributes, as being such as can not be-

*rius naturæ proprietates fieri nequeant.*

III. *Proprietates divinæ naturæ sunt: esse omnipotentem, æternam, infinitum, et secundum naturæ naturalisque suæ essentiæ proprietatem, per se, ubique præsentem esse, omnia novisse, etc. Hæc omnia neque sunt, neque unquam fiunt humanæ naturæ proprietates.*

IV. *Humanæ autem naturæ proprietates sunt: corpoream esse creaturam, constare carne et sanguine, esse finitam et circumscriptam, pati, mori, ascendere, descendere, de loco ad locum moveri, esurire, sitire, algere, æstu affligi, et si quæ sunt similia. Hæc neque sunt, neque unquam fiunt proprietates divinæ naturæ.*

V. *Cum vero divinæ et humanæ naturæ personaliter, hoc est, ad constituendum unum ὑφιστάμενον, sint unitæ, credimus, docemus et confitemur, unionem illam hypostaticam non esse talem copulationem aut combinationem, cujus ratione neutra natura cum altera personaliter, hoc est, propter unionem personalem, quicquam commune habeat, qualis combinatio fit, cum duo asseres conglutinantur, ubi neuter alteri quicquam confert, aut aliquid ab altero accipit: quin potius hic summa communio est, quam Deus cum*

come the attributes of the other nature.

III. The attributes of the divine nature are: To be omnipotent, eternal, infinite, and, by attribute of nature and of its natural essence, to be every where present, to know all things, etc. All these things neither are nor ever become the attributes of the human nature.

IV. The attributes of the human nature are: To be a corporeal creature, to consist of flesh and blood, to be finite and circumscribed, to suffer, to die, to ascend, to descend, to move from place to place, to hunger, to thirst, to suffer with cold, to be overcome by heat, and the like. These neither are nor ever become attributes of the divine nature.

V. And inasmuch as the divine and human natures are personally united, that is, so as to constitute one ὑφιστάμενον, we believe, teach, and confess that this hypostatic union is not such a conjunction or combination as that thereby neither nature had any thing personally—that is, on account of the personal union—common with the other, such as the combination that takes place when two boards are glued together, where neither confers any thing on the other nor receives any thing from the other. But, rather, here is the highest communion which God

*assumpto homine vere habet, et ex personali unione, et summa ac ineffabili communione, que inde consequitur, totum illud promanat, quicquid humani de Deo, et quicquid divini de homine Christo dicitur et creditur. Et hanc unionem atque communionem naturarum antiquissimi Ecclesie Doctores similitudine ferri candentis, itemque unione corporis et anime in homine, declararunt.*

VI. *Hinc etiam credimus, docemus atque confitemur, quod Deus sit homo, et homo sit Deus, id quod nequaquam ita se haberet, si divina et humana natura prorsus inter se nihil revera et reipsa communicarent.*

*Quomodo enim homo, Mariæ Filius, Deus aut Filius Dei altissimi vere appellari posset, aut esset, si ipsius humanitas cum Filio Dei non esset personaliter unita, atque ita realiter, hoc est, vere et reipsa, nihil prorsus, excepto solo nudo nomine, cum ipso commune haberet?*

VII. *Eam ob causam credimus, docemus et confitemur, quod virgo Maria non nudum aut merum hominem duntaxat, sed verum Dei Filium conceperit et genuerit: unde recte Mater Dei et appellatur et revera est.*

truly has with the man assumed, and from the personal union and highest and ineffable communion, which thence follows, flows all of human that is said and believed of God, and all of divine that is said and believed of the man Christ. And this union and communion of the natures the most ancient doctors of the Church have illustrated by the similitude of glowing iron, and also of the union of body and soul in man.

VI. Hence also we believe, teach, and confess that God is man and man is God, which would by no means be the truth if the divine and the human nature had no mutual intercommunication in very deed and truth.

For how could a man, the son of Mary, be truly called God or the Son of God Most High, if his humanity were not personally united with the Son of God, and so had nothing really that is, in very deed and truth, common with him, the bare name alone excepted?

VII. For this reason we believe, teach, and confess that the Virgin Mary did not conceive and bear a mere man and no more, but the true Son of God; whence she is both rightly called and in very deed is the Mother of God.

VIII. *Inde porro credimus, docemus et confitemur, quod non nudus homo tantum pro nobis passus, mortuus et sepultus sit, ad inferos descenderit, a mortuis resurrexit, ad cælos ascenderit, et ad majestatem et omnipotentem Dei virtutem evectus fuerit: sed talis homo, cujus humana natura cum Filio Dei tam arctam ineffabilemque unionem et communicationem habet, ut cum eo una sit facta persona.*

IX. *Quapropter vere Filius Dei pro nobis est passus, sed secundum proprietatem humanæ naturæ, quam in unitatem divinæ suæ personæ assumpsit, sibi que eam propriam fecit, ut videlicet pati, et, Pontifex noster summus, reconciliationis nostræ cum Deo causa esse posset. Sic enim scriptum est (1 Cor. ii. 8): 'Dominum gloriæ crucifixerunt.' Et (Acts xx. 28): 'Sanguine Dei redempti sumus.'*

X. *Ex eodem etiam fundamento credimus, docemus, et confitemur, Filium hominis ad dextram omnipotentis majestatis et virtutis Dei realiter, hoc est, vere et reipsa, secundum humanam suam naturam, esse exaltatum, cum homo ille in Deum assumptus fuerit, quamprimum in utero matris a Spiritu Sancto est conceptus, ejusque hu-*

VOL. III.—L

VIII. Therefore, furthermore, we believe, teach, and confess that it is not a mere man only that has suffered, died and been buried for us, that has descended into Hell, has risen from the dead, has ascended into heaven, and has been raised to the majesty and omnipotent power of God; but a man, such that his human nature has with the Son of God a union and communication so strict and ineffable that he has become one person with him.

IX. Wherefore the Son of God has truly suffered for us, but according to the attribute of human nature, which he assumed into the unity of his divine person and made it proper to himself, so that he might be able to suffer and to become our great high-priest, the cause of our reconciliation with God. For so is it written (1 Cor. ii. 8): 'They crucified the Lord of glory.' And (Acts xx. 28): 'We are redeemed by the blood of God.'

X. On the same ground, also, we believe, teach, and confess that the Son of Man is really, that is, truly and in very deed, according to his human nature, exalted to the right hand of the omnipotent majesty and power of God, since that man was assumed into God when he was conceived by the Holy Ghost in the womb of his mother, and his hu-



*manitas jam tum cum Filio Dei altissimi personaliter fuerit unita.*

XI. *Eamque majestatem, ratione unionis personalis, semper Christus habuit, sed in statu sue humiliationis sese exinanivit, qua de causa revera ætate, sapientia, et gratia apud Deum atque homines profecit. Quare majestatem illam non semper, sed quoties ipsi visum fuit, exercuit, donec formam servi, non autem naturam humanam, post resurrectionem plene et prorsus deponeret, et in plenariam usurpationem, manifestationem et declarationem divinæ majestatis collocaretur, et hoc modo in gloriam suam ingrederetur (Phil. ii. 6 sqq.). Itaque jam non tantum ut Deus, verum etiam ut homo, omnia novit, omnia potest, omnibus creaturis præsens est, et omnia, quæ in cælis, in terris, et sub terra sunt, sub pedibus suis, et in manu sua habet. Hæc ita se habere, Christus ipse testatur, inquit (Matt. xxviii. 18; John xiii. 3): 'Mihî data est omnis potestas in cælo et in terra.' Et Paulus (Eph. iv. 10) ait: 'Ascendit super omnes cælos, ut omnia impleat. Hanc suam potestatem ubique præsens exercere potest, neque quicquam illi aut impossibile est, aut ignotum.*

manity was then personally united with the Son of God Most High.

XI. And that majesty, in virtue of the personal union, Christ has always had, but in the state of his humiliation he divested himself of it, for which cause he truly grew in age, wisdom, and favor with God and men. Wherefore he did not always make use of that majesty, but as often as seemed good to him, until after the resurrection, he fully and forever laid aside the form of a servant, but not the human nature, and was established in the plenary use, manifestation, and revelation of the divine majesty, and in this manner entered into his glory (Phil. ii. 6 sqq.). Therefore now not only as God, but also as man, he knows all things, can do all things, is present to all creatures, has under his feet and in his hand all things which are in heaven, in the earth, and under the earth. That this is so, Christ himself bears witness, saying (Matt. xxviii. 18; John xiii. 3): 'All power in heaven and in earth is given unto me.' And Paul saith (Eph. iv. 10): 'He ascended up far above all heavens, that he might fill all things.' This his power, being every where present, he can exercise, nor is anything to him either impossible or unknown.

XII. *Inde adeo, et quidem facillime, corpus suum verum et sanguinem suum in Sacra Cœna præsens distribuere potest. Id vero non fit secundum modum et proprietatem humanæ naturæ, sed secundum modum et proprietatem dextræ Dei, ut Lutherus secundum analogiam fidei nostræ Christianæ, in Catechesi comprehensæ, loqui solet. Et hæc Christi in Sacra Cœna præsentia neque physica aut terrena est, neque Capernaïtica: interim tamen verissima et quidem substantialis est. Sic enim verba Testamenti Christi sonant: Hoc est, est, est corpus meum, etc.*

*Hac nostra fide, doctrina et confessione persona Christi non solvitur, quod olim Nestorius fecit. Is enim veram communicationem idiomatum seu proprietatum utriusque naturæ in Christo negavit, et hac ratione Christi personam solvit: quam rem D. Lutherus in libello suo de Conciliis perspicue declaravit. Neque hac piâ nostra doctrina duæ in Christo naturæ, earumque proprietates confunduntur, aut in unam essentiam commiscuntur (in quo errore Eutyches fuit), neque humana natura in persona Christi negatur, aut aboletur, neque altera natura in*

XII. Hence also, and indeed most easily, can he, being present, impart his true body and his blood in the Holy Supper. Now this is not done according to the mode and attribute of human nature, but according to the mode and attribute of the right hand of God, as Luther, according to the analogy of our Christian faith, as contained in the Catechism, is wont to speak. And this presence of Christ in the Holy Supper is neither physical or earthly, nor Capernaïtic; nevertheless it is most true and indeed substantial. For so read the words of the Testament of Christ: ‘*This is, is, is my body,*’ etc.

By this our faith, doctrine, and confession, the person of Christ is not severed, as of old Nestorius severed it. For he denied a true communication of the *idiomata* or attributes of both natures in Christ, and in this way separated the person of Christ: which thing Dr. Luther has perspicuously set forth in his book on the Councils. Nor by this godly doctrine of ours are the two natures in Christ and their attributes confounded, or mingled into one essence (as Eutyches erroneously taught), nor is the human nature in the person of Christ denied or abolished, nor the one nature changed into the other; but Christ

*alteram mutatur: sed Christus verus Deus et homo in una indivisa persona est, permanetque in omnem æternitatem. Hoc post illud Trinitatis summum est mysterium, ut Apostolus (1 Tim. iii. 16) testatur, in quo solo tota nostra consolatio, vita et salus posita est.*

## NEGATIVA.

*Contrariæ et falsæ doctrinæ de persona Christi rejectio.*

*Repudiamus igitur atque damnamus omnes erroneos, quos jam recitabimus, articulos, eo quod Verbo Dei et sinceræ fidei nostræ Christianæ repugnent, cum videlicet sequentes errores docentur:*

I. *Quod Deus et homo in Christo non constituent unam personam, sed quod alius sit Dei Filius, et alius hominis Filius, ut Nestorius deliravit.*

II. *Quod divina et humana nature in unam essentiam commixtæ sint, et humana natura in Deitatem mutata sit, ut Eutyches furenter dixit.*

III. *Quod Christus non sit verus, naturalis et æternus Deus, ut Arius blasphemavit.*

IV. *Quod Christus non veram humanam naturam anima rationali et corpore constantem habuerit, ut Marcion finxit.*

is and abides to all eternity true God and man in one undivided person. Next to the mystery of the Trinity this is the chiefest mystery, as the Apostle bears witness (1 Tim. iii. 16); on which alone all our consolation, life, and salvation depend.

## NEGATIVE.

*Rejection of contrary and false doctrine touching the person of Christ.*

We repudiate, therefore, and condemn all the erroneous articles which we will now recount, inasmuch as they are opposed to the Word of God and to our sound Christian faith—the errors following, to wit:

I. That God and man do not constitute one person in Christ, but that the Son of God is one and the Son of Man another, as Nestorius insanely feigned.

II. That the divine and human natures are commingled into one essence, and the human nature is changed into Deity, as Eutyches has madly affirmed.

III. That Christ is not true, natural, and eternal God, as Arius blasphemously declared.

IV. That Christ did not have a true human nature, consisting of a rational soul and of a body, as Marcion feigned.

V. *Quod unio personalis faciat tantum communia nomina et communes titulos.*

VI. *Quod phrasis tantum et modus quidam loquendi sit, cum dicitur: Deus est homo, et homo est Deus; siquidem Divinitas nihil cum humanitate, et humanitas nihil cum Deitate realiter, hoc est, vere et reipsa, commune habeat.*

VII. *Quod tantum sit verbalis, sine re ipsa, idiomatum communicatio, cum dicitur: Filium Dei pro peccatis mundi mortuum esse: Filium hominis omnipotentem factum esse.*

VIII. *Quod humana in Christo natura, eo modo, quo est Divinitas, facta sit essentia quædam infinita, et ex hac essentiali, communicata, in humanam naturam effusa, et a Deo separata virtute et proprietate, eo modo, quo divina natura, ubique præsens sit.*

IX. *Quod humana natura divina, ratione substantiæ atque essentiæ suæ, vel proprietatum divinarum essentialium, exæquata sit.*

X. *Quod humana natura in Christo in omnia loca cæli et terræ localiter expansa sit; quod*

V. That the personal union makes only common names and common titles.

VI. That it is only a phrase, and a certain mode of speaking, when it is said: God is man, and man is God; since divinity has nothing really, that is, truly and in deed, common with humanity, and humanity nothing common with Deity.

VII. That it is only a verbal *communicatio idiomatum*, without any corresponding fact, when it is said: The Son of God has died for the sins of the world; the Son of man has become omnipotent.

VIII. That the human nature in Christ has become a certain infinite essence, in the same way in which the divinity is one, and that from this essential, communicated virtue and property, effused into human nature and separate from God, it is every where present in like mode and manner with the divine nature.

IX. That the human nature has been made equal to the divine in respect of its substance and essence, or of the essential divine attributes.

X. That the human nature in Christ is locally spread out into all places of heaven and earth; some-

*ne quidem divinæ naturæ est tribuendum.*

XI. *Quod Christo impossibile sit, propter humanæ naturæ proprietatem, ut simul in pluribus, quam in uno loco, nedum ubique, suo cum corpore esse possit.*

XII. *Quod sola humanitas pro nobis passa sit, nosque redemerit, et quod Filius Dei in passione nullam prorsus cum humanitate (reipsa) communicationem habuerit, perinde ac si id negotium nihil ad ipsum pertinuisset.*

XIII. *Quod Filius Dei tantummodo Divinitate sua nobis in terris, in verbo, sacramentis, in omnibus denique ærumnis nostris, præsens sit, et quod hæc præsentia prorsus ad humanitatem nihil pertineat. Christo enim, postquam nos passione et morte sua redemerit, secundum humanitatem suam nihil amplius nobiscum in terris esse negotii.*

XIV. *Quod Filius Dei, qui humanam naturam assumpsit, jam post depositam servi formam, non omnia opera omnipotentis suæ, in et cum humanitate sua, et per eam, efficiat, sed tantum aliqua, et quidem in eo tantum loco, ubi humana natura est localiter.*

XV. *Quod secundum humanitatem, omnipotentis aliarumque*

thing that is not to be attributed even to the divine nature.

XI. That it is impossible for Christ, on account of the propriety of his human nature, to be in more places than one, not to say every where, with his body.

XII. That the humanity alone suffered for us and redeemed us; and that the Son of God in the passion had no communication at all (in very deed) with the humanity, even as if that matter had in nowise appertained to him.

XIII. That the Son of God is present to us on earth in the word, the sacraments, and in all our troubles, only by his divinity, and that this presence appertains nothing at all to the humanity. For that Christ, after he had redeemed us by his passion and death, had no longer, according to his humanity, any concern with us on earth.

XIV. That the Son of God, who assumed human nature, henceforth, after having laid aside the form of a servant, does not accomplish all the works of his omnipotence in and with his humanity, and by means of it, but only some of them, and these only in that place where the human nature locally is.

XV. That, according to the humanity, he is not at all capable of

*proprietatum divinæ naturæ prorsus non sit capax. Idque asserere audent contra expressum testimonium Christi (Matt. xxviii. 18): 'Mihî data est omnis potestas in cœlo et in terra.' Et contradicunt Paulo, qui ait (Col. ii. 9): 'In ipso inhabitat tota Divinitatis plenitudo corporaliter.'*

XVI. *Quod Christo secundum humanitatem data quidem sit maxima potestas in cœlo et in terra, videlicet major et amplior, quam omnes angeli et creaturæ acceperint: sed tamen ita, ut cum omnipotentia Dei nullam habeat communicationem, neque omnipotentia illi data sit. Itaque mediam quandam potentiam, inter omnipotentiam Dei, et inter aliarum creaturarum potentiam, fingunt, datam Christo secundum humanam ejus naturam per exaltationem; quæ minor quidem sit, quam Dei omnipotentia, major tamen omnium aliarum creaturarum potestate.*

XVII. *Quod Christo secundum spiritum suum humanum certi limites positi sint, quantum videlicet ipsum scire oporteat, et quod non plus sciat, quam ipsi conveniat, et ad executionem sui officii, Judicis nimirum, necessario requiratur.*

XVIII. *Quod Christus ne hodie*

omnipotence and other properties of the divine nature. And this they dare to assert against the express testimony of Christ (Matt. xxviii. 18): 'All power is given unto me in heaven and in earth.' And they contradict Paul, who says (Col. ii. 9): 'In him dwelleth all the fullness of the Godhead bodily.'

XVI. That to Christ, according to the humanity, there is given, indeed, the greatest power in heaven and in earth; that is, a power greater and more ample than all angels and creatures have received, but in such wise, nevertheless, that it has no communication with the omnipotence of God, nor that omnipotence has been given to him. And so they feign a certain middle power between the omnipotence of God and the power of other creatures, given to Christ according to his human nature by exaltation; which is less, indeed, than the omnipotence of God, yet greater than the power of all other creatures.

XVII. That to Christ, according to his human spirit, certain limits are appointed as to how much it behooves him to know, and that he knows no more than is suitable for him, and is necessarily required for the execution of his office, to wit, as Judge.

XVIII. That Christ has not even

*quidem perfectam habeat cognitionem Dei, et omnium ipsius operum; cum tamen de Christo scriptum sit (Col. ii. 3): 'In ipso omnes thesauros sapientiae et scientiae absconditos esse.'*

**XIX.** *Quod Christo secundum humanitatis suae spiritum impossibile sit scire, quid ab aeterno fuerit, quid jam nunc ubique fiat, et quid in omnem aeternitatem sit futurum.*

**XX.** *Rejicimus etiam damnamusque, quod dictum Christi (Matt. xxviii. 18): 'Mihi data est omnis potestas in caelo et in terra;' horribili et blasphema interpretatione a quibusdam depravatur in hanc sententiam: quod Christo secundum divinam suam naturam in resurrectione et ascensione ad caelos iterum restituta fuerit omnis potestas in caelo et in terra, perinde quasi, dum in statu humiliationis erat, eam potestatem, etiam secundum Divinitatem, deposuisset et exuisset. Hac enim doctrina non modo verba Testamenti Christi falsa explicatione pervertuntur: verum etiam dudum damnatae Arianæ hæresi via de novo sternitur, ut tandem aeterna Christi Divinitas negetur, et Christus totus, quantus est, una cum salute nostra amittatur, nisi huic impiae*

now a perfect knowledge of God and of all his works. Whereas it is written of Christ (Col. ii. 3): 'In him are hid all the treasures of wisdom and knowledge.'

**XIX.** That to Christ, according to his human spirit, it is impossible to know what has been from all eternity, what now takes place every where, and what will be to all eternity.

**XX.** We also reject and condemn the way in which the saying of Christ (Matt. xxviii. 18), 'All power is given unto me in heaven and in earth,' is by some, through a horrible and blasphemous interpretation, corruptly wrested to this effect: That to Christ, according to his divine nature, there was restored again at the resurrection and ascension all power in heaven and on earth; as if, forsooth, while he was in the state of humiliation he had laid aside and put off that power even according to the divine nature. For by this doctrine not only are the words of the Testament of Christ perverted by a false interpretation, but also a way is prepared anew for the long-since condemned Arian heresy; so that at length the eternal divinity of Christ will be denied, and all there is of Christ, together with our sal-

*doctrinæ ex solidis Verbi Dei et fidei nostræ Catholicæ funulamentis constanter contradicatur.*

## ART. IX.

DE DESCENSU CHRISTI AD INFEROS.

## STATUS CONTROVERSIE.

*Disceptatum fuit super hoc articulo inter quosdam theologos, qui Augustanam Confessionem profitentur: quando et quomodo Dominus noster Jesus Christus, ut testatur fides nostra Catholica, ad inferos descenderit, an id ante, vel post mortem ejus factum sit. Præterea quesitum fuit, num anima tantum, an divinitate sola, an vero anima et corpore descenderit, idque an spiritaliter, an vero corporaliter sit factum. Disputatum etiam est, num hic articulus ad passionem, an verum ad gloriosam victoriam et triumphum Christi sit referendus.*

*Cum autem hic fidei nostræ articulus, sicut et præcedens, neque sensibus neque ratione nostra comprehendî queat, sola autem fide acceptandus sit: unanimi consensu consulimus, de hac re non esse disputandum, sed quam simplicissime hunc articulum credendum et docendum esse. Atque*

vation, will be lost, unless this ungodly doctrine be steadfastly contradicted according to the solid grounds of the Word of God and of our Catholic faith.

## ART. IX.

OF THE DESCENT OF CHRIST INTO HELL.

## STATEMENT OF THE CONTROVERSY.

There has been a dispute touching this article among certain divines who profess the Augsburg Confession: when and how our Lord Jesus Christ, as our Catholic faith attests, descended into hell? whether this came to pass before or after his death? Moreover, it has been asked whether he descended in soul only or in divinity only, or indeed in soul and body, and whether this came to pass spiritually or corporally? It has also been disputed whether this article is to be referred to the passion, or to the glorious victory and triumph of Christ.

Now, inasmuch as this article of our faith, as also the foregoing, can be comprehended neither by our senses nor by our reason, but is to be received by faith alone, we have by unanimous consent agreed that this matter should not be disputed about, but should be believed and taught as simply as possible. And



*in hoc negotio sequamur piam D. Lutheri doctrinam, qui hunc articulum in concione, Torgæ habita (Anno, etc. XXXIII.), pie admodum explicuit, omnes inutiles et curiosas questiones præcidit, atque ad piam fidei simplicitatem omnes Christianos adhortatus est.*

*Satis enim nobis esse debet, si sciamus, Christum ad inferos descendisse, infernum omnibus credentibus destruxisse, nosque per ipsum e potestate mortis et Satanae, ab æterna damnatione, atque adeo e faucibus inferni ereptos. Quo autem modo hæc effecta fuerint, non curiose scrutemur, sed hujus rei cognitionem alteri seculo reservemus, ubi non modo hoc mysterium, sed alia multa, in hac vita simpliciter a nobis creditu, revelabuntur, que captum cæcæ nostræ rationis excedunt.*

#### ART. X.

DE CEREMONIIS ECCLESIASTICIS,

*Quæ vulgo Adia phora seu res mediæ et indifferentes vocantur.*

*Orta est etiam inter theologos Augustanæ Confessionis controversia de ceremoniis seu ritibus Ecclesiasticis, qui in Verbo Dei neque præcepti sunt, neque*

in this respect let us follow the godly teaching of Dr. Luther, who, in his discourse held at Torgau in the year 1533, unfolded this article in a most godly wise, cutting short all curious questions, and exhorting all Christians to the pious simplicity of faith.

For it ought to be enough for us to know that Christ descended into hell, that he destroyed hell for all believers, and that we through him have been snatched from the power of death and Satan, from eternal damnation, and even from the jaws of hell. But in what way these things have been brought to pass let us not curiously inquire, but let us reserve the knowledge of this thing to another world, where not only this mystery, but many other things also which in this life have been simply believed by us, shall be revealed, things which exceed the reach of our blind reason.

#### ART. X.

OF ECCLESIASTICAL CEREMONIES,

*Which are commonly called Adia phora, or things indifferent.*

There has also arisen among the divines of the Angsburg Confession a controversy touching ecclesiastical ceremonies or rites, which are neither enjoined nor forbidden in the

*prohibiti, sed ordinis tantum et decori gratia in Ecclesiam sunt introducti.*

## STATUS CONTROVERSIE.

*Quæsitum fuit, num persecutionis tempore, et in casu confessionis (etiãmsi adversarii nobiscum in doctrina consentire nolint) nihilominus salva conscientia aliquæ abrogatæ ceremoniæ, quæ per se indifferentes, et a Deo neque mandatæ neque prohibitæ sint, postulãntibus id et urgentibus adversariis, iterum in usum revocari possint, et an hoc modo cum Pontificiis in ejusmodi ceremoniis et adiaphoris conformari recte queamus. Una pars hoc fieri posse affirmavit, altera vero negavit.*

## AFFIRMATIVA.

*Sincera doctrinã et confessio de hoc Articulo.*

*I. Ad hanc controversiam dirimendam unanimi consensu credimus, docemus, et confitemur, quod ceremoniæ sive ritus Ecclesiastici (qui Verbo Dei neque præcepti sunt, neque prohibiti, sed tantum decori et ordinis causa instituti) non sint per se cultus divinus, aut aliqua saltem pars cultus divini. Scriptum est enim (Matt. xv. 9): 'Frustra*

Word of God, but have been introduced into the Church merely for the sake of order and seemliness.

## STATEMENT OF THE CONTROVERSY.

It has been asked whether in time of persecution and a case of confession (even though our adversaries will not agree with us in doctrine), nevertheless with a safe conscience, certain ceremonies already abrogated, which are of themselves indifferent, and neither commanded nor forbidden by God, may, on the urgent demand of our adversaries, again be re-established in use, and whether we can in this way rightly conform with the Papists in ceremonies and adiaphora of this sort. The one part has affirmed that this might be done, the other has denied it.

## AFFIRMATIVE.

*Sound doctrine and confession touching this Article.*

I. For the better taking away of this controversy we believe, teach, and confess, with unanimous consent, that ceremonies or ecclesiastical rites (such as in the Word of God are neither commanded nor forbidden, but have only been instituted for the sake of order and seemliness) are of themselves neither divine worship, nor even any part of divine worship. For it is written

*colunt me, docentes doctrinas, mandata hominum.'*

II. *Credimus, docemus, et confitemur, Ecclesie Dei, ubivis terrarum, et quocunque tempore, licere, pro re nata, ceremonias tales mutare, juxta eam rationem, quae Ecclesie Dei utilissima, et ad aedificationem ejusdem maxime accommodatae judicatur.*

III. *Ea tamen in re omnem levitatem fugiendam et offendicula cavenda, in primis vero infirmorum in fide rationem habendam, et vis parcendum esse censemus.*

IV. *Credimus, docemus, et confitemur, quod temporibus persecutionum, quando perspicua et constans confessio a nobis exigitur, hostibus Evangelii in rebus adiaphoris non sit cedendum. Sic enim Apostolus inquit (Gal. v. 1): 'Qua libertate Christus nos liberavit, in ea state, et nolite iterum jugo servitutis subjici.' Et alibi (2 Cor. vi. 14): 'Nolite jugum ducere cum infidelibus,' etc. 'Quae enim est societas luci ad tenebras?' etc. Item (Gal. ii. 5): 'Quibus neque ad horam cessimus subjectione, ut veritas Evangelii permaneret apud vos. In*

(Matt. xv. 9): 'In vain they do worship me, teaching for doctrines the commandments of men.'

II. We believe, teach, and confess that it is permitted to the Church of God any where on earth, and at whatever time, agreeably to occasion, to change such ceremonies, in such manner as is judged most useful to the Church of God and most suited to her edification.

III. We judge, nevertheless, that in this matter all levity should be avoided and matters of offense be guarded against, and that especially account should be taken of the weak in the faith, and forbearance shown towards them (1 Cor. viii. 9; Rom. xiv. 13).

IV. We believe, teach, and confess that in times of persecution, when a clear and steadfast confession is required of us, we ought not to yield to the enemies of the Gospel in things indifferent. For thus speaks the Apostle (Gal. v. 1): 'Stand fast, therefore, in the liberty wherewith Christ hath made us free, and be not entangled again with the yoke of bondage.' And elsewhere (2 Cor. vi. 14): 'Be not unequally yoked together with unbelievers,' etc. 'For what concord hath light with darkness?' Also (Gal. ii. 5): 'To whom we gave place by subjection, no, not for an hour; that

*tali enim rerum statu non agitur jam amplius de adiaphoris, sed de veritate Evangelii, et de libertate Christiana sarta tectaque conservanda, et quomodo cavendum sit, ne manifeste idololatria confirmetur, et infirmi in fide offendantur. In hujusmodi rebus nostrum certe non est, aliquid adversariis largiri: sed officium nostrum requirit, ut piam et ingenuam confessionem edamus, et ea patienter feramus, quæ Dominus nobis ferenda imposuerit, et hostibus Verbi Dei in nos permiserit.*

V. *Credimus, docemus, et confitemur, quod Ecclesia alia aliam damnare non debeat, propterea, quod hæc vel illa plus minusve externarum ceremoniarum, quas Dominus non instituit, observet; si modo in doctrina ejusque articulis omnibus, et in vero Sacramentorum usu sit inter eas consensus. Hoc enim vetus et verum dictum est: Dissonantia jejunii non dissolvit consonantiam fidei.*

## NEGATIVA.

*Falsæ doctrinæ de hoc Article rejectio.*

*Repudiamus atque damnamus hæc falsa et Verbo Dei contraria dogmata:*

the truth of the Gospel might remain with you.' For in such a state of things it is no longer a question of adiaphora, but of the restoration and maintenance of the truth of the Gospel and of Christian liberty, and of how care may be taken lest idolatry be manifestly strengthened and the weak in the faith be caused to stumble. In matters of this sort it is certainly not our part to concede any thing to our adversaries, but our duty requires that we should show forth a godly and frank confession, and patiently bear those things which the Lord may have laid upon us to bear, and may have suffered our enemies to do against us.

V. We believe, teach, and confess that one Church ought not to condemn another because it observes more or less of external ceremonies, which the Lord has not instituted, provided only there be consent between them in doctrine and all the articles thereof, and in the true use of the sacraments. For so runneth the old and true saying: 'Dissimilarity of fasting does not destroy similarity of faith.'

## NEGATIVE.

*Rejection of false doctrine touching this Article.*

We repudiate and condemn the following false dogmas as repugnant to the Word of God:

I. *Quod humanæ traditiones et constitutiones, in Ecclesiasticis rebus, per se, pro cultu Dei, aut certe pro parte divini cultus sint habendæ.*

II. *Quando ejusmodi ceremoniæ et constitutiones Ecclesiæ Dei coactione quadam tanquam necessarie obtruduntur, et quidem contra libertatem Christianam, quam Ecclesia Christi in rebus ejusmodi externis habet.*

III. *Cum asseritur, quod tempore persecutionis, quando clara confessio requiritur, hostibus Evangelii in observatione ejusmodi rerum adiaphorarum gratificari, et cum ipsis pacisci et consentire liceat: quæ res cum detrimento veritatis cœlestis conjuncta est.*

IV. *Cum externæ ceremoniæ, quæ indifferentes sunt, ea opinione abrogantur, quasi Ecclesiæ Dei liberum non sit, pro re nata, ut judicaverit ad ædificationem utile esse, hanc vel illam ceremoniam, ratione libertatis Christianæ, usurpare.*

I. That human traditions and constitutions in things ecclesiastical are of themselves to be accounted as divine worship, or at least as a part of divine worship.

II. When ceremonies and constitutions of this kind are by a sort of coercion obtruded upon the Church as necessary, and that contrary to the Christian liberty which the Church of Christ has in external matters of this sort.

III. When it is asserted that in time of persecution, when a clear confession is required, it is permitted to gratify the enemies of the Gospel in the observation of adiaphora of this sort, and to covenant and agree with them, which thing is attended with detriment of the heavenly truth.

IV. When external ceremonies, which are indifferent, are abrogated under the opinion that it is not free to the Church of God, as occasion demands, to use this or that ceremony by the privilege of its Christian liberty as it shall judge to be useful to edification.

## ART. XI.

DE ÆTERNA PRÆDESTINATIONE ET  
ELECTIONE DEI.

*De hoc articulo non quidem publice mota est controversia inter Augustanæ Confessionis Theologos: sed tamen cum hic articulus magnam piis mentibus consolationem adferat, si recte et dextre explicetur, visum est eundem in hoc scripto declarare, ne forte temporis progressu disputationes aliquæ cum offendiculo conjunctæ de hac re exoriantur.*

## AFFIRMATIVA.

*Sincera doctrina de hoc Articulo.*

I. *Primum omnium est, quod accurate observari oportet, discrimen esse inter præscientiam [Vorsehung], et prædestinationem, sive æternam electionem [ewige Wahl] Dei.*

II. *Præscientia enim Dei nihil aliud est, quam quod Deus omnia noverit, antequam fiant, sicut scriptum est (Dan. ii. 28): 'Est Deus in cælo, revelans mysteria, qui indicavit tibi Rex Nabuchodonosor, quæ ventura sunt in proximis temporibus.'*

III. *Hæc Dei præscientia simul ut bonos et malos pertinet, sed interim non est causa mali, neque est causa peccati, quæ hominem*

## ART. XI.

OF THE ETERNAL PREDESTINATION  
AND ELECTION OF GOD.

Touching this article there has not, indeed, arisen any public controversy among the divines of the Augsburg Confession; but nevertheless, inasmuch as this article brings great consolation to pious minds, if it be rightly and skillfully expounded, it has seemed good to set forth the same in this writing, lest perchance, in process of time, certain disputations leading to offense should arise thereupon.

## AFFIRMATIVE.

*Sound doctrine touching this Article.*

I. First of all, it ought to be most accurately observed that there is a distinction between the foreknowledge and the predestination or eternal election of God.

II. For the foreknowledge of God is nothing else than this, that God knows all things before they come to pass, as it is written (Dan. ii. 28): 'There is a God in heaven that revealeth secrets, and maketh known to the king Nebuchadnezzar what shall be in the latter days.'

III. This foreknowledge of God extends both to good and evil men; but nevertheless it is not the cause of evil, nor is it the cause of sin,

*ad scelus impellat. Peccatum enim ex diabolo, et ex hominis prava et mala voluntate oritur. Neque hæc Dei præscientia causa est, quod homines pereant; hoc enim sibi ipsis imputare debent: sed præscientia Dei disponit [ordnet] malum, et metas illi constituit, quousque progredi et quam diu durare debeat, idque eo dirigit, ut, licet per se malum sit, nihilominus electis Dei ad salutem cedat.*

IV. *Prædestinatio vero, seu æterna Dei electio, tantum ad bonos et dilectos filios Dei pertinet; et hæc est causa ipsorum salutis. Etenim eorum salutem procurat, et ea, quæ ad ipsam pertinent, disponit. Super hanc Dei prædestinationem salus nostra ita fundata est, ut inferorum portæ eam evertere nequeant (John x. 28; Matt. xvi. 18).*

V. *Hæc Dei prædestinatio non in arcano Dei consilio est scrutanda, sed in Verbo Dei, in quo revelatur quærenda est.*

VI. *Verbum autem Dei deducit nos ad Christum, is est liber ille vitæ, in quo omnes inscripti et electi sunt, qui salutem æternam consequuntur. Sic enim scriptum est (Eph. i. 4): 'Elegit nos in Christo, ante mundi constitutionem.'*

impelling man to crime. For sin arises from the devil, and from the depraved and evil will of man. Nor is this foreknowledge of God the cause why men perish, for this they ought to impute to themselves. But the foreknowledge of God disposes evil and sets bounds to it, how far it may proceed and how long endure, and directs it in such wise that, though it be of itself evil, it nevertheless turns to the salvation of the elect of God.

IV. But the predestination or eternal election of God extends only to the good and beloved children of God, and this is the cause of their salvation. For it procures their salvation, and appoints those things which pertain to it. Upon this predestination of God our salvation is so founded that the gates of hell can not prevail against it (John x. 28; Matt. xvi. 18).

V. This predestination of God is not to be searched out in the hidden counsel of God, but is to be sought in the Word of God, in which it is revealed.

VI. But the Word of God leads us to Christ, he is that book of life in which all are inscribed and elected who attain eternal salvation. For thus it is written (Eph. i. 4): 'He hath chosen us in Christ before the foundation of the world.'

VII. *Christus vero omnes peccatores ad se vocat, et promittit illis levationem, et serio vult [ist ihm Ernst], ut omnes homines ad se veniant, et sibi consuli et subveniri sinant. His sese Redemptorem in verbo offert, et vult, ut verbum audiatur, et ut aures non obdurentur, nec verbum negligatur et contemnatur. Et promittit se largiturum virtutem et operationem Spiritus Sancti et auxilium divinum, ut in fide constantes permaneamus, et vitam æternam consequamur.*

VIII. *De nostra igitur electione ad vitam æternam neque ex rationis nostræ judicio, neque ex lege Dei judicandum est, ne vel dissolutæ et Epicuræ vitæ nos tradamus, vel in desperationem inculamus. Qui enim rationis suæ judicium in hoc negotio sequuntur, in horum cordibus hæ perniciosæ cogitationes (quibus ægerrime resistere possunt) excitantur: Si (inquiunt) Deus me ad æternam salutem elegit, non potero damnari, quicquid etiam designavero. Contra vero, si non sum electus ad vitam æternam, nihil plane mihi profuerit, quantumcunque boni fecero, omnes enim conatus mei irriti erunt [es ist doch alles umsonst].*

VOL. III.—M

VII. But Christ calls all sinners to him, and promises to give them rest. And he earnestly wishes that all men may come to him, and suffer themselves to be cared for and succored. To these he offers himself in the Word as a Redeemer, and wishes that the Word may be heard, and that their ears may not be hardened, nor the Word be neglected and contemned. And he promises that he will bestow the virtue and operation of the Holy Spirit and divine aid, to the end that we may abide steadfast in the faith and attain eternal life.

VIII. Therefore we are to judge neither by the judgment of our own reason nor by the law of God, concerning our election to eternal life, lest we either give ourselves over to a dissolute and Epicurean life or fall into desperation. For they who follow the judgment of their own reason in this matter, in their hearts arise these mischievous thoughts, which it is hard indeed for them to resist: If (say they) God has elected me to eternal salvation, I can not be damned, let me do what evil I will. But, on the other hand, if I am not elected to eternal life, all the good that I may do will advantage me nothing at all, for all my endeavors will be in vain.



IX. *Vera igitur sententia de prædestinatione ex Evangelio Christi discenda est. In eo enim perspicue docetur, quod Deus omnes sub incredulitatem concluderet, ut omnium miseretur, et quod nolit quenquam perire, sed potius ut omnes convertantur, et in Christum credant* (Rom. xi. 32; Ezek. xviii. 23; xxxiii. 11; 2 Pet. iii. 9; 1 John ii. 2).

X. *Qui igitur voluntatem Dei revelatam inquirunt, eoque ordine progrediuntur, quem D. Paulus in Epistola ad Romanos secutus est (qui hominem prius deducit ad pœnitentiam, ad agnitionem peccatorum, ad fidem in Christum, ad obedientiam mandatorum Dei, quam de æternæ prædestinationis mysterio loquatur), iis doctrina de prædestinatione Dei salutaris est, et maximam consolationem affert.*

XI. *Quod vero scriptum est (Matt. xxii. 14), 'Multos quidem vocatos, paucos vero electos esse,' non ita accipiendum est, quasi Deus nolit, ut omnes salventur; sed damnationis impiorum causa est, quod Verbum Dei aut prorsus non audiant, sed contumaciter contemnant, aures obdurent, et cor indurent, et hoc modo Spiritui Sancto viam ordinariam*

IX. The true opinion, therefore, concerning predestination is to be learned from the Gospel of Christ. For in it is clearly taught that 'God hath concluded all under unbelief, that he might have mercy upon all;' and that 'he is not willing that any should perish, but rather that all should be converted and believe in Christ' (Rom. xi. 32; Ezek. xviii. 23; xxxiii. 11; 2 Pet. iii. 9; 1 John ii. 2).

X. Whoever, therefore, inquire into the revealed will of God, and proceed in that order which St. Paul has followed in the Epistle to the Romans (who first leads man to repentance, to the acknowledgment of his sins, to obedience to the commandments of God, before he speaks of the mystery of eternal predestination), to them the doctrine of the predestination of God is salutary, and affords very great consolation.

XI. But as to the declaration (Matt. xxii. 14), 'Many are called, but few are chosen,' it is not to be so understood as if God were unwilling that all should be saved, but the cause of the damnation of the ungodly is that they either do not hear the Word of God at all, but contumaciously contemn it, stop their ears, and harden their hearts, and in this way foreclose to the

*præcludant, ut opus suum in eis efficere nequeat, aut certe quod verbum auditum flocci pendant [in Wind schlagen], atque abjiciant. Quod igitur pereunt, neque Deus, neque ipsius electio, sed malitia eorum in culpa est (2 Pet. ii. 1 sqq.; Luke ii. 49, 52; Heb. xii. 25 sqq.).*

XII. *Huc usque homo pius in meditatione articuli de æterna Dei electione tuto progredi potest, quatenus videlicet ea in Verbo Dei est revelata. Verbum Dei enim nobis Christum, librum vitæ, proponit: is nobis per Evangelii prædicationem aperitur et evolvitur, sicut scriptum est (Rom. viii. 30): 'Quos elegit, hos vocavit.' In Christo igitur electio æterna Dei Patris est quærenda. Is in æterno suo consilio decrevit, quod præter eos, qui Filium ejus Jesum Christum agnoscunt et in eum vere credunt, neminem salvum facere velit. Reliquæ cogitationes ex animis piorum penitus excutiendæ sunt, qui non a Deo, sed ex af flatu Satanz proficiscuntur, quibus humani generis hostis hoc agit, ut dulcissimam illam consolationem vel enervet, vel penitus e medio tollat, quam ex saluberrima hac doctrina haurire possumus, qua videlicet certi*

Spirit of God his ordinary way, so that he can not accomplish his work in them, or at least when they have heard the Word, make it of no account, and cast it away. Neither God nor his election, but their own wickedness, is to blame if they perish (2 Pet. ii. 1 sqq.; Luke ii. 49, 52; Heb. xii. 25 sqq.).

XII. So far, therefore, may a godly man proceed with safety in meditation upon the article of the eternal election of God, even as far, that is, as it is revealed in the Word of God. For the Word of God proposes to us Christ, the Book of Life which through the preaching of the Gospel is opened and spread out before us, as it is written (Rom. viii. 30): 'Whom he did predestinate, them he also called.' In Christ, therefore, is the eternal election of God the Father to be sought. He in his eternal counsel has decreed that besides those who acknowledge his Son Jesus Christ, and truly believe on him, he will save no one. Other surmisings should be wholly dismissed from the minds of the godly, because they are not of God, but of the inspiration of Satan, whereby the enemy of mankind is endeavoring either to weaken or wholly to take away that most sweet consolation which we may draw from this most wholesome doctrine:

*reddimur, quod mera gratia, sine ullo nostro merito, in Christo ad vitam æternam electi simus, et quod nemo ex ipsius manibus raperere nos possit. Et hanc clementissimam electionem non nudis verbis, sed interposito iurejurando Dominus contestando confirmavit, et venerabilibus Sacramentis nobis obsignavit, quorum in summis tentationibus meminisse, et ex iis consolationem petere debemus, ut ignita Diaboli tela extinguamus.*

XIII. *Interim tamen summo studio in eo elaboremus, ut ad normam voluntatis divinæ vitam nostram instituamus, et vocationem nostram [ut D. Petrus (2 Pet. i. 20) loquitur] firmam faciamus, neque a Dei revelato verbo latum unguem recedamus; illud enim nunquam nos fullet.*

XIV. *Hac brevi explicatione æternæ electionis divinæ honos suus Deo plene et in solidum tribuitur: quod videlicet, secundum voluntatis suæ propositum, mera misericordia, sine ullo nostro merito salvos nos faciat. Neque tamen hac doctrina, vel gravioribus illis animi perturbationibus, et pusillanimitati, vel Epicurismo [zur Kleinmüthigkeit oder rohem, wildem Leben] ansa præbetur.*

inasmuch as by it we are rendered certain that by mere grace, without any merit of our own, we are chosen in Christ to eternal life, and that no one can pluck us out of his hands. And this most merciful election the Lord hath attested and confirmed, not by mere words, but by the mediation of an oath, and hath sealed to us by the holy sacraments, which we ought to call to mind in our deepest temptations, and seek consolation from them, that we may quench all the fiery darts of the Devil.

XIII. Yet none the less ought we to take the utmost pains to fashion our life agreeably to the norm of the divine will, and to make our calling and election sure, as St. Peter says (2 Pet. i. 10), nor to recede a hair-breadth from the revealed Word of God; for that will never fail us.

XIV. This brief explication of the eternal election of God, attributes fully and completely to God his own proper honor, showing that he saves us according to the purpose of his own will, of mere compassion, without any merit of our own. While by this doctrine no handle is given to vehement disturbances of mind and faint-heartedness, nor to Epicureanism.

## NEGATIVA.

*Falsæ doctrinæ de hoc Articulo rejectio.*

*Credimus igitur et sentimus, quando doctrina de electione Dei ad vitam æternam eo modo proponitur, ut perturbatæ p̄ie mentes ex ea consolationem nullam cupere queant, sed potius per eam in animi angustias [Kleinmüthigkeit] aut desperationem conjiciuntur, aut impenitentes in dissoluta sua vita confirmentur, quod articulus hic non ad normam verbi et voluntatis Dei, sed juxta humane rationis judicium, et quidem impulsu Satanz, male et peperam tractetur. 'Quæcunque enim scripta sunt' [inquit (Rom. xv. 4) apostolus] 'ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus.' Rejicimus itaque omnes, quos jam enumerabimus, errores.*

I. *Quod Deus nolit, ut omnes homines pœnitentiam agant, et Evangelio credant.*

II. *Quando Deus nos ad se vocat, quod non serio hoc velit, ut omnes homines ad ipsum veniant.*

III. *Quod nolit Deus, ut omnes salventur, sed quod quidam, non ratione peccatorum suorum, verum solo Dei consilio, proposito et voluntate, ad exitium*

## NEGATIVE.

*Rejection of false doctrine touching this Article.*

We believe, therefore, and judge that when the doctrine of God's election of men to eternal life is so propounded that godly minds can derive no consolation from it under anxiety, but are by it the rather thrown into distress of mind or desperation, or the impenitent are confirmed in their dissolute life, that this article is not then handled agreeably to the rule of the word and will of God, but according to the judgment of human reason, and that badly and falsely by the instigation of Satan. 'For whatsoever things were written aforetime' [says the apostle (Romans xv. 4)] 'were written for our learning, that we through patience and comfort of the Scriptures might have hope.' We therefore reject all the errors which we will now enumerate :

I. That God is unwilling that all men should repent and believe the Gospel.

II. That when God calls us to him, he does not earnestly wish that all men should come to him.

III. That God is not willing that all men should be saved, but that some men are destined to destruction, not on account of their sins, but by the mere counsel, purpose,

*destinati sint, ut prorsus salutem consequi non possint.*

IV. *Quod non sola Dei misericordia et sanctissimum Christi meritum, sed etiam in nobis ipsis aliqua causa sit electionis divinæ, cujus causæ ratione Deus nos ad vitam æternam elegerit.*

*Hæc dogmata omnia falsa sunt, horrenda et blasphema, iisque piis mentibus omnis prorsus consolatio eripitur, quam ex Evangelio et sacramentorum usu capere deberent, et idcirco in Ecclesia Dei nequaquam sunt ferenda.*

*Hæc brevis est et simplicissima articulorum controversorum explicatio, de quibus inter theologos Augustanæ Confessionis aliquandiu disceptatum et discrepantibus inter se sententiis disputatum est. Et ex hac declaratione homo pius, quantumvis simplex, secundum analogiam Verbi Dei et Catechismi simplicem doctrinam deprehendere potest, quid verum sit, quid falsum. Non enim tantummodo sincera doctrina diserte est recitata, verum etiam contraria et falsa doctrina repudiata est et rejecta, et controversiæ illæ, offendiculorum plene, solide sunt decise atque dijudicate [und also die eingefallene ärgerlichen Spaltungen gründlich entschieden seind].*

and will of God, so that they can not in any wise attain to salvation.

IV. That the mercy of God and the most holy merit of Christ is not the sole cause of the divine election, but that there is also some cause in us, on account of which cause God has chosen us to eternal life.

All these dogmas are false, horrid, and blasphemous, and by them all consolation is utterly taken away from godly minds, such as they ought to receive from the Gospel and the use of the sacraments, and therefore they are by no means to be borne with in the Church of God.

This is a brief and most simple explication of the controverted articles, touching which there has been, for some time, discussion among the divines of the Augsburg Confession, and touching which they have disputed among themselves with varying opinions. And from this statement and exposition a man, however unlearned, is able, according to the analogy of the Word of God, and according to the simple doctrine of the Catechism, to discover what is true and what is false. For not only has the genuine doctrine been distinctly set forth, but also the contrary and false doctrine has been repudiated and rejected, and controversies full of occasions of offense have been solidly decided and settled.

*Facit Deus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi, ut per gratiam Spiritus Sancti omnes in ipso consentientes et concordemus, atque in consensu pio, qui ipsi probetur, constanter perseveremus. Amen.*

## ART. XII.

DE ALIIS HÆRESIBUS ET SECTIS

[Von anderen Rotten und Secten],

*quæ nunquam Augustanam Confessionem sunt amplexe.*

*Ne tacita cogitatione hæreses illæ et sectæ nobis tribuantur, propterea, quod earum in commemoratu declaratione expressam mentionem non fecimus: visum est, articulos earum ad calcem (ut dicitur) hujus scripti nude recitare, in quibus nostri temporis hæretici a veritate dissentiunt, et sincere nostræ religioni et confessioni contrarium docent.*

## ERRORS ANABAPTISTARUM.

*Anabaptistæ in multas sectas [viel Haufen] sunt divisi, quarum aliæ plures, aliæ pauciores errores defendunt: generatim [ingemein] tamen omnes talem doctrinam profitentur, quæ neque in Ecclesia, neque in politia [noch in der Polizei und weltlichem Regiment], neque in æconomia [Haushaltung] tolerari potest.*

May Almighty God, the Father of our Lord Jesus Christ, grant that by the grace of the Holy Spirit we may all be harmonious and of one accord in him, and may steadfastly persevere in a godly agreement, which may be approved by him. Amen.

## ART. XII.

OF OTHER HERESIES AND SECTS,

*which have never embraced the Augsburg Confession.*

Lest such heresies and sects should tacitly be attributed to us, for the reason that we have not made express mention of them in the statement given above, it has seemed good simply to recite this document at the end of their articles of belief, wherein the heretics of our time dissent from the truth, and teach contrary to our sound confession and doctrine.

## ERRORS OF THE ANABAPTISTS.

The Anabaptists are divided into many sects, of which some maintain more, some fewer errors. Nevertheless, in a general way, they all profess such a doctrine as can be tolerated neither in the Church, nor by the police and in the commonwealth, nor in daily [domestic and social] life.

*Articuli Anabaptistici, qui in Ecclesia ferri non possunt.*

I. *Quod Christus carnem et sanguinem suum, non e Maria virgine assumerit, sed e celo attulerit.*

II. *Quod Christus non sit verus Deus, sed tantummodo ceteris sanctis sit superior, quia plura Spiritus Sancti dona acceperit, quam alius quispiam homo sanctus.*

III. *Quod justitia nostra coram Deo, non in solo Christi merito, sed in renovatione atque adeo in nostra propria probitate, in qua ambulemus, consistat. Ea vero Anabaptistarum justitia magna ex parte electitia et humanitus excogitata quadam sanctimonia constat, et revera nil aliud est, quam novus quidam monachus.*

IV. *Quod infantes non baptizati coram Deo non sint peccatores, sed justii et innocentes, et in illa sua innocentia, cum usum rationis nondum habeant, sine baptismo (quo videlicet, ipsorum opinione, non egeant) salutem consequantur. Et hoc modo rejiciunt totam de peccato originali doctrinam, reliqua etiam, quae ex ea dependent.*

V. *Quod infantes baptizandi non sint, donec usum rationis*

*Anabaptist Articles which can not be endured in the Church.*

I. First, that Christ did not assume his flesh and blood of the Virgin Mary, but brought them from heaven.

II. That Christ is not true God, but is merely superior to other saints, because he has received more gifts of the Holy Spirit than any other holy man whatsoever.

III. That our righteousness before God does not consist in the merit of Christ alone, but in our renewal, and thus in our own uprightness in which we walk. Now this righteousness of the Anabaptists consists in great part in a certain arbitrary and humanly devised sanctimony, and in truth is nothing else than some new sort of monkery.

IV. That infants not baptized are not sinners before God, but just and innocent, and in this their innocence, when they have not as yet the use of reason, may, without baptism (of which, to wit, in the opinion of the Anabaptists, they have no need), attain unto salvation. And in this way they reject the whole doctrine of original sin, and all the consequences that follow therefrom.

V. That infants ought not to be baptized until they attain the use

*consequantur, et fidem suam ipsi profiteri possint.*

VI. *Quod Christianorum liberam ob causam, quia parentibus Christianis et fidelibus orti sunt (etiam præter et ante susceptum baptismum), revera sancti, et in filiorum Dei numero sint habendi. Qua de causa etiam neque Pædobaptismum magnificant, neque id operam dant, ut infantes baptizentur, quod cum expressis verbis promissionis divinæ (Gen. xvii. 7 sqq.) pugnat: ea enim tantum ad eos pertinet, qui fœdus Dei observant, illudque non contemnunt.*

VII. *Quod ea non sit vera et Christiana Ecclesia, in qua aliqui adhuc peccatores reperiuntur.*

VIII. *Quod conciones non sint audiendæ ullæ in iis templis, in quibus aliquando Missæ Pontificiæ sunt celebratæ.*

IX. *Quod homo pius nihil prorsus commercii habere debeat cum Ecclesiæ ministris, qui Evangelion Christi juxta Augustanæ Confessionis sententiam docent, et Anabaptistarum conciones ac errores reprehendunt, et quod ejusmodi Ecclesiæ ministris neque servire, neque operam locare liceat, sed quod iidem ut perversores*

of reason, and are able themselves to profess their faith.

VI. That the children of Christians, on the ground that they are sprung of Christian and believing parents (even apart from and before the receiving of baptism), are in very deed holy, and to be accounted as belonging to the children of God, for which reason they neither make much account of the baptism of children, nor take care to have their children baptized, which conflicts with the express words of the divine promise (Gen. xvii. 7 sqq.): for this only holds good to those who *observe the covenant of God, and do not contemn it.*

VII. That that is not a true Christian Church in which any sinners are yet found.

VIII. That we ought not to listen to any sermons in those churches in which the Papist masses have ever been celebrated.

IX. That a godly man ought to have no dealings at all with the ministers of the Church who teach the Gospel of Christ according to the tenor of the Augsburg Confession, and rebuke the preachings and errors of the Anabaptists; and that it is not lawful either to serve or to do any work for such ministers of the Church, but, that they are to be



*verbi divini vitandi et fugiendi sint.*

*Articuli Anabaptistici, qui in Politia [in der Polizei] sunt intolerabiles.*

I. *Quod Magistratus officium non sit, sub Novo Testamento, genus vitæ, quod Deo placeat.*

II. *Quod homo Christianus salva et illæsa conscientia officio Magistratus fungi non possit.*

III. *Quod homo Christianus illæsa conscientia officium Magistratus, rebus ita ferentibus, adversus improbos administrare et exequi, et subditi potestatem illum, quam Magistratus a Deo accepit, ad defensionem implorare non possint.*

IV. *Quod homo Christianus sana conscientia jusjurandum præstare, et juramento interposito obedientiam et fidem suo Principi aut Magistratui promittere nequeat.*

V. *Quod Magistratus, sub Novo Testamento, bona conscientia homines facinorosos capitali supplicio afficere non possit.*

*Articuli Anabaptistici, qui in Œconomia [Haushaltung] ferri non possunt.*

I. *Quod homo pius non possit conscientia salva proprium tenere*

avoided and shunned as perverters of the divine Word.

*Anabaptist Articles which are intolerable in the Commonwealth.*

I. That the office of the magistrate is not, under the New Testament, a condition of life that pleases God.

II. That a Christian man can not discharge the office of a magistrate with a safe and quiet conscience.

III. That a Christian man can not with a safe conscience administer and execute the office of a magistrate, if matters so require, against the wicked, nor subjects implore for their defense that power which the magistrate has received of God.

IV. That a Christian man can not with a safe conscience take an oath, nor swear obedience and fidelity to his prince or magistrate.

V. That the magistrate, under the New Testament, can not with a good conscience punish criminals with death.

*Anabaptist Articles which can not be tolerated in daily life.*

I. That a godly man can not with safe conscience hold or pos-

*et possidere, sed quod is, quicquid omnino facultatum habeat, id totum in commune conferre [in die Gemein zu geben] debet.*

II. *Quod homo Christianus illa conscientia neque cauponariam, neque mercaturam exercere, aut arma conficere possit [kein Gastgeber, Kaufmann oder Messerschmidt sein könne].*

III. *Quod conjugibus, propter diversam religionem, divortium facere, et cum alia persona, quæ in religione non dissentiat, matrimonium contrahere liceat.*

ERRORES SCHWENCKFELDIANORUM.

I. *Quod omnes illi, qui Christum, secundum carnem, creaturam esse dicunt, non habeant veram regnantis cælestis Regis agnitionem.*

II. *Quod caro Christi per exaltationem eo modo omnes proprietates divinas acceperet, ut Christus, quatenus homo est, potentia, virtute, majestate, gloria, Patri et τῷ Λόγῳ, per omnia, in gradu et statu essentiæ, omnino æqualis sit, ita, ut jam utriusque in Christo naturæ una sit essentia, eadem proprietates, eadem voluntas eademque gloria; et quod caro Christi ad Sacrosanctæ Trinitatis essentiam pertineat.*

sess any property, but that whatever means he may possess, he is bound to bestow them all as common good.

II. That a Christian man can not with a safe conscience either keep an inn, or carry on trade, or forge weapons.

III. That it is permitted married people who think differently in religion to divorce themselves, and to contract matrimony with some other persons who agree with them in religion.

ERRORS OF THE SCHWENCKFELDIANS.

I. That all those who affirm Christ, according to the flesh, to be a creature, have no true knowledge of the heavenly king and his reign.

II. That the flesh of Christ through its exaltation has in such wise received all the divine attributes, that Christ, as he is man, is altogether like to the Father and to the Word [Logos] in power, might, majesty, in all things, in grade and state of essence, so that henceforth there is one essence of both natures in Christ, and the same attributes, the same will, and the same glory; and that the flesh of Christ pertains to the essence of the Blessed Trinity.

Deshalb beschuldigt man uns sehr unbillig, daß wir auf die hohen Wahrzeichen wenig Werth legen; denn diese heiligen Zeichen und Sacramente sind heilige und ehrwürdige Dinge, da sie von Christo, dem hohen Priester, eingesetzt und gebraucht sind. So reichen sie in der Art, wie oben davon geredet ist, die geistlichen Dinge, die sie bedeuten, dar und bieten sie an. Sie geben von den geschehenen Dingen Zeugniß. Sie geben uns ein Bild und eine Erinnerung so hoher, heiliger Dinge, und mit einer besondern Aehnlichkeit der Dinge, die sie bedeuten, bringen sie ein großes und herrliches Licht in die heiligen, göttlichen Angelegenheiten. Ueberdieß geben sie etwas Hülfe und Unterstützung dem Glauben, und sind gleichsam ein Eid, mit dem sich die Gläubigen ihrem Haupte und der Kirche verpflichten und verbinden. So hoch und theuer halten wir die heiligen, hochbedeutenden Wahrzeichen; jedoch schreiben wir die leben-

*cum suavitate reficimur, ac inenarrabili verbis letitia, propter inventam vitam, exultamus, totique ac viribus omnino omnibus nostris, in gratiarum actionem pro tam mirando Christi erga nos beneficio, effundimur.*

*Itaque immerito fit nostro maximo, quod quidam parum nos tribuere sacris symbolis putant. Sunt enim hæc res sanctæ venerandæque, utpote, a summo sacerdote Christo institutæ et susceptæ, suo quo diximus modo res significatas exhibentes, testimonium rei gestæ præbentes, res tam arduas representantes, et mirabili quadam rerum significatarum analogia clarissimam mysteriis istis lucem afferentes. Ad hæc auxilium opemque ipsi suppeditant fidei, ac iurijurandi denique vice initiatum capiti Christi et ecclesiæ adstringunt. Tam sancte de sacris symbolis sentimus. At vero vivificantis et sanctificantis vim et virtutem tribuimus ei perpetuo, qui vita*

dig machende und heiligende Kraft in alle Wege allein dem zu, der allein das Leben ist; dem sei Lob in Ewigkeit. Amen.

**XXIII. [XXIV.]** Von der heiligen Versammlung und der Zusammenkunft der Gläubigen.

Wir halten dafür, daß die heiligen Versammlungen und Zusammenkünfte der Gläubigen so sollen begangen werden, daß man vor allen Dingen dem Volke das Wort Gottes an einem gemeinen und dazu bestimmten Orte vortrage, daß die Geheimnisse der Schrift durch geschickte Diener täglich ausgelegt und erklärt werden, daß man das Nachtmahl des Herrn und heilige Dankagung halte, damit der Gläubigen Glaube für und für geübt werde, daß man mit ernstlichem Gebet für alles Anliegen aller Menschen ernstlich anhalte.

Anderer Ceremonien, die unzählbar sind, als Kelche, Messgewänder, Chorrocke, Kutten, Platten, Fahnen, Kerzen und Altäre, Gold und Silber, wie fern sie die wahre Religion und den rechten Gottesdienst zu stören und umzukehren dienen, und besonders die Götzen und Bilder, die zur Verehrung und zum Aergerniß gebraucht werden, und was solcher ungöttlichen Dinge mehr sind, die wollen wir aus unsrer heiligen Gemeinde weit hinweggetrieben haben.<sup>1</sup>

*est, cui sit laus in sæcula sæculorum. Amen.*

**XXIV. CÆTUS SAOBL.**

*Cætus autem sacros sic peragendos esse censemus, ut ante omnia verbum Dei in publicum plebi quottidie propronatur, Scripturæ abdita per idoneos ministros quottidie eruantur edisseranturque: sacra Eucharistia celebranda piorum subinde fides exerceatur, precationi pro omnibus omnium necessitatibus assidue instetur.*

*Ceteras vero ceremoniarum ambages inutiles et innumerabiles, vasa, vela, vestes, faces, aras, aurum, argentum, quatenus pervertende religioni serviunt, idola præsertim et imagines, quæ ad cultum et scandalum prostant et id genus omnia prophana, a sacro nostro cætu procul arcemus.<sup>1</sup>*

<sup>1</sup> Act. ii.; 1 Tim. ii.; 1 Cor. xiv.; Ex. xx.; 1 Joh. v.; 1 Pet. iv.; Es. xl.

XXIV. [XXV.] Von den Dingen, die weder geboten, noch verboten, sondern Mittelbdinge und frei sind.

Alle Dinge, die man Mittelbdinge nennt, wie sie es denn (eigentlich zu reden) sind, kann ein frommer, gläubiger Christ zu allen Zeiten und an allen Orten frei gebrauchen, doch daß er es thue nach rechter Einsicht und mit Liebe; denn der Gläubige soll aller Dinge also gebrauchen, daß die Ehre Gottes befördert, und die Kirche und der Nächste nicht geärgert werde.<sup>2</sup>

XXV. [XXVI.] Von denen, die durch falsche Lehren die Kirche Christi trennen oder sich von ihr absondern und rotten.

Alle diejenigen, die sich von der heiligen Gemeinschaft und Gesellschaft der Kirche trennen und absondern, fremde, ungöttliche Lehren in die Kirche einführen, oder solcher Lehre anhangen, — Gebrechen, die zu unsrer Zeit sich am meisten bei den Wiedertäufern zeigen, — wenn sie die Warnung der Kirche und christlichen Unterricht nicht hören und befolgen, sondern hartnäckig auf ihrem Streit und Irrthum mit Verletzung und Verführung der Kirche bestehn und verharren wollen, — sollen durch

XXV. [XXVI.] DE MEDIIS.<sup>1</sup>

*Quæ media vocantur, et sunt proprie, eis uti vir pius quamquam libere ubique et omni tempore potest, tamen scienter, et ex charitate, nempe ad edificationem omnibus utetur solum.*<sup>2</sup>

XXVI. [XXV.] DE HÆRETICIS ET SCHISMATICIS.

*Arcemus item quotquot ab ecclesie sancta societate discedentes, aliena dogmata vel ingerunt vel sectantur. Quo malo Catabaptistæ hodie cum primis laborant. Quos si obstinate monitioni ecclesie et Christianæ eruditioni non obsecundant, per magistratum coercendos, ne contagione*

<sup>1</sup> In the Latin text of the *Corpus et Syntagma* and of Niemeyer the order of this and the following section is reversed.

<sup>2</sup> Rom. xiv.; 1 Cor. iii., viii., x.

die oberste Gewalt gestraft und unterdrückt werden, damit sie die Heerde Gottes mit ihrer falschen Lehre nicht vergiften und verlegen oder beslecken.<sup>1</sup>

*gregem Dei inficiant, judicamus.<sup>1</sup>*

**XXVI. [XXVII.] Von der weltlichen Obrigkeit.**

Da alle Gewalt und Obrigkeit von Gott ist, so ist ihr höchstes und vornehmstes Amt, wenn sie nicht eine Tyrannin sein will, daß sie die wahre Ehre Gottes und den rechten Gottesdienst, mit Strafe und Ausrottung aller Gotteslästerung, schirme und fördern, und möglichen Fleiß anwende, daß sie dasjenige, was der Diener der Kirche und Verkündiger des Evangeliums aus dem Worte Gottes lehrt und vorträgt, fördere und vollstrecke. Damit aber solche Religion, wahrer Gottesdienst und Ehrbarkeit aufgehe und wachse, wird die Obrigkeit vornehmlich allen Fleiß dahin wenden, daß das lautre Wort Gottes der Gemeine treulich vorgelesen, und Niemand daran verhindert werde, daß die Schulen wohl eingerichtet, die gemeine Bürgerschaft wohl gelehret, fleißig unterrichtet und gestraft werde, daß man fleißig Sorge trage für die Diener der Kirche und die Armen in der Kirche, daß dieselben nach der Billigkeit und ziemlicher Nothdurft versehen werden; denn dazu sollen die Güter der Kirche dienen.

**XXVII. DE MAGISTRATU.**

*Magistratus omnis a Deo quum sit, officium ejus (nisi tyrannidem exercere mavult), precipuum est, religionem omni blasphemia reprimenda defendere et procurare, ac qualiter ex Verbo Domini propheta docet, pro virili exequi. Qua quidem in parte precipue illi advigilandum, ut purum Verbum Dei pure et synceriter ac vere populo predicetur, nec ulli hominum veritas evangelica præcludatur. Mox curabit ut inventus et pubes tota civium rectu et sedula institutione ac disciplina formetur, ut justa sit ministrorum ecclesie provisio, pauperumque sollicita cura. Huc enim ecclesiasticæ facultates spectant.*

<sup>1</sup> Esa. v.; Act. iii.; Rom. xii.

Weiter soll die Obrigkeit das Volk nach billigen, göttlichen Gesetzen regieren, Gericht und Recht halten und handhaben, den allgemeinen Frieden und Wohlstand erhalten, den allgemeinen Nutzen schützen und schirmen, und die Uebertreter nach Beschaffenheit ihrer Missethat an Gut, Leib und Leben, wie billig strafen. Und wenn sie das thut, dienet sie Gott, ihrem Herrn, wie sie schuldig und verpflichtet ist.

Solcher Obergewalt sollen wir Alle, obwohl wir in Christo frei sind, mit Leib, Hab und Gut gehorsam und gewärtig sein, und mit Liebe von Herzen und aus Glauben uns ihr unterthänig beweisen, Treue und Eid thun und leisten, wenn ihr Geheiß und Gebot nicht offenbar wider den ist, um des willen wir ihr Ehre anthun und gehorsam sind.<sup>1</sup>

## XXVII. [XXVIII.] Von der heiligen Ehe.

Wir halten dafür, daß der eheliche Stand allen Menschen, die dazu tauglich und geschickt und von Gott sonst nicht berufen sind, außerhalb der Ehe keusch zu leben, von Gott eingesezt und verordnet sei, daß kein Orden oder Stand so heilig und ehrbar sei, daß ihm der eheliche Stand zuwider wäre und verboten werden sollte. Und wie nun solche Ehe vor der Kirche mit einer herrlichen

*Deinde secundum leges æquas judicare populum: tueri pacem publicam: rempublicam fovere, fontes pro delicti ratione multare, opibus, corpore, vita. Quæ quum facit debitum Deo cultum præstat.*

*Huic nos (etiam si in Christo liberi sumus) et corpore et facultatibus omnibus nostris, et animi studio [vera] cum fide, sancte subjiciendos esse (quantisper hujus imperia cum eo, propter quem hunc veneramus, palam non pugnant), scimus.<sup>1</sup>*

## XXVIII. DE SANCTO CONJUGIO.

*Conjugium hominibus omnibus aptis et alio non vocatis divinitus institutum, nullius ordinis sanctimonie repugnare censemus. Quod ut ecclesia hortatione solenni precatationeque inaugurat et sancit, ita magistratus interest, ut digne et ineatur et colatur,*

<sup>1</sup> Rom. xiii.; 1 Cor. ix.; 1 Tim. v.; 1 Cor. xvi.; Matt. xxii.; Act. iv.

öffentlichen Ermahnung und einem Gelübde bestätigt wird, also soll auch die Obrigkeit Acht haben und dafür sorgen, daß die Ehe rechtlich und ordentlich eingegangen und recht und ehrbar gehalten, auch nicht leicht, ohne wichtige und rechtmäßige Ursachen, getrennt und geschieden werde.

Deßhalb können wir die Klöster und die unsaubere und unordentliche Keuschheit aller vermeinter Geistlichen und derselben faules und unnützes Leben, das etliche Leute aus unbegründetem Eifer eingelegt und angeordnet haben, nicht loben, sondern verwerfen es als ein scheußliches und gräßliches Ding, von Menschen wider Gottes Ordnung erdichtet und erfunden.<sup>1</sup>

*nec nisi justis ex causis solvantur.*

*Proinde coelibatum istum monasticum et eorum (quos spirituales vocant) impuram castitatem, et totum hoc ignavum vitagenus, supersticiosorum hominum abominabile commentum, procul rejicimus, æque et ecclesie et reipublice repugnans.<sup>1</sup>*

Ist durch oben gemeldeter Städte Boten bestätigt und einhellig angenommen.

Basel, 1536, am 26. März.

---

<sup>1</sup> Matt. xix.; Heb. xiii.; 1 Cor. vii.; 1 Tim. iii.; Matt. v.; 1 Tim. iv.; 2 Thess. ii  
VOL. III.—Q



## CATECHISMUS GENEVENSIS, CONSENSUS TIGURINUS, CONSENSUS GENEVENSIS.

These three documents, drawn up by Calvin, would follow next in chronological order, but do not come within the scope of our selection, partly on account of their length (the Latin text alone would fill about two hundred pages—see Niemeyer, pp. 123–310), partly for intrinsic reasons. The CATECHISM OF GENEVA (1541) is no more in use, having been superseded by the Heidelberg and Westminster Catechisms, included in this volume. The CONSENSUS OF ZURICH (1549), and the CONSENSUS OF GENEVA (1552), especially the latter, are not so much confessions of faith as elaborate theological and polemical essays on two doctrines—the one on the Lord's Supper, the other on Predestination—for the purpose of harmonizing and defending the teaching of the Swiss Churches. On both these doctrines the Second Helvetic, the Gallican, the Belgic, the Scotch, and other Reformed Confessions, which we give in full, are sufficiently explicit and more authoritative.

For a history and summary of these documents, see the first volume, pp. 467 sqq.

# CONFESSIO HELVETICA POSTERIOR, A.D. 1566.

## THE SECOND HELVETIC CONFESSION.

[This Helvetic Confession is called the *second* or *later* Helv. Conf., to distinguish it from the *Confessio Helvetica Prior* (or *Basiliensis Posterior*, 1536). It was written by Henry Bullinger, of Zürich (Zwingli's successor), 1562, and first published 1566 in Latin, also in German and French. It is the most elaborate and most catholic among the Swiss Confessions. (Hagenbach calls it a '*wahres dogmatisches Meisterstück*.'?) It was adopted, or at least highly approved, by nearly all the Reformed Churches on the Continent and in England and Scotland. Hence it must have a place in this selection. But it is rather a theological treatise than a popular creed; and on account of its great length I am obliged to omit a translation, referring the reader to the summary given in the first volume. There is an English translation by Owen Jones (*The Church of the Living God; also the Swiss and Belgian Confessions of Faith*, London, 1860), and another by Prof. Jeremiah Good, D.D. (of Tiffin, Ohio), Phila. 1873.

For the text I have compared the following Latin editions: 1. The edition of Zürich, 1651, as reprinted in the *Corpus et Syntagma Confessionum Fidei* (Geneva, 1654, pp. 1-61). 2. The edition in the *Oxford Syllage Confessionum*, 2d ed. 1827, pp. 9-115, printed in very superior style, but with some omissions. 3. J. P. Kindler's *Confessio Helvetica Posterior*, with a preface by Winer, Solisbaci, 1825 (pp. 109); from this edition I have adopted the division of chapters into sections, and the references to the Augsburg Confession. 4. The edition of Niemeyer, in his *Collectio Conf. Reform.*, Leipz. 1840, pp. 462-536, who gives the text of the edition of 1568, with unimportant variations of a Zürich MS., and the editions of Oxford and of Kindler. 5. The German text in Böckel's *Bekennntnis-Schriften der evang.-reformirten Kirche*, Leipz. 1847, pp. 281-347. The editions of Fritzsche and Böhl were not at hand. Some editions add the Imperial Edict against heretics from the Justinian Code, and the Symbolum of Pope Damasus from the works of Jerome. The title and preface are copied from the Zürich edition, 1651, in the *Corpus et Syntagma Confessionum*, 1654.]

# C O N F E S S I O E T E X P O S I T I O S I M P L E X O R T H O D O X Æ F I D E I , E T D O G M A - T V M C A T H O L I C O R V M S Y N C E R Æ R E L I - g i o n i s C h r i s t i a n æ .

*Concorditer ab Ecclesiæ Christi Ministris, qui sunt in Heluetia, Tiguri, Bernæ, Glarona,<sup>1</sup> Basilea,<sup>1</sup> Scaphusij, Abbatiscella,<sup>1</sup> Sangalli, Curia Rhetorum, & apud Confederatos, Mylhusij item, & Bienna: quibus adjuncterunt se Genevensis & Neocomensis Ecclesiæ Ministri, unâ cum aliis Evangelij Praeconibus in Polonia, Hungaria & Scotia:*

EDITA IN HOC, VT VNIVERSIS TESTENTUR fidelibus, quod in vnitæte veræ & antiquæ Christi Ecclesiæ, persistent, neque vlla noua, aut erronea dogmata spargant, atque ideo etiam nihil consortij cum vllis Sectis aut Hæresibus habeant.

*Ad Rom. cap. X. vers. 10.*

Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.

TIGURI.  
Typis IOH. IACOBI BODMERI.

Anno MDCLI.

<sup>1</sup> Glarus, Basel, and Appenzell are not mentioned in the first editions, as they subscribed at a later period.

## P R Æ F A T I O.

UNIVERSIS CHRISTI FIDELIBUS PER GERMANIAM ATQUE EXTERAS ETIAM  
NATIONES.

*Ministri Subscriptarum Ecclesiarum per Helvetiam*

Gratiam et Pacem a DEO PATRE, per JESUM CHRISTUM, Dominum nostrum, precamur.

Conscriptæ sunt hactenus, et eduntur hoc præcipue tempore in publicum, a regnis, nationibus, et civitatibus, multæ ac variæ Confessiones et Expositiones fidei, quibus extremo hoc seculo, in tam infelici perniciosarum proventu hæresium, quæ passim exoriuntur, docent, atque testantur, se in Ecclesiis suis orthodoxe simpliciterque sentire, credere atque docere, de omnibus in universum et singulis Christianæ fidei et religionis nostræ dogmatibus, denique, se et ab hæresium sectarumve communionem esse quam alienissimos. Nos ergo, tametsi antea hoc ipsum fecerimus in nostris scriptis in publicum editis, quia tamen illa in oblivionem forte abierunt, variisque in locis, et prolixius etiam rem exponunt, quam ut omnibus inquirere ac perlegere vacet, præclaro aliorum fidelium exemplo excitati, brevi hac expositione conamur complecti, et omnibus Christi fidelibus proponere doctrinam, œconomiamque Ecclesiarum nostrarum, quam illæ mox ab initio Reformationis, multos jam per annos, multaque per discrimina rerum ad hunc usque diem, summo cum consensu, et docuerunt, et nunc quoque custodiunt. Eadem opera attestamur etiam omnibus consensum nostrum unanimum, quem dedit nobis Dominus, ut in nostris Ecclesiis, quibus nos ministrare voluit Dominus, idem loquamur omnes, nec sint inter nos dissidia, sed simus integrum corpus, eadem mente eademque sententia. Attestamur item, nos minime talia in Ecclesiis nostris spargere dogmata, qualia adversarii nonnulli nostri nobis, apud eos maxime, ad quos scripta nostra non perveniunt, et qui doctrinæ nostræ imperiti sunt, falso et præter meritum tribuere, obtrudere nituntur. Ergo manifestissime ex his nostris æqui deprehendent lectores, nihil nos quoque habere communionis cum illis sectis atque hæresibus, quarum, hoc consilio, in singulis prope capitibus, mentionem facimus, easque rejicientes perstringimus. Colligent itaque et illud, nos a sanctis Christi Ecclesiis Germaniæ, Galliæ, Angliæ, aliarumque in orbe Christiano nationum, nephario schismate nos non sejungere atque abrumperet: sed cum ipsis omnibus et singulis, in hac confessa veritate Christiana, probe consentire, ipsasque caritate sincera complecti.

Tametsi vero in diversis Ecclesiis quædam deprehenditur varietas, in loquutionibus, et modo expositionis doctrinæ, in ritibus item vel ceremoniis, eaque recepta pro Ecclesiarum quarumlibet ratione, opportunitate et ædificatione, nunquam tamen ea, ullis in Ecclesia temporibus, materiam dissensionibus et schismatibus, visa est suppeditare. Semper enim hac in re, Christi Ecclesiæ usæ sunt libertate. Id quod in historia Ecclesiastica videre licet. Abunde piæ vetustati satis erat, mutuus ille in præcipuis fidei dogmatibus, inque sensu orthodoxo et caritate fraterna, consensus.

Quo circa speramus Christi Ecclesias, ubi viderint deprehenderintque nos in sancti et æterni Dei doctrina, in sensu item orthodoxo et caritate fraterna, cum ipsis, imprimis vero cum veteri Apostolica Ecclesia, per omnia consentire libenter ipsas quoque in unitate fidei atque doctrinæ, sensuque orthodoxo, et fraterna caritate consensuras nobiscum. Cum hanc Confessionem in hoc quoque ediderimus præcipue, ut Ecclesiarum pacem concordiamque cum

mutua caritate, apud Germaniæ exterarumque Ecclesias quæramus, nobis conciliemus, conciliatamque retineamus. Ubi sane illas ipsas Ecclesias, ea dilectione, sinceritate, integritateque præditas esse, nobis certo persuademus, ut si quid forte nostrarum rerum hactenus minus recte intellectum sit a nonnullis, porro, audita hac simplici Confessione nostra, illæ nos neatiquam numeraturæ sint inter hæreticos, neque Ecclesias nostras, quæ veræ Christi Ecclesiæ sunt, damnaturæ, ut impias.

Ante omnia vero protestamur, nos semper esse paratissimos, omnia et singula hic a nobis proposita, si quis requirat, copiosius explicare, denique meliora ex verbo Dei docentibus, non sine gratiarum actione, et cedere et obsequi in Domino, Cui laus et gloria. Acta 1 Martii, Anno 1566.

SUBSCRIPSERUNT omnes omnium Ecclesiarum Christi in Helvetia Ministri, qui sunt Tiguri, Bernæ, Glaronæ, Basileæ, Scaphusii, Abbatisellæ, Sangalli, Curia Rhetorum. et apud Confœderatos, in Ecclesiis Evangelium profitentibus cis et ultra Alpes, Mylhuzii item et Biennæ, quibus adjunxerunt se et Ministri Ecclesiæ, quæ est Genevæ, et Neocomi, etc. Sed et consenserunt in ipsam jam editam Ministri Ecclesiæ Polonicæ, quæ est in Ducatu Zathoriensi, et Ossvicimensi, Scoticarum quoque Ecclesiarum Ministri, qui Nonis Sept. Anno D. 1566, scriptis ad Clarissimum Virum, Ds. Theodorum Bezam literis, inter alia dicunt; *Subscriptimus omnes, qui in hoc actu interfuimus, et hujus Academiæ sigillo publico obsignavimus.* Præterea Debrecini in Hungaria, edita et impressa est Confessio, una cum articulis quibusdam, Septemb. 1, Anno D. 1567, et inscripta Serenissimo Principi et Domino, Domino Johanni II., Dei gratia electo Hungariæ Regi, etc. In qua inter alia hæc leguntur verba: *Omnes Ecclesie Ministri, qui in Conventu sancto ad 24 Febr., Anno Domini 1567, Debrecinum convocato, cis et ultra Tibyscum, inter reliquas Confessiones recepimus et subscriptimus Helveticæ Confessioni, Anno Domini 1566 editæ, cui et Ecclesiæ Genevensis Ministri subscripserunt.*

### EDICTUM IMPERATORIUM.

DE EO, QUINAM HABENDI SINT, VEL CATHOLICI, VEL HÆRETICI,

Ex Cod. Justin. Imper. et Tripart. Hist. libro nono capite 7.

Imp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius, Aug. Populo urbis Constantinopolitanæ. Cunctos populos, quos clementiæ nostræ regit imperium, in ea volumus religione versari, quam divinum Petrum Apostolum tradidisse Romanis, religio usque nunc ab ipso insinuata declarat, quamque Pontificem Damasum sequi claret, et Petrum Alexandriæ Episcopum, virum Apostolicæ sanctitatis: Hoc est, ut secundum Apostolicam disciplinam Evangelicamque doctrinam, Patris. et Filii, et Spiritus Sancti, unam Deitatem sub pari majestate, et sub pia trinitate credamus. Hanc legem sequentes, Christianorum Catholicorum nomen jubemus amplecti: reliquos vero dementes vâsanosque judicantes, hæretici dogmatis infamiam sustinere, divina primum vindicta, post etiam motu animi nostri, quem ex cœlesti arbitrio sumpserimus ultione plectendos. Data 3 Calend. Martias Thessalonicæ, Gratiano 5. Valent. et Theod. Aug. Coss.

Cæterum Evangelica et Apostolica historia una cum 2 Pet. Epistolis docent nos, qualem religionem S. Petrus Apostolus tradiderit omnibus Ecclesiis per Orientem et Occidentem, nedum Romanæ. Fides vero et doctrina Damasi Pontificis, qualis fuerit, colliquescit ex ipsius Symbolo.

### SYMBOLUM DAMASI.

Ex 2. Tomo Operum S. Hieron.

CREDIMUS in unum Deum Patrem omnipotentem, et in unum Dominum nostrum Jesum Christum, Dei Filium, et in Spiritum Sanctum. Deum non tres Deos, sed Patrem, Filium, et Spiritum Sanctum, unum Deum colimus et confitemur: non sic unum Deum quasi solitarium,

nec eundem qui ipse sibi pater sit, ipse et filius: sed Patrem esse, qui genuit, et Filium esse, qui genitus sit: Spiritum vero sanctum non genitum, neque ingenitum, non creatum neque factum, sed de Patre Filioque procedentem, Patri et Filio cœsternum, et cœqualem, et cooperatorem. Quia scriptum est, *Verbo Domini cœli firmati sunt*, id est, a Filio Dei et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum. Et alibi, *Emitte Spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ*. Ideoque in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti unum confitemur Deum, quod nomen est potestatis, non proprietatis. Proprium nomen est Patri, Pater, et proprium nomen est Filio, Filius; et proprium nomen Spiritui Sancto, Spiritus Sanctus. In hac trinitate unum Deum colimus: quia ex uno Patre quod est, unius cum Patre naturæ est, unius substantiæ et unius potestatis. Pater Filium genuit, non voluntate, nec necessitate, sed natura. Filius ultimo tempore ad nos salvandos et ad implendas Scripturas descendit a Patre, qui nunquam desit esse cum Patre. Et conceptus est de Spiritu Sancto, et natus ex Virgine. Carnem, et animam, et sensum, hoc est perfectum suscepit hominem; nec amisit, quod erat, sed cœpit esse quod non erat, ita tamen ut perfectus in suis sit, et verus in nostris. Nam qui Deus erat, homo natus est, et qui homo natus est, operatur ut Deus, et qui operatur ut Deus, ut homo moritur, et qui ut homo moritur, ut Deus resurgit.

Qui devicto mortis imperio, cum ea carne, qua natus et passus et mortuus fuerat, et resurrexit, ascendit ad Patrem, sedetque ad dexteram ejus in gloria, quam semper habuit et habet. In hujus morte et sanguine credimus emundatos nos, et ab eo resuscitandos die novissimo, in hac carne, qua nunc vivimus. Et habemus spem nos consequuturos præmium boni meriti, aut pœnam pro peccatis æterni supplicii. Hæc lege, hæc crede, hæc retine, huic fidei animam tuam subjuga, et vitam consequeris, et præmium a Christo.

EADEM porro docuit et credidit, cum beato Damaso et Athanasio, S. Petrus Alexandrinus Episcopus, sicut facile colligitur ex *Trip. Hist.* Lib. VII. cap. 37, et Lib. VIII. cap. 14.

Cum autem nos omnes simus hujus fidei religionisque, speramus nos ab omnibus habendos, non pro hæreticis, sed pro Catholicis et Christianis, etc.

#### INDEX CAPITUM.

- |   |   |
|---|---|
| I. De Scriptura S., vero Dei verbo.   | XVI. De fide, et bonis operibus. eorumque mercede, et merito hominis.                             |
| II. De interpretandis Scripturis S. et de patribus, conciliis et traditionibus. | XVII. De catholica et sancta Dei ecclesia, et unico capite ecclesiæ.                              |
| III. De Deo, ejus unitate ac trinitate.   | XVIII. De ministris ecclesiæ, ipsorumque institutione, et officiis.                               |
| IV. De idolis v. imaginibus Dei, Christi et Divorum.                            | XIX. De sacramentis ecclesiæ Christi.   |
| V. De adoratione, cultu et invocatione Dei per unicum mediatorem Jes. Chr.      | XX. De sancto baptismo.   |
| VI. De providentia Dei.   | XXI. De sacra cœna Domini.  |
| VII. De creatione rerum omnium, de angelis, diabolo, et homine.                 | XXII. De cœtibus sacris et ecclesiasticis.  |
| VIII. De lapsu hominis et peccato, et de causa peccati.                         | XXIII. De precibus ecclesiæ, cantu et horis canonicis.  |
| IX. De libero arbitrio, adeoque viribus hominis.                                | XXIV. De feriis, jejuniis, ciborumque delectu.  |
| X. De prædestinatione Dei, et electione sanctorum.                              | XXV. De catechesi et ægrotantium consolatione vel visitatione.                                    |
| XI. De Jesu Christo vero Deo et homine, unico mundi Salvatore.                  | XXVI. De sepultura fidelium, curaque pro mortuis gerenda, de purgatorio et adparatione spirituum. |
| XII. De lege Dei.   | XXVII. De ritibus, cærimoniis et mediis.  |
| XIII. De evangelio Jes. Chr., de promissionibus item, spiritu et litera.        | XXVIII. De bonis ecclesiæ.  |
| XIV. De pœnitentia et conversione hominis.                                      | XXIX. De colibatu, conjugio, et œconomia.   |
| XV. De vera fidelium justificatione.  | XXX. De magistratu.   |

# CONFESSIO ET EXPOSITIO BREVIS ET SIMPLEX SINCERÆ RELIGIONIS CHRISTIANÆ, ETC.

---

## CAP. I.

### DE SCRIPTURA SANCTA, VERO DEI VERBO. [CONF. AUG., ART. V.]

1. Credimus et confitemur, Scripturas Canonicas sanctorum Prophetarum et Apostolorum utriusque Testamenti ipsum verum esse verbum Dei, et auctoritatem sufficientem ex seimetipsis, non ex hominibus habere. Nam Deus ipse loquutus est Patribus, Prophetis, et Apostolis, et loquitur adhuc nobis per Scripturas Sanctas.

2. Et in hac Scriptura Sancta habet universalis Christi Ecclesia plenissime exposita, quæcunque pertinent cum ad salvificam fidem, tum ad vitam Deo placentem recte informandam, quo nomine distincte a Deo præceptum est, ne ei *aliquid vel addatur vel detrahatur* (Deut. iv. 2; Apoc. xxii. 18, 19).

3. Sentimus ergo, ex hisce Scripturis petendam esse veram sapientiam et pietatem, ecclesiarum quoque reformationem et gubernationem, omniumque officiorum pietatis institutionem, probationem denique dogmatum reprobationemque aut errorum confutationem omnium, sed et admonitiones omnes juxta illud Apostoli: *Omnis Scriptura divinitus inspirata utilis est ad doctrinam, ad redargutionem*, etc. (2 Tim. iii. 16, 17), et iterum, *Hæc tibi scribo*, inquit ad Timotheum apostolus (in 1 Epist. iii. 15), *ut noris, quomodo oporteat, te versari in domo Dei*, etc. Et idem ille rursus ad Thess.: *Cum* (ait) *acciperetis sermonem a nobis, accepistis non sermonem hominum, sed sicut erat vere, sermonem Dei*, etc. (1 Thess. ii. 13). Nam ipse in Evangelio dixit Dominus: *Non vos estis loquentes illi, sed Spiritus Patris mei loquitur in vobis. Ergo, qui vos audit, me audit; qui autem vos spernit, me spernit* (Matt. x. 20; Luc. x. 16; Joh. xiii. 20).

4. Proinde cum hodie hoc Dei verbum per prædicatores legitime vocatos annunciat in Ecclesia, credimus ipsum Dei verbum annunciarum et a fidelibus recipi, neque aliud Dei verbum vel fingendum, vel cœlitus esse expectandum: atque in præsentem spectandum esse ipsum verbum, quod annunciat, non annunciantem ministrum, qui. etsi sit

malus et peccator, verum tamen et bonum manet nihilominus verbum Dei.

5. Neque arbitramur, prædicationem illam externam tanquam inutilem ideo videri, quoniam pendeat institutio veræ religionis ab interna Spiritus illuminatione: propterea, quod scriptum sit: *Non erudiet quis proximum suum. Omnes enim cognoscent me* (Jer. xxxi. 34), et: *Nihil est, qui rigat aut qui plantat, sed qui incrementum dat, Deus* (1 Cor. iii. 7). Quamquam enim *nemo veniat ad Christum, nisi trahatur a Patre cælesti* (Joh. vi. 44), ac intus illuminetur per Spiritum, scimus tamen, Deum omnino velle prædicari verbum Dei, etiam foris. Equidem potuisset per Spiritum Sanctum, aut per ministerium angeli absque ministerio S. Petri instituisse Cornelium in Actis Deus, ceterum rejicit hunc nihilominus ad Petrum, de quo angelus loquens: *Hic, inquit, dicet tibi, quid oporteat te facere* (Act. x. 6).

6. Qui enim intus illuminat, donato hominibus Spiritu Sancto, idem ille præcipiens dixit ad discipulos suos: *Ite in mundum universum, et prædicate evangelium omni creaturæ* (Marc. xvi. 15). Unde Paulus Lydiæ apud Philippos purpurariæ prædicavit verbum exterius, interius autem *aperuit mulieri cor Dominus* (Act. xvi. 14): Idemque Paulus collocata gradatione eleganti (ad Rom. x. 13-17), tandem infert: *Ergo fides ex auditu est; auditus autem per verbum Dei.*

7. Agnoscimus interim, Deum illuminare posse homines etiam sine externo ministerio, quos et quando velit, id quod ejus potentia est. Nos autem loquimur de usitata ratione instituendi homines, et præcepto et exemplo tradita nobis a Deo.

8. Execramur igitur omnes hæreses Artemonis, Manichæorum, Valentinianorum, Cerdonis et Marcionitarum, qui negarunt Scripturas a Spiritu Sancto profectas: vel quasdam illarum non receperunt, vel interpolaverunt et corruerunt.

9. Interim nihil dissimulamus, quosdam Veteris Testamenti libros a veteribus nuncupatos esse *apocryphos*, ab aliis *ecclesiasticos*, utpote quos in ecclesiis legi voluerunt quidem, non tamen proferri ad auctoritatem ex his fidei confirmandam. Sicuti et Augustinus in lib. *de civitate Dei* (xviii. 38) commemorat, in libris Regum adduci Prophetarum quorundam nomina et libros, sed addit, hos non esse in canone, ac sufficere ad pietatem eos libros, quos habemus.

## CAP. II.

## DE INTERPRETANDIS SCRIPTURIS SANCTIS, ET DE PATRIBUS, CONCILIIS, ET TRADITIONIBUS.

1. Scripturas Sanctas, dixit Apostolus Petrus, *non esse interpretationis privatae* (2 Pet. i. 20). Proinde non probamus interpretationes quaslibet; unde nec pro vera aut genuina Scripturarum interpretatione agnoscimus eum, quem vocant sensum Romanæ ecclesiæ, quem scilicet simpliciter Romanæ ecclesiæ defensores omnibus obtrudere contendunt recipiendum: sed illam duntaxat Scripturarum interpretationem pro orthodoxa et genuina agnoscimus, quæ ex ipsis est petita Scripturis (ex ingenio utique ejus linguæ, in qua sunt scriptæ, secundum circumstantias item expensæ, et pro ratione locorum vel similium vel dissimilium, plurium<sup>1</sup> quoque et clariorum expositæ), cum regula fidei et caritatis congruit, et ad gloriam Dei hominumque salutem eximie facit.

2. Proinde non aspernamur sanctorum Patrum Græcorum Latinorumque interpretationes, neque reprobamus eorundem disputationes ac tractationes rerum sacrarum cum Scripturis consentientes: a quibus tamen recedimus modeste, quando aliena a Scripturis aut his contraria adferre deprehenduntur. Nec putamus, illis ullam a nobis hac re injuriam irrogari, cum omnes uno ore nolint sua scripta æquari canonicis, sed probare jubeant, quatenus vel consentiant cum illis, vel dissentiant, jubeantque consentientia recipere, recedere vero a dissentientibus.

3. Eodem in ordine collocantur etiam conciliorum definitiones vel canones.

4. Quapropter non patimur, nos in controversiis religionis vel fidei causis urgeri nudis Patrum sententiis aut conciliorum determinationibus, multo minus receptis consuetudinibus, aut etiam multitudine idem sentientium, aut longi temporis præscriptione. Ergo non alium sustinemus in causa fidei judicem, quam ipsum Deum, per Scripturas Sanctas pronunciantem, quid verum sit, quid falsum, quid sequendum sit, quidve fugiendum. Ita judiciis non nisi spiritualium hominum, ex verbo Dei petitis, acquiescimus. Jeremias certe cæterique prophetæ sacerdotum concilia, contra legem Dei instituta, damnarunt graviter, ac monnerunt diligenter, ne audiamus Patres, aut insistamus viæ il-

---

<sup>1</sup> Kindler and Niemever read *plurimum*.



lorum, qui, in suis ambulantes adinventionibus, a lege Dei deflexerunt.

5. Pariter repudiamus traditiones humanas, quæ, tametsi insigniantur speciosis titulis, quasi divinæ apostolicæque sint, viva voce Apostolorum et ceu per manus virorum Apostolicorum succedentibus Episcopis, ecclesiæ traditæ; compositæ tamen cum Scripturis, ab his discrepant, discrepantiaque illa sua ostendunt, se minime esse Apostolicas. Sicut enim Apostoli inter se diversa non docuerunt, ita et Apostolici non contraria Apostolis ediderunt. Quinimo impium esset adserverare, Apostolos viva voce contraria scriptis suis tradidisse.

6. Paulus disserte dicit: *Eadem se in omnibus ecclesiis docuisse* (1 Cor. iv. 17); et iterum *non alia*, inquit, *scribimus vobis, quam quæ legistis aut etiam agnoscitis* (2 Cor. i. 13). Alibi rursus testatur: *Se et discipulos suos* (i. e., viros Apostolicos), *eadem ambulare via et eodem spiritu pariter facere omnia* (2 Cor. xii. 18). Habuerunt quondam et Judæi suas traditiones seniorum, sed refutatæ sunt graviter a Domino, ostendente, quod earum observatio legi Dei officiat, *et his Deus frustra colatur* (Matt. xv. 8, 9; Marc. vii. 6, 7).

### CAP. III.

#### DE DEO, UNITATE EJUS ET TRINITATE. [CONF. AUG., ART. I.]

1. Deum credimus et docemus unum esse essentia vel natura, per se subsistentem, sibi ad omnia sufficientem, invisibilem, incorporeum, immensum, æternum, creatorem rerum omnium, tum visibilium tum invisibilium, summum bonum, vivum, et omnia vivificantem et conservantem, omnipotentem et summe sapientem, clementem, sive misericordem, justum atque veracem.

2. Pluralitatem vero Deorum abominamur, quod diserte scriptum sit, *Dominus Deus tuus unus est* (Deut. vi. 4). *Ego sum Dominus Deus tuus, non sint tibi dii alieni ante faciem meam* (Exod. xx. 2, 3). *Ego Dominus et nullus ultra, præter me non est Deus. An non ego Dominus et non est alius præter me solum? Deus justus et salvans, nullus præter me* (Isa. xlv. 5). *Ego Jehovah, Jehovah Deus, misericors, clemens et longanimis, immensæ bonitatis et veritatis* (Exod. xxxiv. 6).

3. Eundem nihilominus Deum immensum, unum et indivisum, credimus et docemus personis inseparabiliter et inconfuse esse distinctum,

Patrem, Filium, et Spiritum Sanctum, ita ut Pater ab æterno Filium generavit, Filius generatione ineffabili genitus sit, Spiritus Sanctus vero procedat ab utroque, idque ab æterno, cum utroque adorandus: ita ut sint tres non quidem Dii sed tres Personæ consubstantiales, co-æternæ et co-æquales, distinctæ quoad hypostases, et ordine alia aliam præcedens, nulla tamen inæqualitate. Nam quoad naturam vel essentiam ita sunt conjunctæ, ut sint unus Deus, essentiaque divina communis sit Patri, Filio, et Spiritui Sancto.

4. Distinctionem enim personarum manifestam tradidit nobis Scriptura, angelo ad divinam virginem inter alia dicente: *Spiritus Sanctus superveniet in te et virtus Altissimi obumbrabit tibi, et quod nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei* (Luc. i. 35). Sed et in baptismo Christi auditur vox cœlitus delata super Christo dicens: *Hic est Filius meus dilectus* (Matt. iii. 16, 17; Joh. i. 32). Adparebat et Spiritus Sanctus in specie columbæ. Cumque ipse juberet baptizare Dominus, jussit baptizare *in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti* (Matt. xxviii. 19). Item alibi in Evangelio dixit: *Spiritum Sanctum mittet Pater nomine meo* (Joh. xiv. 26). Idem iterum: *Cum, inquit, venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritus veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me*, etc. (Joh. xv. 26). Breviter recipimus Symbolum Apostolorum, quod veram nobis fidem tradit.

5. Damnamus ergo Judæos et Mahumetistas, omnesque sacrosanctam et adorandam hanc trinitatem blasphemantes. Damnamus item omnes hæreses atque hæreticos, docentes, Filium et Spiritum Sanctum nuncupatione esse Deum; item creatum ac serviens aut alteri officiale esse in trinitate, esse in ea denique inæquale, majus aut minus, corporeum aut corporaliter effigiatum, moribus vel voluntate diversum, aut confusum vel solitarium, quasi Filius et Spiritus Sanctus affectiones et proprietates sint unius Dei Patris, ut Monarchici senserunt, Noëtiani, Praxeas, Patripassiani, Sabellius, Samosatenus, Aëtius, Macedonius, Anthropomorphitæ, Arius, et similes.

#### CAP. IV.

##### DE IDOLIS VEL IMAGINIBUS DEI, CHRISTI ET DIVORUM.

1. Quoniam vero Deus Spiritus est invisibilis et immensa essentia, non potest sane ulla arte aut imagine exprimi, unde non veremur, cum Scriptura simulacra Dei mera nuncupare mendacia.

2. Rejjicimus itaque non modo gentium idola, sed et Christianorum simulacra. Tametsi enim Christus humanam assumeret naturam, non ideo tamen assumsit, ut typum præferret statuariis atque pictoribus. *Negavit se venisse ad solvendum legem et prophetas* (Matt. v. 17); *at lege et prophetis prohibita sunt imagines* (Dent. vi. 23; Isa. xl. 18). Negavit, corporalem suam ecclesiæ profuturam præsentiam; Spiritu suo se nobis perpetuo adfuturum promisit (Joh. xvi. 7; 2 Cor. v. 5).

3. Quis ergo crederet, umbram vel simulacrum corporis aliquam conferre piis utilitatem? *Cumque maneat in nobis per Spiritum suum, sumus utique templa Dei* (1 Cor. iii. 16). *Quid autem convenit templo Dei cum simulacris?* (2 Cor. vi. 16). Et quando beati spiritus ac divi cœlites, dum hic viverent, omnem cultum sui averterunt et statuas oppugnarunt (Act. xiv. 15; Apoc. xiv. 7; xxii. 8, 9), cui verisimile videatur, divis cœlitibus et angelis suas placere imagines, ad quas genua flectunt homines, detegunt capita, aliisque prosequuntur honoribus?

4. Ut vero instituantur homines in religione, admoneanturque rerum divinarum et salutis suæ, *prædicare jussit evangelium Dominus* (Marc. xvi. 15), non pingere et pictura laicos erudire: sacramenta quoque instituit, nullibi statuas constituit.

5. Sed et passim, quoquo vertamus oculos, occurrunt res creatæ a Deo vivæ et veræ in oculos nostros, quæ, si observentur, ut par est, longe evidentius movent adspectantem, quam omnes omnium hominum imagines vel picturæ vanæ, immobiles, marcidæ atque mortuæ. De quibus vere dixit Propheta: *Oculos habent et non vident, etc.* (Psa. cxv. 5, 6, 7).

6. Idcirco adprobamus Lactantii, veteris scriptoris, sententiam, dicentis: 'Non est dubium, quin religio nulla sit, ubicunque simulacrum est.' Recte item fecisse adserimus beatum episcopum Epiphanium, qui in foribus ecclesiæ inveniens velum, habens depictam imaginem quasi Christi vel sancti cujuspiam, scidit atque sustulit: quod contra auctoritatem Scripturarum vidisset, in Ecclesia Christi hominis pendere imaginem. Ideoque præcipiebat, ne deinceps in Ecclesia Christi ejusmodi vela, quæ contra religionem nostram veniunt, adpenderentur, sed tolleretur potius illa scrupulositas, quæ indigna sit Ecclesia Christi et populis fidelibus. Præterea adprobamus hanc S. Augustini de vera religione sententiam: 'Non sit nobis religio humanorum operum cul-

tus. Meliores enim sunt ipsi artifices, qui talia fabricantur, quos tamen colere non debemus (Epist. 55).

## CAP. V.

DE ADORATIONE, CULTU ET INVOCATIONE DEI PER UNICUM MEDIATOREM  
JESUM CHRISTUM. [CONF. AUG., ART. XXI.]

1. Deum verum docemus solum adorare et colere. Hunc honorem communicamus nemini, juxta mandatum Domini: *Dominum Deum tuum adorabis, et illum solum coles*, vel, *et huic uni servies* (Matt. iv. 10). Certe omnes Prophetæ gravissime invecti sunt contra populum Israelis, quandocumque deos alienos, non unum solum Deum verum adorarunt et coluerunt.

2. Adorandum autem colendumque docemus Deum, sicuti ipse nos colere docuit, *in spiritu videlicet et veritate* (Joh. iv. 29), non cum ulla superstitione, sed cum sinceritate, secundum verbum ejus, ne aliquando ad nos etiam dicat: *Quis requisivit hæc ex manibus vestris?* (Isa. lxvi. 3; Jer. vi. 20.) Nam et Paulus: *Deus non colitur*, ait, *humanis manibus, tanquam, qui ipse aliquo indigeat* (Act. xvii. 25).

3. Eundem solum invocamus in omnibus discriminibus et casibus vitæ nostræ, idque per interventum unici mediatoris et intercessoris nostri Jesu Christi. Diserte enim præceptum est nobis: *Invoca me in die tribulationis, et eruam te, et glorificabis me* (Psa. l. 15). Sed et liberalissime nobis promissum est a Domino dicente: *Quidquid petieritis a Patre meo, dabit vobis* (Joh. xvi. 23); item: *Venite ad me, quotquot laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos* (Matt. xi. 28). Et cum scriptum sit: *Quomodo invocabunt eum, in quem non crediderunt?* (Rom. x. 14.) Nos vero cum in solum Deum credamus, solum certe invocamus, et quidem per Christum. *Unus enim Deus*, ait Apostolus, *et unus mediator Dei et hominum Jesus Christus* (1 Tim. ii. 5), item, *Si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum justum* (1 Joh. ii. 1).

4. Proinde sanctos cœlites sive divos nec adoramus, neque colimus nec invocamus, neque illos coram Patre pro intercessoribus aut mediatoribus nostris agnoscimus. Sufficit enim nobis Deus et Mediator Christus, neque honorem soli Deo et Filio ejus debitum aliis commu-

nicamus; quod ille diserte dixerit: *Gloriam meam alteri non dabo* (Isa. xlii. 8), et quod Petrus dixit: *Non aliud hominibus nomen datum est, in quo oporteat salvos fieri, nisi nomen Christi* (Act. iv. 12). In quo sane, qui per fidem adquiescunt, non quærunt extra Christum quidquam.

5. Interim divos nec contemnimus, nec vulgariter de eis sentimus. Agnoscimus enim, eos esse viva Christi membra, amicos Dei, qui carnem et mundum gloriose vicerunt. Diligimus ergo illos ut fratres, et honoramus etiam, non tamen cultu aliquo, sed honorabili de iis existimatione, denique laudibus justis. Imitamur item eos. Nam imitatores fidei virtutumque ipsorum, consortes item æternæ salutis esse, illis æternum apud Deum cohabitare et cum eis in Christo exsultare, desideriiis votisque ardentissimis exoptamus. Atque hac in parte adprobamus illam S. Augustini de vera religione sententiam: 'Non sit nobis religio cultus hominum mortuorum. Quia si pie vixerint, non sic habentur, ut tales quærant honores, sed illum a nobis coli volunt, quo illuminante, lætantur, meriti sui nos esse conservos. Honorandi ergo sunt propter imitationem, non adorandi propter religionem,' etc.

6. Multo vero minus credimus, reliquias divorum adorandas esse aut colendas. Veteres isti sancti satis honorasse videbantur mortuos suos, si honeste mandassent terræ reliquias, postquam astra petiisset spiritus: ac omnium nobilissimas reliquias majorum æstimabant esse virtutes, doctrinam et fidem: quas ut commendabant cum laude mortuorum, ita eas exprimere adnitebantur, dum vivebant in terris.

7. Illi ipsi veteres non jurarunt, nisi per nomen solius Dei Jehovah, sicuti lege divina est præceptum: qua sicut vetitum est jurare *per nomina alienorum deorum* (Exod. xxiii. 13; Deut. x. 20), sic nos juramenta per divos requisita non præstamus. Rejicimus ergo in his omnibus doctrinam divi cœlitibus plus nimium tribuentem.

## CAP. VI.

### DE PROVIDENTIA DEI.

1. Dei hujus sapientis, æterni et omnipotentis providentia credimus cuncta in cœlo et in terra et in creaturis omnibus conservari et gubernari. David enim testificatur et ait: *Excelsus super omnes gentes Dominus, et super cœlos gloria ejus. Quis sicut Dominus Deus*

*noster, qui in altis habitat, et se demittit, ut inspiciat, quæ sunt in cælo et in terra?* (Psa. cxliii. 5, 6). Idem rursus: *Omnes vias meas prævidisti, quia non est verbum in lingua mea, quod non universum noveris, Domine* (Psa. cxxxix. 3, 4). Testificatur et Paulus, et ait: *Per ipsum vivimus, movemur et sumus* (Act. xvii. 28). Et: *Ex illo et per illum et in illum omnia* (Rom. xi. 36).

2. Verissime ergo et secundum Scripturam pronunciavit Augustinus (in libro De agone Christi, cap. viii.): *‘Dominus dixit, nonne duo passeris asse veniunt, et unus eorum non cadit in terram sine voluntate Patris vestri?’* (Matt. x. 29). Ita vero loquens ostendere voluit, quidquid vilissimum homines putant, omnipotentia Domini gubernari. Sic enim et *volatilia cæli ab eo pasci, et lilia agri ab eo vestiri*, veritas loquitur, *quæ capillos etiam nostros numeratos esse dicit, etc.* (Matt. vi. 26–29).’

3. Damnamus ergo Epicureos, providentiam Dei abnegantes, omnesque illos, qui blasphemæ dicunt, Deum versari circa cardines cæli, et nos atque nostra nec videre nec curare. Damnavit hos etiam David, propheta regius, qui dixit: *Quousque Domine! quousque impii exultabunt? Dicunt: Dominus non videt, neque intelligit Deus Jacob. Intelligite stupidi in populo et stulti! quando demum sapietis? Is, qui aurem condidit, an non audiret? et qui oculum finxit, quomodo non videret?* (Psa. xciv. 7–9).

4. Interim vero media, per quæ operatur divina providentia, non aspernamur, ut inutilia, sed his hactenus nos accomodandos esse docemus, quatenus in verbo Dei nobis commendantur. Unde illorum voces temerarias improbamus, qui dicunt: si providentia Dei omnia geruntur, innutiles certe sunt conatus nostri et studia nostra: satis fuerit, si omnia divinæ permittamus providentiæ gubernanda, nec erit, quod porro simus solliciti de re ulla, aut quidquam faciamus. Tametsi enim Paulus agnosceret, se in Dei providentia navigare, qui ipse dixerat, *oportet te et Romæ testificari* (Act. xxiii. 11): qui insuper promiserat dixeratque: *Jactura nulla erit ullius animæ, nec cadet pilus de capite vestro* (Act. xxvii. 22, 34); nihilominus meditantibus fugam nautis, dicit idem ille Paulus centurioni et militibus: *Nisi hi in navî manserint, vos servari non poteritis* (ver. 31). Deus enim, qui cuilibet rei suum destinavit finem, is et principium et media, per quæ ad finem usque pervenitur, ordinavit. Ethnicæ fortunæ res attribuunt cæcæ, vel

incerto casui. S. Jacobus non vult, ut dicamus, *hodie et cras in illam urbem proficissemur et negotiaberimur*, sed addit: *Pro eo, quod dicere debueritis, si Dominus voluerit et vixerimus, hoc vel illud faciemus* (Jac. iv. 13, 15); et Augustinus: 'Omnia quæ vanis videntur in rerum natura temere fieri, non faciunt, nisi verbum ejus' (Enarrat. in Psa. cxlviii.). Ita videbatur forte fortuna fieri, quod Saul quærens Patris asinas, incidit in prophetam Samuelem, sed antea dixerat Dominus ad prophetam: *Cras mittam ad te virum de tribu Benjamin* (1 Sam. ix. 16).

## CAP. VII.

## DE CREATIONE RERUM OMNIUM, DE ANGELIS, DIABOLO, ET HOMINE.

1. Deus hic bonus et omnipotens creavit omnia, cum visibilia, tum invisibilia, per Verbum suum coæternum, eademque quoque conservat per Spiritum suum coæternum, testificante Davide atque dicente: *Verbo Dei cæli facti sunt, et in Spiritu oris ejus omnis virtus eorum* (Psa. xxxiii. 6). *Omnia autem, quæ condidit Deus, erant, ut Scriptura ait, valde bona* (Gen. i. 31), et ad utilitatem usumque hominis condita.

2. Cuncta vero illa dicimus ab uno profecta esse principio. Damnamus ergo Manichæos et Marcionitas, qui impie fingebant duas substantias atque naturas boni et mali, duo item principia, et duos sibi adversos Deos, bonum et malum.

3. Inter omnes creaturas præstant angeli atque homines. De angelis pronunciat Scriptura divina: *Qui creat angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis* (Psa. civ. 4); item: *Nonne omnes sunt administratorii spiritus, qui in ministerium emittuntur, propter eos, qui hæredes sunt salutis?* (Heb. i. 14).

Dominus vero Jesus ipse testificatur de diabolo: *Ille, inquit, homicida erat ab initio, et in veritate non stetit, quia non est veritas in eo; cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, atque ejus rei pater* (Joh. viii. 44).

4. Docemus ergo, angelos alios quidem perstitisse in obedientia, ac ad fidele Dei et hominum ministerium esse deputatos: alios vero sua sponte lapsos, et in exitium esse præcipitados, factosque esse omnis boni fideliunneque hostes, etc.

5. Jam vero de homine dicit Scriptura, quod ab initio conditus sit

bonus, ad inaginem et similitudinem Dei; quod Deus collocaverit eum in paradysum, subjeceritque ei omnia (Gen. i. 27, 28; ii. 8; v. 1). Id, quod David magnifice celebrat in Psa. viii. Addidit ei insuper conjugem ac benedixit eis (ii. 22 sqq.).

6. Dicimus autem, constare hominem duabus ac diversis quidem substantiis, in una persona, anima immortalis, utpote quæ separata a corpore, nec dormit, nec interit, et corpore mortali, quod tamen in ultimo iudicio a mortuis resuscitabitur, ut totus homo inde, vel in vita, vel in morte, æternum maneat.

7. Damnamus omnes, qui irrident aut subtilibus disputationibus in dubium vocant immortalitatem animarum, aut animam dicunt dormire. aut partem esse Dei. Breviter, damnamus omnes omnium opiniones. quotquot diversa sentiunt de creatione, de angelis, et dæmonibus, et homine, ab iis, quæ nobis tradita sunt per Scripturas Sanctas, in Apostolica Christi Ecclesia.

## CAP. VIII.

## DE LAPSU HOMINIS, ET PECCATO [CONF. AUG. 2, ART. XIX.], ET CAUSA PECCATI.

1. Fuit homo ab initio a Deo conditus ad imaginem Dei, in iustitia et sanctitate veritatis, bonus et rectus. Sed instinctu serpentis, et sua culpa a bonitate et rectitudine deficiens, peccato, morti, variisque calamitatibus factus est obnoxius. Et qualis factus est a lapsu, tales sunt omnes, qui ex ipso prognati sunt, peccato, inquam, morti, variisque obnoxii calamitatibus.

2. Peccatum autem intelligimus esse nativam illam hominis corruptionem, ex primis illis nostris parentibus, in nos omnes derivatam vel propagatam, qua concupiscentiis pravis inmersi, et a bono aversi, ad omne vero malum propensi, pleni omni nequitia, diffidentia, contemptu et odio Dei, nihil boni ex nobis ipsis facere, imo ne cogitare quidem possumus.

3. Quinimo accedentibus jam etiam annis, cogitationibus, dictis et factis pravis contra legem Dei admissis, corruptos fructus, mala arbore dignos, proferimus (Matt. xii. 33): quo nomine, merito nostro, iræ Dei obnoxii, pœnis subijcitur justis; adeoque a Deo abjecti essemus omnes, nisi reduxisset nos Christus liberator.

VOL. III.—R



4. Per mortem itaque intelligimus non tantum corpoream mortem, quæ omnibus nobis semel, propter peccata, est obeunda, sed etiam supplicia sempiterna, peccatis et corruptioni nostræ debita. Nam Apostolus: *Eramus mortui*, inquit, *delictis ac peccatis, et eramus naturæ filii iræ, sicut et ceteri. Sed Deus, qui dives est misericordia, cum essemus mortui per delicta, convivificavit nos una cum Christo* (Eph. ii. 1, 3, 4, 5). Item: *Sicut per unum hominem peccatum in mundum introiit, ac per peccatum mors, et ita in omnes homines mors transit, in quo omnes peccarunt* (Rom. v. 12).

5. Agnoscimus ergo, in omnibus hominibus esse originale peccatum; agnoscimus, omnia aia peccata, quæ ex hoc oriuntur, et dici, et vere esse peccata, quæcunque nomine nuncupentur, sive mortalia, sive venialia, sive illud quoque, quod vocatur *peccatum in Spiritum Sanctum, quod nunquam remittitur* (Marc. iii. 29; 1 Joh. v. 16).

6. Fateamur etiam, peccata non esse æqualia, licet ex eodem corruptionis et incredulitatis fonte exoriantur, sed alia aliis esse graviora. Sicut Dominus dixit: *Sodomæ tolerabilius futurum, quam urbi reicienti verbum evangelii* (Matt. x. 14, 15; xi. 24; 1 Joh. v. 16, 17).

7. Damnamus ergo omnes, qui his contraria docuerunt, imprimis vero Pelagium et omnes Pelagianos, una cum Jovinianistis, peccata cum Stoicis paria facientibus. Sentimus per omnia in hac causa cum S. Augustino, qui sua ex Scripturis Sanctis protulit atque defendit.

8. Damnamus præterea Florinum et Blastum, contra quos et Irenæus scripsit, et omnes, qui Deum faciunt auctorem peccati. Cum diserte scriptum sit: *Tu non es Deus, qui velit iniquitatem. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mendacium* (Psa. v. 5-7). Et iterum: *Cum loquitur diabolus mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, et pater ejus rei* (Jch. viii. 44). Sed et in nobis ipsis satis est vitii corruptionisque, ut nihil necesse sit, Deum infundere nobis novam aut auctiorem pravitatem.

9. Proinde quando dicitur in Scripturis Deus indurare, excœcare, et tradere in reprobum sensum, intelligendum id est, quod justo judicio Deus id faciat, tanquam judex et ultor justus. Denique quotiescunque Deus aliquid mali in Scriptura facere dicitur atque videtur, non ideo dicitur, quod homo malum non faciat, sed quod Deus fieri sinat et non prohibeat, justo suo judicio, qui prohibere potuisset, si voluisset; vel, quod malo hominum bene utatur, ut peccatis fratrum Josephi: vel

quod ipse peccata gubernet, ne latius, quam par est, erumpant atque grassentur. S. Augustinus, in Enchiridio suo, 'Miro modo, inquit, et ineffabili non fit præter voluntatem ejus, quod etiam fit contra voluntatem ejus. Quia non fieret, si fieri non sineret. Nec utique nolens sinit, sed volens. Nec sineret bonus fieri male, nisi omnipotens etiam de malo facere posset bene.' Hæc ille.<sup>1</sup>

10. Reliquas quæstiones, an Deus voluerit labi Adamum, aut impulerit ad lapsum, aut quare lapsum non impediverit, et similes quæstiones deputamus inter curiosas (nisi forte cum hæreticorum aut aliorum importunorum hominum improbitas cogit ista etiam ex verbo Dei explicare, sicut fecerunt non raro pii ecclesiæ doctores), scientes Dominum prohibuisse, ne homo ederet de fructu prohibito, et transgressionem punivisse; sed et mala non esse, quæ fiunt, respectu providentiæ Dei, voluntatis ac potestatis Dei, sed respectu Satanæ et voluntatis nostræ, voluntati Dei repugnantia.

## CAP. IX.

## DE LIBERO ARBITRIO ADEOQUE VIRIBUS HOMINIS. [CONF. AUG., ART. XVIII.]

1. Docemus in hac causa, quæ semper in Ecclesia multas peperit conflictationes, conditionem vel statum hominis triplicem esse considerandum. Principio qualis fuerit homo ante lapsum, rectus nimirum et liber, qui et in bono manere et ad malum potuerit declinare; declinaverit autem ad malum, implicaveritque peccato et morti, et se, et omne genus mortalium, sicuti dictum est antea.

2. Deinde considerandum est, qualis fuerit homo post lapsum. Non sublatus est quidem homini intellectus, non erepta ei voluntas, et prorsus in lapidem vel truncum<sup>2</sup> est commutatus; ceterum illa ita sunt immutata et imminuta in homine, ut non possint amplius, quod potuerunt ante lapsum. Intellectus enim obscuratus est, voluntas vero ex libera facta est voluntas serva. Nam servit peccato, non nolens, sed volens.

3. Etenim voluntas non noluntas dicitur. Ergo quoad malum sive peccatum, homo non coactus vel a Deo vel a diabolo, sed sua sponte,

<sup>1</sup> Hæc ille are not in the Zurich MS.

<sup>2</sup> Expressions of Luther and Flacius, afterwards sanctioned by the Formula of Concord, Art. II.

malum facit; et hac parte liberrimi est arbitrii. Quod vero non raro cernimus, pessima hominis facinora et consilia impediri a Deo, ne finem suum consequantur, non tollit homini libertatem in malo, sed Deus potentia sua prævenit, quod homo alias libere instituit, sicut fratres Josephi Josephum libere instituunt tollere; sed non possunt, quod Dei consilio aliud visum esset.

4. Quantum vero ad bonum et ad virtutes, intellectus hominis non recte judicat de divinis ex semetipso. Requirit enim Scriptura Evangelica et Apostolica regenerationem *abs quolibet* nostrum, qui salvari velimus. Unde nativitas prior ex Adamo ad salutem nihil nobis confert. Paulus, *animalis homo*, ait, *non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei*, etc. (1 Cor. ii. 14). Idem: *Negat alicubi nos idoneos esse, ex nobis ipsis cogitare aliquid boni* (2 Cor. iii. 5).

5. Constat vero, mentem vel intellectum ducem esse voluntatis, cum autem cæcus sit dux, claret, quousque et voluntas pertingat. Proinde nullum est ad bonum homini arbitrium liberum, nondum renato, vires nullæ ad perficiendum bonum. Dominus in Evangelio dicit: *Amen, amen dico vobis, quod omnis, qui facit peccatum, servus est peccati* (Joh. viii. 34). Et Paulus Apostolus: *Affectus carnis, inquit, inimicitia est adversus Deum, nam legi Dei non subditur, imo ne potest quidem* (Rom. viii. 7).

6. Porro terrenarum rerum intelligentia in lapso homine non est nulla. Reliquit enim Deus ex misericordia ingenium, multum tamen distans ab eo, quod inerat ante lapsum. Jubet Deus excolere ingenium, et addit dona simul et profectum. Et manifestum est, quam nihil proficiamus in artibus omnibus sine benedictione Dei. Scriptura certe omnes artes ad Deum refert. Nam et ethnici retulerunt artium origines ad inventores Deos.

7. Postremo videndum, an regenerati sint liberi arbitrii, et quatenus. In regeneratione intellectus illuminatur, per Spiritum Sanctum, ut et mysteria et voluntatem Dei intelligat. Et voluntas ipsa non tantum mutatur per Spiritum, set etiam instruitur facultatibus, ut sponte velit et possit bonum (Rom. viii. 5, 6). Nisi hoc dederimus, negabimus Christianam libertatem, et inducemus legalem servitutem. Sed et Propheta facit Deum loquentem: *Dabo legem meam in mentes illorum, et in cordibus eorum inscribam eas* (Jer. xxxi. 33). Dominus quoque dicit in Evangelio: *Si Filius vos liberaverit, vere liberi estis*

(Joh. viii. 36; Ezek. xxxvi. 26). Paulus quoque ad Philippenses (i. 24): *Vobis, donatum est, inquit, pro Christo, non solum, ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini.* Et iterum: *Persuasum habeo, quod is, qui cepit in vobis bonum opus, perficiet usque ad diem Domini Jesu* (Phil. i. 6); item: *Deus est, qui agit in vobis, et ut velitis, et ut efficiatis* (Phil. ii. 13).

8. Ubi interim duo observanda esse docemus: *Primum*, regeneratos in boni electione et operatione, non tantum agere passive, sed active. Aguntur enim a Deo, ut agant ipsi, quod agunt. Recte enim Augustinus adducit illud, quod Deus dicitur noster adjutor. Nequit autem adjuvari, nisi is, qui aliquid agit. Manichæi spoliabant hominem omni actione, et veluti saxum et truncum faciebant.

9. *Secundum*, in regeneratis remanere infirmitatem. Cum enim inhabitet in nobis peccatum, et caro in renatis oblectetur spiritui, in finem usque vitæ nostræ, non expedite omnino perficiunt regenerati, quod instituerant. Confirmantur hæc ab Apostolo ad Rom. vii. et Gal. v.

10. Proinde infirmum est nostrum illud liberum arbitrium, propter reliquias remanentis in nobis, ad finem usque vitæ nostræ, veteris Adami, agnatæque corruptionis humanæ. Interim cum carnis vires et reliquiæ veteris hominis non ita sint efficaces, ut extinguant penitus Spiritus operationem; idcirco fideles liberi dicuntur, ita tamen, ut agnoscant infirmitatem, et nihil gloriantur de libero arbitrio. Semper enim animis fidelium obversari debet, quod toties inculcat beatus Augustinus ex Apostolo: *Quid habes, quod non accepisti, et si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* (1 Cor. iv. 7). His accedit, quod non statim evenit, quod institueramus. Eventus enim rerum positi sunt in manu Dei. Unde Paulus orat Dominum, ut prosperet iter suum (Rom. i. 10). Unde vel hac causa infirmum est liberum arbitrium.

11. Ceterum nemo negat, in externis, et regenitos et non regenitos habere liberum arbitrium; habet enim homo hanc constitutionem cum animantibus aliis (quibus non est inferior) communem, ut alia velit, alia nolit. Ita loqui potest, aut tacere, domo egredi, vel domi manere, etc. Quamvis semper et hic potentia Dei observanda sit: quæ effecit, ut Balaam eo non posset pertingere, quo volebat (Num. xxiv.), neque Zacharias, rediens ex templo, loqui posset, prout volebat (Luc. i. 22).

12. Damnamus hac in causa Manichæos, qui negant, homini bono ex libero arbitrio fuisse initium mali. Damnamus etiam Pelagianos, qui dicunt, hominem malum sufficienter habere liberum arbitrium, ad faciendum præceptum bonum. Redarguuntur utrique a Scriptura Sancta, quæ illis dicit: *Fecit Deus hominem rectum* (Eccles. vii. 29), his vero dicit: *Si Filius vos liberaverit, vere liberi estis* (Joh. viii. 36).

## CAP. X.

## DE PRÆDESTINATIONE DEI ET ELECTIONE SANCTORUM.

1. Deus ab æterno prædestinavit vel elegit libere et mera sua gratia, nullo hominum respectu, sanctos, quos vult salvos facere in Christo, juxta illud Apostoli: *Deus elegit nos in ipso, antequam jacerentur fundamenta mundi* (Eph. i. 4), et iterum: *Qui salvos fecit nos, et vocavit vocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum et gratiam, que data quidem est nobis, per Jesum Christum, ante tempora æterna, sed palam factu est nunc per apparitionem Servatoris nostri Jesu Christi* (2 Tim. i. 9, 10).

2. Ergo non sine medio, licet non propter ullum meritum nostrum, sed in Christo et propter Christum, nos elegit Deus, ut qui jam sunt in Christo insiti per fidem, illi ipsi etiam sint electi, reprobi vero, qui sunt extra Christum, secundum illud Apostoli: *Vos ipsos tentate, num sitis in fide. An non cognoscitis vosmet ipsos, quod Jesus Christus in vobis est? nisi sicubi reprobi estis* (2 Cor. xiii. 5).

3. Denique electi sunt sancti in Christo per Deum ad finem certum, quem et ipsum exponit Apostolus et ait: *Elegit nos in ipso, ut essemus sancti et irreprehensibiles coram illo per caritatem; qui prædestinavit nos, ut adoptaret in filios per Jesum Christum, in sese, ut laudetur gloria gratiæ suæ* (Eph. i. 4, 5, 6).

4. Et quamvis Deus norit, qui sint sui, et alicubi mentio fiat paucitatis electorum, bene sperandum est tamen de omnibus, neque temere reprobis quisquam est adnumerandus. Paulus certe ad Philippenses: *Gratias ago, inquit, pro omnibus vobis* (loquitur antem de tota Ecclesia Philippensi), *quod veneritis in communionem evangelii, persuasum habens, quod is, qui cepit opus bonum in vobis, perficiet, sicut justum est, ut hoc sentiam de vobis omnibus* (Phil. i. 3-7).

5. Et cum (Luc. xiii.) rogaretur Dominus: au pauci sint, qui sal-

ventur? non respondet Dominus ac dicit, paucos aut plures fore servandos, aut perdendos, sed hortatur potius, ut quisque contendat ingredi per portam arctam. Quasi dixerit, vestrum non est, de his curiosius inquirere, sed magis aduti, ut per rectam viam cœlum ingrediamini.

6. Proinde non probamus impias quorundam voces, qui dicunt: pauci sunt electi, et cum mihi non constet, an sim in illo paucorum numero, genium meum non fraudabo. Alii dicunt: si prædestinatus vel electus sum a Deo, nihil impediet me a salute certo jam definita, quicquid tandem designavero. Si vero sum de reproborum numero, nulla me vel fides vel pœnitentia juvabit, cum definitio Dei mutari non possit. Itaque inutiles sunt doctrinæ et admonitiones omnes. Nam contra hos pugnat illud Apostoli: *Oportet servum Domini propensum esse ad docendum, erudientem eos, qui obsistunt, si quando det Deus illis pœnitentiam, ad agnoscendum veritatem, ut resipiscant a laqueo diaboli, capti ab eo ad ejus voluntatem* (2 Tim. ii. 24–26).

7. Sed et Augustinus de bono perseverantiæ cap. xiv. et consequens ostendit, utrumque esse prædicandum et liberæ electionis prædestinationisque gratiam, et admonitiones et doctrinas salutares. Improbamus itaque illos, qui extra Christum quærunt: an sint electi? Et quid ante omnem æternitatem de ipsis statuerit Deus?

8. Audienda est enim prædicatio Evangelii, eique credendum est: et pro indubitato habendum, si credis ac sis in Christo, electum te esse. Pater enim prædestinationis suæ æternam sententiam, sicut modo ex Apostolo (2 Tim. i.) exposui, in Christo nobis aperuit. Docendum ergo et considerandum ante omnia, quantus amor Patris erga nos in Christo nobis sit revelatus; audiendum, quid nobis quotidie in Evangelio ipse Dominus prædicet, quomodo vocet et dicat: *Venite ad me omnes, qui laborati et onerati estis, ego vos reficiam* (Matt. xi. 28). *Sic Deus dilexit mundum, ut unigenitum dederit pro mundo, ut omnis, qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam* (Joh. iii. 16). Item: *Non est voluntas Patris, ut quisquam de his pusillis pereat* (Matt. xviii. 14).

9. Christus itaque sit speculum, in quo prædestinationem nostram contemplerur. Satis perspicuum et firmum habebimus testimonium, nos in libro vitæ inscriptos esse, si communicaverimus cum Christo, et is in vera fide noster sit, nos ejus simus. Consoletur nos in tentatione

prædestinationis, qua vix alia est periculosior, quod promissiones Dei sunt universales fidelibus, quod ipse ait: *Petite et accipietis. Omnis, qui petit, accipit* (Luc. xi. 9, 10).

10. Quod denique cum universa Dei Ecclesia oramus: 'Pater noster, qui es in cælis;' et quod baptismo sumus insiti corpori Christi, et pascimur in Ecclesia ejus carne et sanguine frequenter ad vitam æternam. His confirmati cum *timore et tremore*, juxta Pauli præceptum, *nostram salutem operari* jubemur (Phil. ii. 12).

## CAP. XI.

### DE JESU CHRISTO, VERO DEO ET HOMINE, UNICO MUNDI SALVATORE. [CONF. AUG., ART. III.]

1. Credimus præterea et docemus, Filium Dei Dominum nostrum Jesum Christum ab æterno prædestinatum vel præordinatum esse a Patre salvatorem mundi: credimusque hunc esse genitum, non tantum, cum ex virgine Maria carnem adsumsit, nec tantum ante jacta fundamenta mundi, sed ante omnem æternitatem, et quidem a Patre, ineffabiliter. Nam Esaias dixit: *Generationem ejus quis enarrabit?* (liii. 8); et Micheas: *Et egressus ejus a diebus æternitatis* (v. 2). Nam et Joannes in Evangelio dixit: *In principio erat verbum, et verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum* (i. 1).

2. Proinde Filius est Patri juxta divinitatem coæqualis et consubstantialis, Deus verus, non nuncupatione, aut adoptione, aut ulla dignatione, sed substantia atque natura (Phil. ii. 6), sicut Joannes Apostolus iterum dixit: *Hic est verus Deus, et vita æterna* (1 Joh. v. 20); et Paulus quoque: *Filium, ait, constituit hæredem omnium, per quem et secula fecit: idem est splendor gloriæ et character substantiæ ejus, portans omnia verbo potentiæ suæ* (Heb. i. 2, 3). Nam in Evangelio ipse quoque Dominus dixit: *Pater glorifica tu me apud temet ipsum gloria, quam habui, priusquam hic mundus esset, apud te* (Joh. xvii. 5). Nam et alibi in Evangelio scribitur: *Judæi querebant occidere Jesum, quod Patrem suum dixisset Deum, æqualem se ipsum faciens Deo* (Joh. v. 18).

3. Abominamur ergo Arii et omnium Ariatorum impiam contra Filium Dei doctrinam, imprimis vero Michælis Serveti, Hispani et Servetanorum omnium blasphemias, quas contra Dei Filium Satana per

illos, veluti ex inferis hausit et in orbem audacissime et impiissime dispergit.

4. Eundem quoque æterni Dei æternum Filium credimus et docemus hominis factum esse filium, ex semine Abrahæ atque Davidis, non ex viri coitu, quod Ebion dixit, sed conceptum purissime ex Spiritu Sancto, et natum ex Maria semper virgine: sicut diligenter nobis historia explicat evangelica (Matt. i.). Et Paulus ait: *Nullibi angelos adsumit, sed semen Abrahæ* (Heb. ii. 16). Joannes item Apostolus, *qui non credit, Jesum Christum in carne venisse, ex Deo non est* (1 Joh. iv. 3). Caro ergo Christi nec phantastica fuit, nec cœlitus adlata, sicuti Valentinus et Marcion somniabant.

5. Præterea anima fuit Domino nostro Jesu Christo non absque sensu et ratione, ut Apollinaris sentiebat, neque caro absque anima, ut Eunomius docebat, sed anima cum ratione sua, et caro cum sensibus suis, per quos sensus veros dolores tempore passionis suæ sustinuit; sicuti et ipse testatus est, et dixit: *Tristis est anima mea usque ad mortem* (Matt. xxvi. 36–38), *et nunc anima mea turbata est* (Joh. xii. 27).

6. Agnoscimus ergo in uno atque eodem Domino nostro Jesu Christo duas naturas vel substantias, divinam et humanam (Heb. iv. 14); et has ita dicimus conjunctas et unitas esse, ut absorptæ, aut confusæ, aut innixtæ non sint, sed salvis potius et permanentibus naturarum proprietatibus, in una persona, unitæ vel conjunctæ; ita ut unum Christum Dominum, non duos veneremur: unum inquam verum Deum, et hominem, juxta divinam naturam Patri, juxta humanam vero nobis hominibus consubstantialem, et per omnia similem, peccato excepto (Heb. iv. 15).

7. Etenim, ut Nestorianum dogma ex uno Christo duos faciens, et unionem personæ dissolvens, abominamur: ita Eutychetis et Monothelitarum vel Monophysicorum vesaniam, expungentem naturæ humanæ proprietatem execramur<sup>1</sup> penitus.

8. Ergo minime docemus, naturam in Christo divinam passam esse, aut Christum secundum humanam naturam adhuc esse in hoc mundo, adeoque esse ubique. Neque enim vel sentimus, vel docemus, veritatem corporis Christi a clarificatione desiisse, aut deificatam, adeoque sic deificatam esse, ut suas proprietates, quoad corpus et animam depo-

---

<sup>1</sup> *Execramur* is omitted in Kindler's edition.



suerit, ac prorsus in naturam divinam abierit, unaque duntaxat substantia esse cœperit.

9. Et proinde Schwenkfeldii similibusque leptologorum inargutas argutias, intricatas, obscurasque, et parum sibi constantes hac de re dissertationes, haudquaquam probamus aut recipimus, neque Schwenkfeldiani sumus.

10. Præterea credimus, *Dominum nostrum Jesum Christum vere passum et mortuum esse pro nobis*, sicut Petrus ait, *carne* (1 Pet. iv. 8). Abominamur Jacobitarum et omnium Turcarum, passionem Domini execrantium, impiissimam vesaniam. Interim non negamus et *Dominum gloriæ juxta verba Pauli, crucifixum esse pro nobis* (2 Cor. ii. 8). Nam communicationem idiomatum, ex Scripturis petitam, et ab universa vetustate in explicandis componendisque Scripturarum locis in speciem pugnantibus, usurpatam, religiose et reverenter recipimus et usurpamus.

11. Credimus et docemus, eundem Dominum nostrum Jesum Christum vera sua carne, in qua crucifixus et mortuus fuerat, a mortuis resurrexisse, et non aliam pro sepulta excitasse, aut spiritum pro carne suscepisse, sed veritatem corporis retinuisse. Ergo dum discipuli ejus arbitrarentur, se Domini spiritum videre, exhibet eis manus atque pedes, stigmatibus utique clavorum et vulnerum notatas, et addit: *Adspicite manus meas et pedes meos: quia ego ipse sum. Contrectate me et videte: quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut videtis me habere* (Luc. xxiv. 39).

12. In eadem illa carne sua credimus adscendisse Dominum nostrum Jesum Christum, supra omnes cœlos adspectabiles, in ipsum cœlum supremum, sedem videlicet Dei et beatorum, ad dextram Dei Patris, quæ, etsi et gloriæ majestatisque consortium æquale significet, accipitur tamen et pro loco certo, de quo in Evangelio loquens Dominus dicit, *se abiturum et suis paraturum locum* (Joh. xiv. 2). Sed et Apostolus Petrus: *Oportet Christum, inquit, cœlum accipere, usque ad tempus restitutionis omnium* (Act. iii. 21).

13. [Conf. Aug., Art. XVII.] Ex cœlis autem idem ille redibit in judicium, tum, quando summa erit in mundo consceleratio, et antichristus, corrupta religione vera, superstitione impietateque omnia opplevit, et sanguine atque flamma ecclesiam crudeliter vastavit. Redibit autem Christus, adserturus suos, et aboliturus adventu suo anti-

christum, judicaturusque vivos et mortuos. Resurgent enim mortui, et qui illa die (quæ omnibus incognita est creaturis) superstites futuri sunt, mutabuntur in momento oculi, fidelesque omnes una obviam Christo rapiuntur in aëra, ut inde cum ipso ingrediantur in sedes beatas sine fine victuri (Act. xvii. 31; 1 Thess. iv. 15-17; Marc. xiii. 32; 1 Cor. xv. 51; Matt. xxv. 41). Increduli vero vel impii descendent cum dæmonibus ad tartara, in sempiternum arsurī, atque ex tormentis numquam liberandi.

14. Damnamus ergo omnes negantes veram carnis resurrectionem (2 Tim. ii. 18), aut qui cum Joanne Hierosolymitano, contra quem scripsit Hieronymus, non recte sentiunt de clarificatis corporibus. Damnamus eos, qui senserunt, et dæmones et impios omnes aliquando servandos, et pœnarum finem futurum. Simpliciter enim pronuncia- vit Dominus: *Ignis eorum numquam extinguitur, et vermis eorum non moritur* (Marc. ix. 44). Damnamus præterea Judaica somnia, quod ante judicii diem aureum in terris sit futurum seculum, et pii regna mundi occupaturi, oppressis suis hostibus impiis. Nam Evangelica veritas (Matt. xxiv. et xxv.; Luc., item xviii.) et Apostolica doctrina (2 Thesa. ii., et in 2 Tim. iii. et iv. capite) longe aliud perhibere invenimtur.

15. Porro passione vel morte sua omnibusque adeo, quæ a suo in carne adventu nostra causa fecit et pertulit, reconciliavit omnibus fidelibus Dominus noster Patrem cœlestem, expiavit peccatum, exarmavit mortem, condemnationemque et inferos confregit, ac resurrectione sua ex mortuis vitam immortalitatemque reduxit ac restituit (Rom. iv. 25; x. 4; 1 Cor. xv. 17; Joh. vi. 45; xi. 25, 26). Ipse enim est justitia nostra, vita et resurrectio, denique plenitudo et absolutio fidelium omnium, salusque et sufficientia abundantissima. Apostolus enim, *sic placuit Patri*, inquit, *omnem in ipso habitare plenitudinem, et in ipso estis completi* (Col. i. 19 et ii. 10).

16. Docemus enim ac credimus, hunc Jesum Christum, Dominum nostrum, unicum et æternum generis humani adeoque totius mundi esse Servatorem, in quo per fidem servati sint, quotquot ante legem, sub lege, et sub Evangelio salvati sunt, et quotquot adhuc in finem usque seculi salvabuntur. Nam ipse Dominus in Evangelio dicit: *Qui non intrat per ostium in stabulum ovium, sed adscendit aliunde, ille fur est et latro. Ego sum ostium ovium* (Joh. x. 1, 2). Item alibi in eodem Evangelio (viii. 56): *Abraham vidit diem meum, et*

*gavisus est.* Sed et Petrus Apostolus: *Non est in quoquam alio, inquit, nisi in Christo salus. Neque aliud nomen est sub cælo datum inter homines, in quo oporteat nos salvos fieri* (Act. iv. 12 et x. 43). *Credimus ergo per gratiam Domini Jesu Christi nos servatum iri, sicuti et Patres nostros* (Act. xv. 11). Nam et Paulus ait: *Omnes Patres nostros eundem escam spiritualem edisse; et omnes eundem potum spiritualem bibisse; bibisse autem de spirituali ipsos consequente petra, petram vero Christum fuisse* (1 Cor. x. 3, 4). Ideoque legimus, et Joannem dixisse, *Christum esse agnum illum, qui occisus sit ab origine mundi* (Apoc. xiii. 8); et Baptistam testatum: *Christum esse agnum illum Dei, qui tollat peccatum mundi* (Joh. i. 29).

17. Unde pleno ore profiteamur, et prædicamus, Jesum Christum unicum esse mundi Redemptorem et Salvatorem, regem et pontificem maximum, Messiam verum et exspectatum illum, inquam, sanctum benedictum, quem omnes legis typi et vaticinia prophetarum præfigurarent atque promiserint, Deus autem præstitit ac miserit illum nobis, ut alius porro non sit ullus nobis exspectandus. Nec restat jam aliud, quam ut omnes omnem gloriam Christo tribuamus, in ipsum credamus, et in ipso solo adquiescamus, omnibus aliis vitæ præsidiiis spretis atque abjectis. Nam gratia Dei exciderunt, et Christum inane sibi reddunt, quotquot salutem in alia re ulla, quam in uno Christo quærent (Gal. v. 4).

18. Et ut paucis multa hujus causæ dicamus, quæcunque de incarnationis Domini nostri Jesu Christi mysterio definita sunt ex Scripturis Sanctis, et comprehensa symbolis ac sententiis quatuor primarum et præstantissimarum synodorum, celebratarum Niceæ, Constantinopoli, Ephesi et Chalcedone, una cum beati Athanasii symbolo, et omnibus his similibus symbolis, credimus corde sincero, et ore libero ingenue profiteamur, condemnantes omnia his contraria.

Atque ad hunc modum retinemus inviolatam sive integram fidem Christianam, orthodoxam atque Catholicam: scientes, symbolis prædictis nihil contineri, quod non sit conforme verbo Dei, et prorsus faciat ad sinceram fidei explicationem.

## CAP. XII.

## DE LEGE DEI.

1. Docemus, lege Dei exponi nobis voluntatem Dei, quid a nobis fieri velit aut nolit, quid bonum et justum, quidve malum sit et injustum. Bonam igitur et sanctam confitemur esse legem. Et hanc quidem alias digito Dei *inscriptam esse in corda hominum, vocarique legem naturæ* (Rom. ii. 15), alias autem digito insculptam esse in tabulas Mosis geminas, et libris Mosis copiosius expositam (Exod. xx. ; Deut. v.). Distinguimus illam, perspicuitatis gratia, in moralem, quæ comprehenditur decalogo vel geminis tabulis, per Mosis libros expositis, in ceremonialem item, quæ de cæremoniis cultuque Dei constituit, et in judicialem, quæ versatur circa politica atque æconomica.

2. Credimus, hac Dei lege omnem Dei voluntatem, et omnia præcepta necessaria, ad omnem vitæ partem, plenissime tradi. Alioqui enim non vetuisset Dominus, *huic legi nihil vel addi vel adimi* (Deut. iv. 2); non præcepisset, *recta ad hanc incedi, neque in dextram vel sinistram deflexo itinere, declinare* (Isa. xxx. 21).

3. Docemus, legem hanc non datam esse hominibus, ut ejus justificationem observatione: sed ut ex ejus indicio infirmitatem potius, peccatum atque condemnationem agnoscamus, et de viribus nostris desperantes, convertamur ad Christum in fide. Aperte enim Apostolus: *Lex iram, ait, operatur* (Rom. iv. 15). *Per legem agnitio peccati* (Rom. iii. 20). *Si data fuisset lex, quæ posset justificare, vel vivificare, vere ex lege esset justitia: sed conclusit Scriptura* (legis nimirum) *omnia sub peccatum, ut promissio ex fide Jesu daretur credentibus. Itaque lex pædagogus noster ad Christum fuit, ut ex fide justificaremur* (Gal. iii. 21, 22, 24). Neque vero potuit aut potest ulla caro legi Dei satisfacere, et hanc adimplere, ob imbecillitatem in carne nostra, ad extremum usque spiritum in nobis hærentem aut remanentem. Rursus enim Apostolus: *Quod lex præstare non poterat, inquit, quia imbecillis erat per carnem, hoc Deus, proprio Filio misso sub specie carnis peccato obnoxia, præstitit* (Rom. viii. 3). *Idcirco Christus est perfectio legis et adimpletio nostra* (Rom. x. 4), qui ut *execrationem legis sustulit, dum factus est pro nobis maledictio, vel execratio* (Gal. iii. 13), ita communicat nobis per fidem adimpletionem suam, nobisque ejus imputatur justitia et obedientia.

4. Haec itaque abrogata est lex Dei, quatenus nos amplius non damnat, nec iram in nobis operatur. Sumus enim sub gratia, et non sub lege. Præterea implevit Christus omnes legis figuras. Unde umbræ cesserunt, corpore adveniente, ut jam in Christo et veritatem habeamus et omnem plenitudinem. Attamen legem non ideo fastidientes rejicimus. Meminimus enim verborum Domini, dicentis: *Non veni legem et prophetas solvere, sed implere* (Matt. v. 17). Scimus, lege nobis tradi formulas virtutum atque vitiorum. Scimus, Scripturam legis, si exponatur per Evangelium, Ecclesiæ esse utilem, et idcirco ejus lectionem non exterminandam esse ex Ecclesia. Licet enim velo obtectus fuerit Mosis vultus, Apostolus tamen perhibet, velum per Christum tolli atque aboleri. Damnamus omnia, quæ hæretici veteres et neoterici contra legem Dei docuerunt.

#### CAP. XIII.

##### DE EVANGELIO JESU CHRISTI, DE PROMISSIONIBUS, ITEM SPIRITU ET LITERA.

1. Evangelium quidem opponitur legi. Nam lex iram operatur, et maledictionem adnunciat; Evangelium vero gratiam et benedictionem prædicat. Sed et Joannes dicit: *Lex per Moysen data est, gratia et veritas per Jesum Christum exorta est* (Joh. i. 17; nihilominus tamen certissimum est, eos, qui ante legem et sub lege fuerunt, non omnino destitutos fuisse Evangelio. Habuerunt enim promissiones evangelicas insignes, quales hæc sunt: *Semen mulieris conculcabit caput serpentis* (Gen. iii. 15). *In semine tuo benedicentur omnes gentes* (Gen. xxii. 18). *Non auferetur sceptrum de Juda, nisi prius venerit Silo* (Gen. xlix. 10). *Prophetam excitabit Dominus de medio fratrum,* etc. (Deut. xviii. 18).

2. Et quidem agnoscimus, Patribus duo fuisse promissionum genera, sicuti et nobis, revelata. Aliæ enim erant rerum præsentium vel terrenarum, quales sunt promissiones de terra Canaan, de victoriis, et quales hodie adhuc sunt de pane quotidiano. Aliæ vero erant tunc, et sunt etiam nunc, rerum coelestium et æternarum, gratiæ videlicet divinæ, remissionis peccatorum, et vitæ æternæ, per fidem in Jesum Christum. Habuerunt autem veteres non tantum externas vel terrenas, sed spirituales etiam cœlestesque promissiones, in Christo. Nam

*de salute, ait Petrus, exquisiverunt et scrutati sunt prophetae, qui de ventura in nos gratia vaticinati sunt,* etc. (1 Pet. i. 10). Unde et Paulus Apostolus dixit: *Evangelium Dei ante promissum esse per prophetas Dei, in Scripturis sanctis* (Rom. i. 2). Inde nimirum claret, veteres non prorsus destitutos fuisse omni Evangelio.

3. Et, quamvis ad hunc modum patres nostri in Scripturis prophetarum habuerint Evangelium, per quod salutem in Christo per fidem consecuti sunt, Evangelium tamen proprie illud dicitur lætum et felix nuncium, quod nobis primum per Joannem Baptistam, deinde per ipsum Christum Dominum, postea per Apostolos ejus Apostolorumque successores prædicatum est mundo, Deum jam præstitisse, quod ab exordio mundi promisit, ac misisse, imo donavisse nobis Filium unicum, et in hoc reconciliationem cum Patre, remissionem peccatorum, omnem plenitudinem, et vitam æternam. Historia ergo descripta a quatuor Evangelistis, explicans, quomodo hæc sint facta vel adimpleta a Christo, quæ docnerit et fecerit Christus; et quod in ipso credentes omnem habent plenitudinem, recte nuncupatur Evangelium. Prædicatio item et Scriptura Apostolica, qua nobis exponunt Apostoli, quomodo nobis a Patre datus sit Filius, et in hoc vitæ salutisque omnia, recte dicitur doctrina Evangelica, sic, ut ne hodie quidem, si sincera sit, appellationem tam præclaram amittat.

4. Illa ipsa Evangelii prædicatio nuncupatur item ab Apostolo spiritus et ministerium spiritus, eo, quod efficax et viva fiat per fidem in auribus, imo cordibus credentium, per Spiritum Sanctum illuminantem. Nam litera, quæ opponitur spiritui, significat quidem omnem rem externam, sed maxime doctrinam legis, sine spiritu et fide in animis, non viva fide credentium, operantem iram, et excitantem peccatum. Quo nomine et ministerium mortis ab Apostolo nuncupatur. Huc enim illud Apostoli pertinet, *Litera occidit, spiritus vivificat* (2 Cor. iii. 6). Et pseudoapostoli prædicabant Evangelium, lege admixta, corruptum, quasi Christus sine lege non possit servare. Quales fuisse dicuntur Ebionæi, ab Ebione hæretico descendentes, et Nazaræi, qui et Minæi antiquitus vocabantur. Quos omnes nos damnamus, pure prædicantes Evangelium, docentesque per Spiritum [al. Christum] solum, et non per legem justificari credentes. De qua re mox sequetur sub titulo justificationis copiosior expositio.

5. Et quamvis Evangelii doctrina collata cum Pharisæorum doc-

trina legis, visa sit, cum primum prædicaretur per Christum, nova esse doctrina, quod et Jeremias de Novo Testamento vaticinatus sit, re vera tamen illa, non modo vetus erat, et est adhuc (nam nova dicitur et hodie a Papistis, collata cum doctrina jam Papistarum recepta) vetus doctrina, sed omnium in mundo antiquissima.

6. Deus enim *ab æterno prædestinavit* mundum servare per Christum, et hanc suam prædestinationem et consilium sempiternum *aperuit mundo per Evangelium* (2 Tim. i. 9, 10). Unde claret religionem doctrinamque Evangelicam, inter omnes, quotquot fuerunt unquam, sunt atque erunt, omnium esse antiquissimam.

7. Unde dicimus, omnes eos errare turpiter, et indigna æterno Dei consilio loqui, qui Evangelicam doctrinam et religionem nuncupant nuper exortam, et vix XXX. annorum fidem. In quos competit illud Jesaiæ Prophetæ: *Væ his, qui dicunt, malum esse bonum, et bonum malum, qui ponunt tenebras lucem, et lucem tenebras, amarum dulce, et dulce amarum* (Isa. v. 20).

#### CAP. XIV.

#### DE PŒNITENTIA ET CONVERSIONE HOMINIS. [CONF. AUG., ART. XI, XII]

1. Habet Evangelium conjunctam sibi doctrinam de pœnitentia. Ita enim dixit in Evangelio Dominus: *Oportet prædicari in nomine meo pœnitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes* (Luc. xxiv. 47).

2. Per pœnitentiam autem intelligimus mentis in homine peccatore resipiscentiam, verbo Evangelii et Spiritu Sancto excitatam, fideque vera acceptam, qua protinus homo peccator, agnatam sibi corruptionem peccataque omnia sua, per Verbum Dei accusata, agnoscit, ac de his ex corde dolet, eademque coram Deo non tantum deplorat et fatetur ingenuè cum pudore, sed etiam cum indignatione execratur, cogitans jam sedulo de emendatione, et perpetuo innocentiae virtutumque studio, in quo sese omnibus diebus vitæ reliquis sancte exerceat.

3. Et hæc quidem est vera pœnitentia, sincera nimirum ad Deum et omne bonum conversio, sedula vero a diabolo et ab omni malo aversio. Diserte vero dicimus, hanc pœnitentiam merum esse Dei donum,

et non virium nostrarum opus. Jubet enim Apostolus: *Fidelem ministrum diligenter erudire obsistentes veritati, si quando Deus his det pœnitentiam ad agnoscendum veritatem* (2 Tim. ii. 25).

4. Jam vero peccatrix illa Evangelica, quæ lacrymis rigat pedes Domini, ac Petrus, amare flens deploransque Domini sui abnegationem, manifeste ostendunt, qualis esse debeat pœnitentis animus, serio deplorans commissa peccata (Luc. vii. 38; xxii. 62).

5. Sed et filius ille concoctor, et publicanus ille in Evangelio, cum Pharisæo collatus, præeunt nobis formulis adcommodatissimis peccata nostra Deo confitendi. Ille dicebat: *Pater, peccavi in cœlum et coram te! Jam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut unum de mercenariis tuis* (Luc. xv. 18, 19). Hic vero non audens elevare oculos in cœlum, pectus suum tundendo, clamabat: *Deus propitius esto mihi peccatori* (Luc. xviii. 13). Nec dubitamus, illos in gratiam a Deo esse receptos. Etenim Joannes Apostolus: *Si confiteamur peccata nostra, inquit, fidelis est et justus, ut remittat nobis peccata nostra, et emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus: non peccavimus, mendacem facimus eum, et sermo ejus non est in nobis* (1 Joh. i. 9, 10).

6. Credimus autem, hanc confessionem ingenuam, quæ soli Deo fit, vel privatim inter Deum et peccatorem, vel palam in templo, ubi generalis illa peccatorum confessio recitatur, sufficere, nec necessarium esse ad remissionem peccatorum consequendam, ut quis peccata sua confiteatur sacerdoti, susurrando in aures ipsius, ut vicissim cum impositione manuum ejus audiat ab ipso absolutionem; quod ejus rei nec præceptum ullum, nec exemplum exstet in Scripturis Sanctis. David protestatur et ait: *Delictum meum cognitum tibi feci, et injustitiam meam non abscondi. Dixi, confitebor contra me injustitiam meam Domino; et tu remisisti impietatem peccati mei* (Psa. xxxii. 5). Sed et Dominus orare nos docens, simul et confiteri peccata, dixit: *Sic orabitur: Pater noster, qui es in cœlis, remitte nobis debita nostra; sicut et nos remittimus debitoribus nostris* (Matt. vi. 12).

7. Necessè est ergo, ut Deo Patri nostro confiteamur peccata nostra, et cum proximo nostro, si ipsum offendimus, redeamus in gratiam. De quo confessionis genere loquens Jacobus Apostolus: *Confitemini, inquit, alterutrum peccata vestra* (Jac. v. 16). Si quis vero peccatorum mole et tentationibus perplexis oppressus, velit consilium, insti-

· VOL. III.—S



tutionem, et consolationem privatim, vel a ministro ecclesiæ, aut alio aliquo fratre, in lege Dei docto, petere, non improbamus, quemadmodum et generalem et publicam illam in templo ac cœtibus sacris recitari solitam (cujus et superius meminimus) peccatorum confessionem utpote Scripturis congruam, maxime approbamus.

8. De clavibus regni Dei, traditis a Domino Apostolis, multi admiranda garriunt, et ex his cudunt enses, lanceas, sceptrum et coronas, plenamque in maxima regna, denique in animas et corpora potestatem. Nos simpliciter judicantes, secundum Verbum Dei dicimus: omnes ministros legitime vocatos habere et exercere claves vel usum clavium, cum Evangelium adnunciant, id est, populum suæ fidei creditum docent, hortantur, consolantur et increpant, inque disciplina retinent. Ita enim regnum cœlorum aperiunt obsequentibus, et inobsequentibus claudunt. Has claves promisit Apostolis Dominus (Matt. xvi. 19) et præstitit (Joh. xx. 23, Marc. xvi. 15, et Luc. xxiv. 47) dum ablegat discipulos et jubet eos universo mundo prædicare Evangelium, et condonare peccata. Apostolus in Ep. I. ad Cor. (v. 18, 19) dicit: Dominum ministris dedisse *reconciliationis ministerium*; et quale hoc sit, mox explicat et ait: *Sermonem vel doctrinam reconciliationis*. Et adhuc clarius sua illa exponens addit: *Ministros Christi, nomine Christi fungi legatione, tanquam ipso Deo, per ministros adhortante populos, ut reconcilientur Deo*, nimirum per fidelem obedientiam. Exercent ergo claves, cum suadent fidem et pœnitentiam. Sic illi reconciliant Deo. Sic remittunt peccata. Sic aperiunt regnum cœlorum, et credentes introducunt: multum distantes ab istis, de quibus dixit in Evangelio Dominus: *Væ vobis legisperitis, quia tulistis clavem scientiæ, ipsi non introistis, et eos, qui introibant, vetuistis* (Luc. xi. 52).

9. Rite itaque et efficaciter ministri absolvunt, dum Evangelium Christi, et in hoc remissionem peccatorum, quæ singulis promittitur fidelibus, sicuti et singuli sunt baptizati, prædicant, et ad singulos peculiariter pertinere testantur. Nec putamus absolutionem hanc efficacior fieri, per hoc, quod in aurem alicui aut super caput alicujus singulariter innumeratur. Censem tamen, sedulo adnunciandam esse hominibus remissionem peccatorum in sanguine Christi, admonendosque singulos, quod ad ipsos pertineat remissio peccatorum.

10. Ceterum quam vigilantes sedulosque oporteat esse pœnitentes in studio vitæ novæ, et in conficiendo vetere et excitando novo homine,

docent nos exempla Evangelica. Dominus enim ad paralyticum, quem sanaverat, dicit: *Ecce sanus factus es, ne posthac pecces, ne quid deterius tibi contingat* (Joh. v. 14). Ad adulteram liberatam idem dixit: *Vade, et ne posthac peccaveris* (Joh. viii. 11). Quibus sane verbis non significavit, fieri posse, ut homo aliquando non peccet, dum adhuc in hac carne vivit, sed vigilantiam accuratumque studium commendat, ut modis in quam omnibus adnitamur, et precibus a Deo petamus, ne relabamur in peccata, ex quibus veluti resurreximus, et ne vincamur a carne, mundo et diabolo. Zachæus publicanus in gratiam receptus a Domino clamat in Evangelio: *Ecce, dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus, et si quem defraudavi, reddo quadruplum* (Luc. xix. 8). Ad eundem ergo modum prædicamus restitutionem et misericordiam, adeoque eleemosynam vere pœnitentibus esse necessariam; et in universum Apostoli verbis hortamur omnes, ac dicimus: *Ne regnet peccatum in mortali vestro corpore, ut obedatis ei per cupiditates ejus; neque adcommodeis membra vestra arma injustitiæ peccato, sed accommodetis vosmet ipsos Deo, velut ex mortuis viventes, et membra vestra arma justitiæ Deo* (Rom. vi. 12, 13).

11. Proinde damnamus omnes impias quorundam Evangelica prædicatione abutentium voces, et dicentium: facilis est ad Deum reditus. Christus expiavit omnia peccata; facilis est peccatorum condonatio. Quid ergo peccare nocebit? Nec magnopere curanda est pœnitentia, etc. Docemus interim semper, et omnibus peccatoribus aditum patere ad Deum, et hunc omnia omnibus fidelibus condonare peccata, *excepto uno illo peccato, in Spiritum Sanctum* (Marc. iii. 29).

12. Ideoque damnamus et veteres et novos Novatianos, atque Catharos. Damnamus imprimis lucrosam papæ de pœnitentia doctrinam; et contra simoniam ejus simoniacasque ejus indulgentias illud usurpamus Simonis Petri judicium: *Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti parari pecuniis. Non est tibi pars neque sors in ratione hac. Cor enim tuum non est rectum coram Deo* (Act. viii. 20, 21).

13. Improbamus item illos, qui suis satisfactionibus existimant, se pro commissis satisfacere peccatis. Nam docemus, Christum unum, morte vel passione sua, esse omnium peccatorum satisfactionem, pro-

piationem vel expiationem (Isa. liii. 5; 1 Cor. i. 30; 1 Joh. ii. 2). Interim tamen, quod et ante diximus, mortificationem carnis urgere non desinimus: addimus tamen, hanc non obrudendam esse Deo superbe pro peccatorum satisfactione, sed præstandam humiliter, pro ingenio filiorum Dei, ut obedientiam novam, gratitudinis ergo, pro consecuta, per mortem et satisfactionem Filii Dei, liberatione, et plenaria satisfactione.

## CAP. XV.

## DE VERA FIDELIUM JUSTIFICATIONE. [CONF. AUG., ART. IV.]

1. Justificare significat Apostolo in disputatione de justificatione, peccata remittere, a culpa et pœna absolvere, in gratiam recipere, et justum pronunciare. Etenim ad Romanos dicit Apostolus: *Deus est, qui justificat, quis ille, qui condemnet?* (Rom. viii. 33) opponuntur justificare et condemnare. Et in Actis App. dicit Apostolus: *Per Christum annuntiatur nobis remissio peccatorum: et ab omnibus, a quibus non potuistis per legem Moysi justificari, per hunc omnis, qui credit, justificatur* (Act. xiii. 38, 39). Nam in lege quoque et prophetis legimus: *Si lis fuerit orta inter aliquos, et venerint ad judicium, judicent eos iudices justificentque justum, et impient vel condemnent impium* (Deut. xxv. 1). Et: *Væ illis, qui justificant impium pro muneribus* (Isa. v. 23).

2. Certissimum est autem, omnes nos esse natura peccatores et impios, ac coram tribunali Dei convictos impietatis et reos mortis. Justificari autem, id est, absolvi a peccatis et morte, a iudice Deo, solius Christi gratia, et nullo nostro merito aut respectu. Quid enim apertius, quam quod Paulus dixit? *Omnes peccaverunt, et destituuntur gloria Dei. Justificantur autem gratis per illius gratiam, per redemptionem, quæ est in Christo Jesu* (Rom. iii. 23, 24).

3. Etenim Christus peccata mundi in se recepit et sustulit, divinæque justitiæ satisfecit. Deus ergo propter solum Christum passum et resuscitatum, propitius est peccatis nostris, nec illa nobis imputat, imputat autem justitiam Christi pro nostra: ita, ut jam simus non solum mundati a peccatis et purgati, vel sancti, sed etiam donati justitia Christi, adeoque absoluti a peccatis, morte vel condemnatione, justique denique ac hæredes vitæ æternæ. Proprie ergo loquendo, Deus solus nos justificat, et duntaxat propter Christum justificat, non im-

putans nobis peccata, sed imputans ejus nobis justitiam (2 Cor. v. 21; Rom. iv. 24, 25).

4. Quoniam vero nos justificationem hanc recipimus, non per ulla opera, sed per fidem in Dei misericordiam et Christum, ideo docemus et credimus cum Apostolo, hominem peccatorem justificari sola fide in Christum, non lege, aut ullis operibus. Dicit enim Apostolus: *Arbitramur, fide justificari hominem absque operibus legis* (Rom. iii. 28). Item: *Si Abraham ex operibus justificatus fuit, habet, quod gloriatur, sed non apud Deum. Quid enim Scriptura dicit? Credidit Abraham Deo, et imputatum est ei ad justitiam. At ei, qui non operatur, sed credit in eum, qui justificat impium, imputatur fides sua ad justitiam* (Rom. iv. 2-5). Et iterum: *Gratia estis servati per fidem, idque non ex vobis, Dei donum est. Non ex operibus, ne quis gloriatur, etc.* (Eph. ii. 8, 9). Ergo, quia fides Christum justitiam nostram recipit, et gratiæ Dei in Christo omnia tribuit, ideo fidei tribuitur justificatio, maxime propter Christum, et non ideo, quia nostrum opus est. Donum enim Dei est. Ceterum nos Christum fide recipere multis ostendit Dominus, apud Joan. cap. vi. ubi pro credere ponit manducare, et pro manducare credere. Nam sicut manducando cibum recipimus, ita credendo participamus Christum.

5. Itaque justificationis beneficium non partimur, partim gratiæ Dei, vel Christo, partim nobis, aut dilectioni operibusve, vel merito nostro, sed insolidum gratiæ Dei in Christo per fidem tribuimus. Sed et non possent Deo placere dilectio et opera nostra, si fierent ab injustis; proinde oportet nos prius justos esse, quam diligamus aut faciamus opera justa. Justi vere efficimur, quemadmodum diximus, per fidem in Christum, mera gratia Dei, qui peccata nobis non imputat, sed justitiam Christi, adeoque fidem in Christum ad justitiam nobis imputat. Apostolus præterea apertissime dilectionem derivat ex fide, dicens: *Finis præcepti est caritas, ex puro corde, conscientia bona, et fide non ficta* (1 Tim. i. 5).

6. Quapropter loquimur in hac causa non de ficta fide, de inani et otiosa, aut mortua, sed de fide viva vivificanteque, quæ propter Christum, qui vita est et vivificat, quem comprehendit, viva est et dicitur, ac se vivam esse visis declarat operibus. Nihil itaque contra hanc nostram doctrinam pugnat Jacobus, qui de fide loquitur inani et mortua, quam quidam jactabant, Christum autem intra se viventem per

fidem non habebant. Idem ille dixit, opera justificare, non contradicens Apostolo (rejiciendus alioqui), sed ostendens Abrahamum vivam justificantemque fidem suam declaravisse per opera (Jac. ii.). Id quod omnes pii faciunt, qui tamen soli Christo, nullis suis operibus fidunt. Iterum enim Apostolus dixit: *Vivo jam non ego, sed vivit in me Christus. Vitam autem, quam nunc vivo in carne, per fidem vivo Filii Dei, qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me. Non adspernor gratiam Dei. Nam si per legem est justitia: igitur Christus frustra mortuus est, etc.* (Gal. ii. 20, 21).

## CAP. XVI.

DE FIDE, ET BONIS OPERIBUS, EORUMQUE MERCEDE, ET MERITO HOMINIS.  
[CONF. AUG., ART. VI., XX.]

1. Fides enim Christiana non est opinio ac humana persuasio, sed firmissima fiducia et evidens ac constans animi adsensus, denique certissima comprehensio veritatis Dei, propositæ in Scripturis et Symbolo Apostolico, atque adeo Dei ipsius summi boni, et præcipue promissionis divinæ, et Christi, qui omnium promissionum est colophon.

2. Hæc autem fides merum est Dei donum, quod solus Deus ex gratia sua, electis suis, secundum mensuram, et quando, cui, et quantum ipse vult, donat, et quidem per Spiritum Sanctum, mediante prædicatione Evangelii, et oratione fideli. Hæc etiam sua habet incrementa; quæ nisi et ipsa darentur a Deo, non dixissent Apostoli: *Domine! adauge nobis fidem* (Luc. xvii. 5).

3. Et hæc quidem omnia, quæ hæcenus de fide diximus, ante nos ita docuerunt Apostoli. Paulus enim: *Est autem fides, inquit, eorum, quæ sperantur, ὑπόστασις, vel subsistentia firma, et earum rerum, quæ non videntur, ἔλεγχος, id est, evidens ei certa rei comprehensio* (Heb. xi. 1). Et idem iterum: *Quotquot sunt promissiones Dei, inquit, per Christum sunt etiam et per ipsum Amen* (2 Cor. i. 20). Ad Philipp. idem ait, *donatum esse ipsis ut credant in Christum* (Phil. i. 29). Item: *Deus unicuique partitus est mensuram fidei* (Rom. xii. 3; 2 Thess. iii. 2). Rursus: *Non omnium est fides, ait, neque obediunt omnes Evangelio* (Rom. x. 16). Sed et Lucas testatur et ait: *Et crediderunt, quotquot erant ordinati ad vitam* (Act. xiii. 48). Unde idem iterum fidem nuncupat, *fidem electorum Dei* (Tit. i. 1). Et

iterum: *Fides est ex auditu, auditus autem per verbum Dei* (Rom. x. 17). Alibi sæpe jubet orare pro fide.

4. Idem ille Apostolus *fidem* vocat *efficacem* et *sese exerentem per dilectionem* (Gal. v. 6). Illa conscientiam quoque pacificat, et liberum ad Deum aditum aperit, ut cum fiducia ad ipsum accedamus, et obtineamus ab eo utilia et necessaria. Eadem retinet nos in officio, quod Deo debemus et proximo, et in adversis patientiam firmat, et confessionem veram format atque facit, et, ut uno verbo omnia dicam, omnis generis bonos fructus et bona opera progignit (Gal. v. 22 sqq.).

5. Docemus enim, vere bona opera enasci ex viva fide, per Spiritum Sanctum, et a fidelibus fieri secundum voluntatem vel regulam Verbi Dei. Nam Petrus Apostolus: *Omni adhibito studio, inquit, subministrare in fide vestra virtutem, in virtute vero scientiam, in scientia vero temperantiam, etc.* (2 Pet. i. 5-7). Diximus autem antea, legem Dei, quæ voluntas Dei est, formulam nobis præscribere bonorum operum. Et Apostolus ait: *Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra, ut abstineatis ab immunditie, et ne quis opprimat aut fraudet in negotio fratrem suum* (1 Thess. iv. 4-6). Etenim non probantur Deo opera, et nostro arbitrio delecti cultus, quos Paulus nuncupat: *ἑτεροθρησκείας* (Col. ii. 18). De quibus et Dominus in Evangelio: *Frustra me colunt, ait, docentes doctrinas præcepta hominum* (Matt. xv. 9).

6. Improbamus ergo hujusmodi opera: adprobamus et urgemus illa, quæ sunt ex voluntate et mandato Dei. Illa ipsa fieri debent, non ut his promereamur vitam æternam. Donum Dei enim est, ut Apostolus ait, vita æterna, neque ad ostentationem, quam rejecit Dominus (Matt. vi.), neque ad quæstum, quem et ipsum rejecit (Matt. xxiii.), sed ad gloriam Dei, ad ornandam vocationem nostram, gratitudinemque Deo præstandam, et ad utilitatem proximi. Rursus enim Dominus noster in Evangelio dicit: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra opera bona, et glorificent Patrem, qui in cælis est* (Matt. v. 16). Sed et Apostolus Paulus: *Ambulate digne vocatione vestra* (Eph. iv. 1). Item: *Quidquid egeritis, inquit, aut sermone aut facto, omnia in nomine Jesu facite, gratias agentes Deo et Patri per illum* (Col. iii. 17). Idem: *Nemo, quod suum est, quærat, sed quisque quod alterius* (Phil. ii. 4). Et: *Discant et nostri, bona opera tueri ad necessarios usus, ut non sint infrugiferi* (Tit. iii. 14).

7. Quamvis ergo doceamus cum Apostolo, hominem gratis justificari per fidem in Christum, et non per ulla opera bona, non ideo tamen vilipendimus aut condemnamus opera bona. Cum sciamus, hominem nec conditum nec regentum esse per fidem, ut otietur, sed potius, ut indesinenter, quæ bona et utilia sunt, faciat. Etenim in Evangelio dicit Dominus: *Bona arbor bonum fructum adfert* (Matt. xii. 33). Et iterum: *Quil in me manet, plurimum fructum adfert* (Joh. xv. 5). Denique Apostolus: *Dei sumus creatura, ait, conditi in Christo Jesu ad opera bona, quæ præparavit Deus, ut in eis ambulamus* (Eph. ii. 10). Et iterum: *Qui tradidit semetipsum pro nobis, ut redimeret ab omni iniquitate et mundaret sibi populum peculiarem, sectatorem bonorum operum* (Tit. ii. 14).

8. Damnamus itaque omnes, qui bona opera contemnunt, non curanda et inutilia esse blaterant. Interim, quod et antea dictum est, non sentimus, per opera bona nos servari, illaque ad salutem ita esse necessaria, ut absque illis nemo unquam sit servatus. Gratia enim soliusque Christi beneficio servamur. Opera necessario ex fide progignuntur. At improprie his salus attribuitur: quæ propriissime adscribitur gratiæ. Notissima enim est illa Apostoli sententia: *Si per gratiam, jam non ex operibus: quandoquidem gratia, jam non est gratia. Sin ex operibus, jam non ex gratia; quandoquidem jam opus, non est opus* (Rom. xi. 6).

9. Placent vero adprobanturque a Deo opera, quæ a nobis fiunt per fidem. Quia illi placent Deo, propter fidem in Christum, qui faciunt opera bona, quæ insuper per Spiritum Sanctum ex gratia Dei sunt facta. S. Petrus enim: *In quavis gente, inquit, qui timet ipsum et operatur justitiam, is acceptus est illi* (Act. x. 35). Et Paulus: *Non desinimus orare pro vobis, ut ambuletis digne Domino, ut per omnia placeatis, in omni opere bono fructificantes* (Col. i. 9, 10). Itaque veras, non falsas aut philosophicas virtutes, vere bona opera et genuina Christiani hominis officia sedulo docemus, et quanta possumus, diligentia vehementiaque omnibus inculcamos, vituperantes omnium illorum et desidiam et hypocrisin, qui ore Evangelium laudant et profitentur, vita autem turpi dedecorant, proponentes hac in causa horribiles Dei minas, amplas denique promissiones Dei, et liberalia præmia, exhortando, consolando, et objurgando.

10. Etenim docemus, Deum bona operantibus amplam dare merce-

dem, juxta illam prophetæ sententiam: *Cohibe vocem tuam a fletu: quoniam erit merces operi tuo* (Jer. xxxi. 16). In Evangelio quoque dixit Dominus: *Gaudete et exultate, quia merces vestra multa est in caelis* (Matt. v. 12). *Et qui dederit uni ex minimis meis poculum aquæ frigide, amen dico vobis, non perdet mercedem suam* (Matt. x. 42). Referimus tamen mercedem hanc, quam Dominus dat, non ad meritum hominis accipientis, sed ad bonitatem, vel liberalitatem, et veritatem Dei promittentis atque dantis, qui, cum nihil debeat cuiquam, promisit tamen, se suis cultoribus fidelibus mercedem daturum: qui interim dat eis etiam, ut ipsum colant. Sunt multa præterea indigna Deo, et imperfecta plurima inveniuntur in operibus etiam sanctorum: quia vero Deus recipit in gratiam et complectitur propter Christum operantes, mercedem eis promissam persolvit. Alioqui enim justitiæ nostræ comparantur panno menstruato (Isa. lxiv. 6). Sed et Dominus dicit in Evangelio: *Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, servi inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus* (Luc. xvii. 10).

11. Tametsi ergo doceamus, mercedem dari a Deo nostris benefactis, simul tamen docemus cum Augustino, coronare Deum in nobis non merita nostra, sed dona sua. Et proinde quidquid accipimus mercedis, dicimus gratiam quoque esse, et magis quidem gratiam quam mercedem: quod, quæ bona facimus, per Deum magis, quam per nos ipsos facimus: et quod Paulus dicat: *Quid habes, quod non accepisti? Si vero accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* (1 Cor. iv. 7). Et quod hinc collegit beatus martyr Cyprianus: In nullo nobis gloriantum esse, quando nostrum nihil sit. Damnamus ergo illos, qui merita hominum sic defendunt, ut<sup>1</sup> evacuent gratiam Dei.

## CAP. XVII.

DE CATHOLICA ET SANCTA DEI ECCLESIA, ET UNICO CAPITE ECCLESIAE.  
[CONF. AUG., ART. VII., VIII.]

1. Quando autem Deus ab initio salvos voluit fieri homines, et ad agnitionem veritatis venire, oportet omnino semper fuisse, nunc esse, et ad finem usque seculi futuram esse Ecclesiam, id est, e mundo evo-

<sup>1</sup> Kindler reads *et for ut*—a typographical error.



catum vel collectum cœtum fidelium, sanctorum, inquam, omnium communionem, eorum videlicet, qui Deum verum, in Christo Salvatore, per verbum et Spiritum Sanctum vere cognoscunt et rite colunt, denique omnibus bonis per Christum gratuito oblati fide participant. Sunt isti omnes unius civitatis cives, viventes sub eodem Domino, sub iisdem legibus, in eadem omnium bonorum participatione. Sic enim hos *concives sanctorum et domesticos Dei* appellavit Apostolus (Eph. ii. 19): Sanctos appellans fideles in terris, sanguine Filii Dei sanctificatos (1 Cor. vi. 11). De quibus omnino intelligendus est Symboli articulus: Credo sanctam Ecclesiam Catholicam, sanctorum communionem.

2. Et cum semper unus modo sit Deus, unus Mediator Dei et hominum Jesus Messias, unus item gregis universi pastor, unum hujus corporis caput, unus denique Spiritus, una salus, una fides, unum testamentum vel fœdus; necessario consequitur unam duntaxat esse Ecclesiam: quam propterea Catholicam nuncupamus, quod sit universalis, et diffundatur per omnes mundi partes, et ad omnia se tempora extendat, nullis vel locis inclusa vel temporibus. Damnamus ergo Donatistas, qui Ecclesiam in nescio quos Africæ coarctabant angulos. Nec Romanensem adprobamus clerum, qui solam prope Romanam Ecclesiam venditat pro Catholica.

3. Diducitur quidem Ecclesia in partes vel species varias, non quod divisa aut divulsa sit in semetipsa, sed magis propter membrorum in ipsa diversitatem distincta. Aliam enim faciunt Ecclesiam militantem, aliam vero triumphantem. Militat illa adhuc in terris, et certat cum carne, cum mundo, et principe mundi hujus, diabolo, cum peccato atque morte. Hæc vero rude jam donata, in cœlo triumphat de istis devictis omnibus, et exultat coram Domino: nihilominus habent illæ inter sese communionem, vel conjunctionem.

4. Et militans in terris Ecclesia semper plurimas habuit particulares ecclesias, quæ tamen omnes ad unitatem Catholicæ Ecclesiæ referuntur. Hæc aliter fuit instituta ante legem inter patriarchas, aliter sub Mose per legem, aliter a Christo per Evangelium. Vulgo numerantur fere duo populi, Israelitarum videlicet et gentium, vel eorum, qui ex Judæis et gentibus collecti sunt in Ecclesiam, testamenta item duo, vetus et novum. Omnium tamen horum populorum una fuit et est societas, una salus in uno Messia, in quo ceu membra unius corporis

sub unum caput connectuntur omnes, in eadem fide, etiam de eodem cibo et potu spirituali participantes. Agnoscimus hic tamen diversa fuisse tempora, diversa symbola promissi et exhibiti Messiae, sublatisque caerimonialibus, lucem nobis illustriorem lucere, et dona auctiora donari, et libertatem esse pleniorum.

5. Hæc Ecclesia Dei sancta vocatur domus Dei viventis, exstructa ex lapidibus vivis et spiritualibus, et imposita super petram immotam, super fundamentum, quo aliud collocari non potest: et ideo nuncupatur etiam columna et basis veritatis (1 Tim. iii. 15). Non errat illa, quamdiu innititur petrae Christo et fundamento Prophetarum et Apostolorum. Nec mirum, si erret, quoties deserit illum, qui solus est veritas. Vocatur Ecclesia etiam virgo ac sponsa Christi, et quidem unica et dilecta. Apostolus enim: *Adjunxi vos*, inquit, *uni viro, ut virginem castam exhiberetis Christo* (2 Cor. xi. 2). Vocatur Ecclesia grex ovium sub uno pastore Christo, idque apud Ezechielem in Cap. XXXIV. et apud Joannem in Cap. X. Vocatur item corpus Christi, quia fideles sunt viva Christi membra, sub capite Christo.

6. Caput est, quod in corpore eminentiam habet, et unde corpus vitam haurit, cujus spiritu regitur in omnibus, unde et incrementa et, ut crescat, habet. Unicum item est corporis caput, et cum corpore habet congruentiam. Ergo Ecclesia non potest ullum aliud habere caput, quam Christum. Nam ut Ecclesia est corpus spirituale, ita caput habeat sibi congruens spirituale, utique oportet. Nec alio potest regi spiritu, quam Christi. Paulus quoque: *Ipse est caput*, inquit, *corporis ecclesiae, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit ipse in omnibus primus tenens* (Col. i. 18). Et idem iterum: *Christus est*, inquit, *caput ecclesiae, qui idem salutem dat corpori* (Eph. v. 23). Et rursus: *Qui est caput ecclesiae, ait, quæ corpus illius, complementum ejus, qui omnia in omnibus adimplet* (Eph. i. 22, 23). Item. *Adolescamus in illum per omnia, qui est caput, nempe Christus, in quo totum corpus, si compingatur, incrementum capit* (Eph. iv. 15, 16).

7. Non probamus ergo doctrinam cleri Romani, facientis suum illum Romanum Pontificem Catholicæ in terris ecclesiæ militantis pastorem universalem et caput summum, adeoque verum Christi vicarium, qui habeat in Ecclesia plenitudinem, ut vocant, potestatis, et dominium supremum.

8. Docemus enim, Christum Dominum esse et manere unicum pastorem universalem, summum item Pontificem coram Deo Patre, ac in Ecclesia ipsum omnia pontificis vel pastoris obire munia, ad finem usque sæculi, ideoque nullo indigere vicario, qui absentis est. Christus vero præsens est ecclesiæ, et caput vivificum. Hic Apostolis suis Apostolorumque successoribus primatum et dominium in Ecclesia severissime prohibuit. [Quicumque ergo huic illustri veritati contradicentes reluctantur, et in Ecclesiam Christi diversam inducunt gubernationem, quis non videat, eos illis potius esse ad censendos, de quibus Apostoli Christi vaticinantur, Petrus (2 Pet. ii.), et Paulus (Act. xx., 2 Cor. xi., et 2 Thess. ii.), et aliis quoque in locis?]<sup>1</sup>

9. Sublato autem capite Romano; nullam inducimus in Ecclesiam Christi ἀραξίαν, vel perturbationem: cum doceamus, gubernationem Ecclesiæ, ab Apostolis traditam, nobis sufficere ad retinendam in justo ordine Ecclesiam, quæ ab initio, dum hujusmodi capite Romano, quale hodie dicitur Ecclesiam conservare in ordine, caruit, atactica vel inordinata non fuit. Servat quidem caput Romanum tyrannidem suam, et corruptelam inductam in Ecclesiam: sed impedit interim, oppugnat, et, quantis potest viribus, excindit justam ecclesiæ reformationem.

10. Objicitur nobis, varia esse in ecclesiis nostris certamina atque dissidia, posteaquam se a Romana separarunt Ecclesia, proinde non esse eas Ecclesias veras. Quasi vero nullæ unquam fuerint in Ecclesia Romana sectæ, nulla unquam dissidia atque certamina, et quidem de religione, non tam in scholis, quam in cathedris sacris, in medio populi instituta. Agnoscimus sane, dixisse Apostolum: *Deus non est Deus dissensionis, sed pacis* (1 Cor. xiv. 33). Et: *Cum sit in vobis æmulatio et contentio, an non carnales estis?* (1 Cor. iii. 3). Negari tamen non potest, Deum fuisse in Ecclesia Apostolica, et Apostolicam Ecclesiam fuisse Ecclesiam veram, in qua tamen fuerunt concertationes et dissidia. Reprehendit enim Petrum Apostolum Apostolus Paulus, ab hoc dissidet Barnabas (Gal. ii.). Certamen grave exo-

---

<sup>1</sup> The passage inclosed in brackets was substituted by Bullinger for the following passage: 'Quæ vero Romanenses fingunt de ministeriali capite et titulo servi servorum Dei, minime recipimus. Experimur enim voces illas inanes jactari, et papam sese constituere adversarium Christi et efferre se adversus Deum, adeo ut in templo Dei sedeat ostentans se ipsum esse Deum. 2 Thess. ii.' See Niemeyer, p. 501.

ritur in Ecclesia Antiochena inter eos, qui unum Christum prædicabant: sicut commemorat Lucas in Actis Apost., Cap. XV. Gravia semper fuerunt in Ecclesia certamina, et disseuserunt inter sese de rebus non levibus doctores ecclesiæ præclarissimi, ut ex his contentionibus interim Ecclesia non id esse desineret, quod erat. Ita enim placet Deo, dissidiis ecclesiasticis uti, ad gloriam nominis sui, ad illustrandam denique veritatem, et ut qui probati sunt, manifesti fiant.

11. Ceterum, ut non agnoscimus aliud caput Ecclesiæ quam Christum, ita non agnoscimus quamlibet Ecclesiam, quæ se venditat pro vera, veram esse Ecclesiam; sed illam docemus veram esse Ecclesiam, in qua signa vel notæ inveniuntur Ecclesiæ veræ, imprimis vero Verbi Dei legitima vel sincera prædicatio, prout nobis est tradita in libris Prophetarum et Apostolorum, qui omnes ad Christum deducunt, qui in Evangelio dixit: *Oves meæ vocem meam audiunt, et ego cognosco eas, et sequuntur me, et ego vitam æternam do eis. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt, ab eo, quia non noverunt vocem alienorum* (Joh. x. 4, 5, 27, 28).

12. Et qui tales sunt in Ecclesia, hi unam habent fidem, unum spiritum, et idcirco unum solum Deum adorant, solum hunc in spiritu et veritate colunt, hunc ex toto corde et omnibus viribus solum diligunt, solum per Christum mediatorem et intercessorem unicum invocant, extra Christum fidemque in ipsum nullam quærunt justitiam et vitam; quia Christum solum caput et fundamentum Ecclesiæ agnoscunt, ac super hoc impositi quotidie se pœnitentia reparant, patientia impositam ipsis crucem ferunt, sed et caritate non ficta cum omnibus Christi membris connexi, hac se declarant discipulos esse Christi, perseverando in vinculo pacis atque unitatis sanctæ; simul et participant sacramentis a Christo institutis, et ab Apostolis traditis: neque his aliter utuntur, quam uti acceperunt a Domino. Notum est enim omnibus illud Apostoli: *Ego enim accepi a Domino, quod et tradidi vobis* (1 Cor. xi. 23). Proinde damnamus illas ecclesias, ut alienas a vera Christi Ecclesia, quæ tales non sunt, quales esse debere audivimus, utcunque interim jactent successionem episcoporum, unitatem, et antiquitatem. Quinimo præcipiunt nobis Apostoli, ut fugiamus idololatriam et Babylonem, et ne participemus cum hac, nisi et plagarum Dei participes esse velimus (1 Cor. x. 14, 21; 1 Joh. v. 21; Apoc. xviii. 4; 1 Cor. vi. 9).

13. Communionem vero cum Ecclesia Christi vera tanti facimus, ut negemus eos coram Deo vivere posse, qui cum vera Dei Ecclesia non communicant, sed ab ea se separant. Nam ut extra arcam Noë non erat ulla salus, pereunte mundo in diluvio, ita credimus, extra Christum, qui se electis in Ecclesia fruendum præbet, nullam esse salutem certam: et proinde docemus, vivere volentes non oportere separari a vera Christi Ecclesia.

14. Signis tamen commemoratis non ita arcte includimus Ecclesiam, ut omnes illos extra Ecclesiam esse doceamus, qui vel sacramentis non participant, non quidem volentes, neque per contemptum, sed necessitate potius inevitabili coacti, nolentes ab iis abstinent, aut iis carent: vel in quibus aliquando deficit fides, non tamen penitus exstinguitur, aut prorsus desinit: vel in quibus infirmitatis vitia atque errores inveniuntur. Scimus enim, Deum aliquot habuisse in mundo amicos, extra Israelis rempublicam. Scimus, quid populo Dei evenerit in captivitate Babylonica, in qua sacrificiis suis caruerunt annis septuaginta; scimus, quid evenerit S. Petro negatori, et quid quotidie evenire soleat electis Dei fidelibus, errantibus et infirmis. Scimus præterea, quales Apostolorum temporibus fuerint Galatarum et Corinthiorum ecclesiæ, in quibus multa et gravia accusat Apostolus scelera, et tamen nuncupat easdem sanctas Christi ecclesias.

15. Quinimo fit aliquando, ut Deus justo iudicio veritatem verbi sui, fidemque Catholicam, et cultum Dei legitimum sic obscurari et convelli sinat, ut prope videatur exstincta, et nulla amplius superesse Ecclesia: sicuti factum videmus Eliæ et aliis temporibus. Interim habet Deus in hoc mundo et in hisce tenebris suos illos veros adoratores, nec paucos, sed septem millia ac plures (1 Reg. xix. 18; Apoc. vii. 4, 9). Nam et Apostolus clamat: *Solidum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc, novit Dominus, qui sunt sui!* etc. (2 Tim. ii. 19). Unde et Ecclesia invisibilis appellari potest, non, quod homines sint invisibiles, ex quibus Ecclesia colligitur, sed quod oculis nostris absconsa, Deo autem soli nota, iudicium humanum sæpe subterfugiat.

16. Rursus non omnes, qui numerantur in Ecclesia, sancti et viva atque vera sunt ecclesiæ membra. Sunt enim hypocritæ multi, qui foris Verbum Dei audiunt, et sacramenta palam percipiunt, Deum quoque per Christum invocare solum, Christum confiteri, justitiam suam unicam, Deum item colere, et caritatis officia exercere, patien-

tiaque in calamitatibus ad tempus perdurare videntur; sed intus vera Spiritus illuminatione, et fide animique sinceritate, et finali perseverantia destituuntur. Qui etiam, quales sint, tandem deteguntur fere. Joannes enim Apostolus: *Exierunt ex nobis, inquit, sed non erant ex nobis.* Nam si fuissent ex nobis, *permansissent utique nobiscum* (1 Joh. ii. 19). Et tamen, dum hi simulant pietatem, licet ex Ecclesia non sint, numerantur tamen in Ecclesia: sicuti proditores in republica, priusquam detegantur, numerantur et ipsi inter cives, et quemadmodum lolium vel zizania et palea inveniuntur in tritico, aut sicut strumæ et tumores inveniuntur in integro corpore, cum revera morbi et deformitates sint verius corporis, quam membra vera. Proinde Ecclesia Dei recte comparatur sagenæ, quæ omnis generis pisces attrahit, et agro, in quo inveniuntur et zizania et triticum. Ubi maxime cavere oportet, ne ante tempus judicemus, et excludere abjicereque, aut excindere conemur eos, quos Dominus excludi abjicereque non vult, aut quos sine jactura Ecclesiæ separare non possumus. Rursus vigilandum est, ne, stertentibus piis, impii proficiendo damnum dent Ecclesiæ (Matt. xiii. 25).

17. Observandum præterea diligenter docemus, in quo potissimum sit sita veritas et unitas Ecclesiæ, ne temere schismata excitemus, et in Ecclesia foveamus. Sita est illa non in cærimoniis et ritibus externis, sed magis in veritate et unitate fidei Catholicæ. Fides Catholica non est nobis tradita humanis legibus, sed Scriptura divina, cujus compendium est Symbolum Apostolicum. Unde legimus, apud veteres rituum fuisse diversitatem variam, sed eam liberam, qua nemo unquam existimavit dissolvi unitatem ecclesiasticam. In dogmatibus itaque et in vera concordique prædicatione Evangelii Christi, et in ritibus a Domino diserte traditis, dicimus veram Ecclesiæ constare concordiam; ubi illam maxime Apostoli sententiam urgemus. *Quotquot itaque perfecti sumus, hoc sentiamus. Quod si quid aliter sentitis, hoc quoque vobis Deus revelabit. Attamen in eo, ad quod pervenimus, eadem incedamus regula, et itidem simus affecti* (Phil. iii. 15, 16).

## CAP. XVIII.

## DE MINISTRIS ECCLESIE, IPSORUMQUE INSTITUTIONE ET OFFICIIS. [CONF. AUG., ART. XIV.]

1. Deus ad colligendam vel constituendam sibi Ecclesiam, eandemque gubernandam et conservandam, semper usus est ministris, iisque utitur adhuc, et utetur porro, quoad Ecclesia in terris fuerit. Ergo ministrorum origo, institutio et functio vetustissima et ipsius Dei, non nova aut hominum est ordinatio. Posset sane Deus sua potentia immediate sibi adungere ex hominibus Ecclesiam, sed maluit agere cum hominibus per ministerium hominum. Proinde spectandi sunt ministri, non ut ministri duntaxat per se, sed sicut ministri Dei, utpote per quos Deus salutem hominum operatur. Unde cavendum monemus, ne ea, quæ sunt conversionis nostræ et institutionis, ita occultæ virtuti Spiritus Sanctum attribuamus, ut ministerium ecclesiasticum evacuemus. Nam convenit nos semper esse memores verborum Apostoli: *Quomodo credent, de quo non audierunt? quomodo autem audient absque prædicante? Ergo fides est ex auditu, auditus autem per Verbum Dei* (Rom. x. 14, 17). Et quod Dominus dixit in Evangelio: *Amen, amen, dico vobis, qui recipit, quemcumque misero, me recipit, qui autem me recipit, recipit eum, qui me misit* (Joh. xiii. 20). Et quod vir Macedo per visionem Paulo in Asia agenti apparens, submonuit et dixit: *Profectus in Macedoniam, succurre nobis* (Act. xvi. 9). Alibi enim idem Apostolus dixit: *Dei sumus cooperarii, Dei agricolatio et ædificatio estis* (1 Cor. iii. 9).

2. Rursus tamen et hoc cavendum est, ne ministris et ministerio nimium tribuamus, memores etiam hic verborum Domini, dicentis in Evangelio: *Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit eum* (Joh. vi. 44), et verborum Apostoli: *Quis igitur est Paulus? quis autem Apollo, nisi ministri, per quos credidistis, et ut cuique Dominus dedit? Ego plantavi, Apollo rigavit: sed Deus dedit incrementum. Itaque non qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui dat incrementum Deus* (1 Cor. iii. 5-7). Credamus ergo, Deum Verbo suo nos docere foris per ministros suos, intus autem commovere electorum suorum corda ad fidem per Spiritum Sanctum; ideoque omnem gloriam totius hujus beneficii referendam esse ad Deum. Sed ea de re dictum est et primo capite hujus expositionis.

3. Et quidem ab initio mundi usus est Deus omnium præstantissimis in mundo (simplicibus quidem pluribus in mundana sapientia vel philosophia, sed excellentissimis in vera theologia) hominibus, Patriarchis videlicet, cum quibus non raro collocutus est per angelos. Fuerunt enim Patriarchæ sui seculi Prophetæ sive Doctores, quos Deus hoc nomine aliquot voluit secula vivere, ut essent veluti Patres et lumina orbis. Secutus est illos Moses cum Prophetis<sup>1</sup> per universum mundum celeberrimis.

4. Quid quod post hos misit Pater cœlestis Filium suum unigenitum, doctorem mundi absolutissimum, in quo est abscondita divina illa sapientia, et in nos derivata, per sacratissimam simplicissimamque et omnium perfectissimam doctrinam. Allegit enim ille sibi discipulos, quos fecit Apostolos. Hi vero exeuntes in mundum universum collegerunt ubique ecclesias per prædicationem Evangelii, deinde vero per omnes mundi ecclesias ordinarunt pastores atque doctores, ex præcepto Christi, per quorum successores hucusque Ecclesiam docuit ac gubernavit. Itaque ut Deus veteri populo dedit Patriarchas una cum Mose et Prophetis: ita novi testamenti populo misit suum unigenitum Filium una cum Apostolis et doctoribus ecclesiæ.

5. Porro ministri novi populi variis nuncupantur appellationibus. Dicuntur enim Apostoli, Prophetæ, Evangelistæ, Episcopi, Presbyteri, Pastores atque Doctores (1 Cor. xii. 3; Eph. iv. 11). Apostoli nullo certo consistebant loco, sed per orbem varias colligebant ecclesias. Quæ, ubi jam constitutæ erant, desierunt esse Apostoli, ac subierunt quique in sua ecclesia in locum istorum pastores. Prophetæ quondam, præscii futurorum, vates erant: sed et Scripturas interpretabantur, quales etiam hodie adhuc inveniuntur. Evangelistæ appellabantur scriptores Evangelicæ historiæ, sed et præcones Evangelii Christi; quomodo et Paulus Timotheum jubet implere opus Evangelistæ. Episcopi vero sunt inspectores vigilesque Ecclesiæ, qui victum et necessaria ecclesiæ dispensant. Presbyteri sunt seniores, et quasi senatores patresque Ecclesiæ, gubernantes ipsam consilio salubri. Pastores ovile Domini et custodiunt, et ei de rebus prospiciunt necessariis. Doctores erudiunt, et veram fidem pietatemque docent. Licebit ergo nunc ecclesiarum ministros nuncupare Episcopos, Presbyteros, Pastores atque Doctores.

6. Subsequentibus porro temporibus, multo plures in Ecclesiam Dei

<sup>1</sup> For *Prophetis* Niemeyer reads *prophetia*.



inductæ sunt nuncupationes ministrorum in Ecclesia. Alii enim ordinati sunt Patriarchæ, alii Archiepiscopi, alii Suffraganei, item Metropolitanæ, Archipresbyteri, Diaconi quoque, Subdiaconi, Acoluthi, Exorcistæ, Cantores, Janitores, et nescio, qui alii, ut Cardinales, Præpositi, et Priores, Patres minores et majores, ordines majores et minores. At de his omnibus nihil sumus nos solliciti, quales olim fuerint, aut nunc sint. Sufficit nobis Apostolica de ministris doctrina.

7. [Conf. Aug., de Abus. 6.] Ita cum sciamus certo, monachos et monachorum ordines vel sectas neque a Christo, neque ab Apostolis esse institutas; docemus, nihil eas ecclesiæ Dei utiles esse, imo perniciosas. Tametsi enim quondam (cum essent solitarii, et manibus sibi victum quærent, nec ullis essent oneri, sed pastoribus ecclesiarum ubique parerent, ut laici) fuerint tolerabiles, tamen nunc, quales sint, videt et sentit universus orbis. Prætexunt nescio quæ vota et vivunt votis suis vitam prorsus contrariam: ut prorsus optimi eorum inter eos numerari mereantur, de quibus dixit Apostolus: *Audimus quosdam versantes inter vos inordinate, nihil operis facientes, sed curiose agentes. Tales ergo nos in nostris ecclesiis nec habemus, nec in ecclesiis Christi habendos esse docemus* (2 Thess. iii. 11, 12).

8. Nemo autem honorem ministerii ecclesiastici usurpare sibi, id est, ad se largitionibus, aut nullis artibus, aut arbitrio proprio, rapere debet. Vocentur et eligantur electione ecclesiastica et legitima ministri ecclesiæ: id est, eligantur religiose ab Ecclesia, vel ad hoc deputatis ab Ecclesia, ordine justo, et absque turba, seditionibus et contentione. Eligantur autem non quilibet, sed homines idonei, eruditione justa et sacra, eloquentia pia, prudentiaque simplici, denique moderatione et honestate vitæ insignes, juxta canonem Apostolicum, qui ab Apostolo contextitur in 1 ad Tim. iii. et ad Tit. i. Et qui electi sunt, ordinantur a senioribus cum orationibus publicis, et impositione manuum. Damnamus hic omnes, qui sua sponte currunt, cum non sint electi, missi, vel ordinati (Jer. xxiii. 32). Damnamus ministros ineptos, et non instructos donis pastori necessariis.

9. Interim agnoscimus, quorundam in veteri Ecclesia pastorum simplicitatem innocuam plus aliquando profuisse ecclesiæ, quam quorundam eruditionem variam, exquisitam, delicatamque, sed paulo fastuosiore. Unde ne hodie quidem rejicimus simplicitatem quorundam probam, nec tamen omnino imperitam.

10. Nuncupant sane Apostoli Christi omnes in Christum credentes sacerdotes, sed non ratione ministerii, sed quod per Christum omnes fideles facti reges et sacerdotes, offerre possumus spirituales Deo hostias (Exod. xix. 6; 1 Pet. ii. 9; Apoc. i. 6). Diversissima ergo inter se sunt sacerdotium et ministerium. Illud enim commune est Christianis omnibus, ut modo diximus, hoc non item. Nec e medio sustulimus ecclesiæ ministerium, quando repudiavimus ex Ecclesia Christi sacerdotium papisticum.

11. Equidem in Novo Testamento Christi non est amplius tale sacerdotium, quale fuit in populo veteri, quod unctionem habuit externam, vestes sacras et cærimonias plurimas: quæ typi fuerunt Christi, qui illa omnia veniens et adimplens abrogavit. *Manet autem ipse solus sacerdos in æternum* (Ebr. v. 6); cui ne quid derogemus, nemini inter ministros sacerdotis vocabulum communicamus. Ipse enim Dominus noster non ordinavit ullos in Ecclesia Novi Testamenti sacerdotes, qui accepta potestate a suffraganeo, offerant quotidie hostiam, ipsam inquam carnem et ipsum sanguinem Domini pro vivis et mortuis, sed qui doceant et sacramenta administrent. Paulus enim simpliciter et breviter, quid sentiamus de Novi Testamenti vel de Ecclesiæ Christianæ ministris, et quid eis tribuamus, exponens: *Sic nos æstimet homo*, inquit, *ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei* (1 Cor. iv. 1). Proinde vult Apostolus, ut de ministris sentiamus, tanquam de ministris. Ἐπιπέρας vero nuncupavit Apostolus subremigatores, qui ad nauclerum unice respiciunt, vel homines non sibi, nec suo arbitrio, sed aliis viventes, Dominis inquam suis, a quorum mandatis omnino dependent. Nam minister Ecclesiæ totus et in omnibus suis officiis non suo arbitrio indulgere, sed illud duntaxat exsequi jubetur, quod in mandatis habet a suo Domino. Et in præsentī, quis sit Dominus, exprimitur, Christus, cui in omnibus ministerii negotiis sunt mancipati ministri.

12. Adjicit præterea, quo ministerium plenius explanet, ministros Ecclesiæ oconomos esse vel dispensatores mysteriorum Dei. Mysteria vero Dei multis in locis, imprimis ad Eph. iii. 3 appellavit Paulus Evangelium Christi. Mysteria nuncupavit etiam vetustas Christi sacramenta. Proinde in hoc sunt vocati ministri Ecclesiæ, ut Evangelium Christi adnuncient fidelibus, et sacramenta administrent. Alibi enim legimus in Evangelio *de fidei servo et prudente, quod eum Dominus*

*constituit super familiam suam, ut tempore opportuno det ei cibum suum* (Luc. xii. 42). Rursus proficiscitur alibi in Evangelio peregre homo, relinquens domum, et in hac dat servis suis potestatem vel substantiam suam, et suum cuique opus (Matt. xxv. 14 sqq.).

13. [Conf. Aug., de Abus. 7.] Nunc ergo commode dicemus etiam quædam de potestate et officio ministrorum Ecclesiæ. De potestate hac operosius quidam disputarunt, subdideruntque suæ potestati omnia in terris summa, idque contra mandatum Domini, qui suis dominium prohibuit, humilitatem autem maxinopere commendavit (Luc. xxii. 25; Matt. xviii. 1 sqq.; xx. 25). Revera alia quidem potestas est mera et absoluta, quæ et juris vocatur. Ea potestate Christo Domino universorum subjecta sunt omnia: sicuti ipse testatus est et dixit: *Data est mihi potestas in cælo et in terra* (Matt. xxviii. 18). Et iterum: *Ego sum primus et novissimus, ecce sum vivens in sæcula sæculorum, et habeo claves inferni et mortis* (Apoc. i. 17, 18). Item: *Ipse habet clavem David, qui aperit, et nemo claudit, claudit, et nemo aperit* (Apoc. iii. 7).

14. Hanc potestatem sibi servat Dominus, nec in alium quemquam transfert, ut ipse deinceps otiosus adsistat, operantibus ministris spectator. Jesaias enim: *Clavem domus David, inquit, ponam super humerum ejus* (Jes. xxii. 22), et iterum: *Cujus imperium erit super humerum ejus* (Jer. ix. 6). Nam gubernationem non injicit aliis in suos humeros, sed servat et utitur adhuc potestate sua, gubernans omnia. Alia porro potestas est officii vel ministerialis, limitata ab eo, qui plena utitur potestate. Ea ministerio, quam imperio similior est. Concedit enim Dominus aliquis œconomo suo potestatem in domum suam, quo nomine et claves dat, quibus intromittat in domum, vel ex domo excludat, quos Dominus vel intromitti vult, vel excludi. Juxta hanc potestatem facit minister ex officio, quod a Domino jussus est facere: et Dominus ratum habet, quod facit, ipsamque ministri sui factum, perinde ut suum vult æstimari atque agnosci.

15. Quo nimirum pertinent illæ Evangelicæ sententiæ: *Dabo tibi claves regni cælorum, et, quicquid adligaveris aut solveris in terra, adligatum aut solutum erit in cælis* (Matt. xvi. 19). Item: *Quorumcunque remiseritis peccata, remittentur eis, et quorumcunque retinueritis peccata, retenta erunt* (Joh. xx. 23). Nisi vero minister res omnes ita expediverit, sicut jussus est a Domino suo, sed limites fidei transilierit, sane irritum habetur a Domino, quod fecit. Proinde potestas eccle-

siastica ministrorum Ecclesiæ est functio illa, qua ministri Ecclesiam Dei gubernant quidem, verum omnia in Ecclesia sic faciunt, quemadmodum verbo suo præscripsit Dominus: quæ cum facta sunt, fideles tanquam ab ipso Domino facta reputant. Et de clavibus antea quoque dictum est nonnihil.

16. Data est autem omnibus in Ecclesia ministris una et æqualis potestas sive functio. Certe ab initio Episcopi vel Presbyteri Ecclesiam communi opera gubernaverunt; nullus alteri se prætulit, aut sibi ampliorem potestatem dominiumve in coëpiscopos usurpavit. Memores enim verborum Domini: *Qui voluerit inter vos primus esse, sit vester servus* (Luc. xxii. 26); continuerunt se in humilitate, et mutuis officiis iuverunt se invicem in gubernanda et conservanda Ecclesia. Interea propter ordinem servandum, unus aut certus aliquis ministrorum cœtum convocavit, et in cœtu res consultandas proposuit, sententias item aliorum collegit, denique, ne qua oriretur confusio, pro virili cavit.

17. Sic legitur fecisse in Actis App. S. Petrus, qui tamen ideo nec aliis fuit præpositus, nec potestate majore ceteris præditus. Rectissime enim Cyprianus, martyr, de simplicitate clericorum: Hoc erant utique, inquit, et ceteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi et honoris et potestatis; sed exordium ab unitate proficiscitur, ut Ecclesia una monstretur. Refert item S. Hieronymus non disparia in Comment. ad Ep. ad Tit. Pauli, et dicit: Antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, communi Presbyterorum consilio Ecclesiæ gubernabantur, postquam vero unusquisque eos, quos baptizaverat, suos putabat, non Christi, decretum est, ut unus de Presbyteris electus superponeretur ceteris, ad quem omnis ecclesiæ cura pertineret, et schismatum semina tollerentur. Hoc tamen decretum Hieronymus non pro divino venditat. Mox enim subjicit: Sicut Presbyteri sciunt, se ex ecclesiæ consuetudine, ei, qui sibi præpositus fuerit, esse subjectos: ita Episcopi noverint, se magis consuetudine, quam dispositionis Dominicæ veritate, Presbyteris esse majores, et in commune debere Ecclesiam regere. Hæc ille. Ideoque nemo jure prohibuerit ad veterem Ecclesiæ Dei constitutionem redire, et illam præ humana consuetudine recipere.

18. Officia ministrorum sunt varia, quæ tamen plerique ad duo restringunt, in quibus omnia alia comprehenduntur, ad doctrinam Christi Evangelicam, et ad legitimam sacramentorum administrationem. Ministrorum enim est congregare cœtum sacrum, in hoc exponere Ver-

bum Dei, et universam doctrinam accommodare ad rationem usumque Ecclesiæ, ut ea, quæ docentur, prosint auditoribus, et ædificent fideles. Ministrorum, inquam, est, docere imperitos, hortari item, et urgere ad progrediendum in via Domini cessantes, aut etiam tardius procedentes, consolari item et confirmare pusillanimes, munireque contra Satanæ tentationes varias, corripere peccantes, revocare in viam errantes, lapsos erigere, contradicentes revincere, lupos denique ab ovili Dominico abigere, scelera item et sceleratos prudenter et graviter increpare, neque connivere aut tacere ad conselerationem: sed et sacramenta administrare, usumque eorum justum commendare, et omnes ad illa percipienda per sanam doctrinam præparare, in unitate quoque sancta fideles conservare, et schismata prohibere, denique catechizare rudes, pauperum necessitatem commendare ecclesiæ, ægrotantes et variis impexos tentationibus visitare, instruere, et in via vitæ retinere: præterea orationes publicas, vel supplicationes necessitatis tempore, una cum jejuniis, id est, abstinencia sancta procurare; et omnia quæ pertinent ad ecclesiarum tranquillitatem, pacem et salutem, quam diligentissime curare.

19. Ut autem hæc omnia rectius faciliusque possit minister præstare, requiritur ab eo imprimis, ut sit Dei timens, oret sedulo, lectioni sacræ intendat, et in omnibus et semper vigilet, et puritate vitæ omnibus præluceat.

20. Cumque omnino oporteat esse in Ecclesia disciplinam, et apud veteres quondam usitata fuerit excommunicatio, fuerintque judicia ecclesiastica in populo Dei, in quibus per viros prudentes et pios exercebatur hæc disciplina, ministrorum quoque fuerit, ad ædificationem, disciplinam moderari hanc, pro conditione temporum, status publici, ac necessitate. Ubi semper tenenda est regula, omnia fieri debere ad ædificationem, decenter, honeste, sine tyrannide et seditione. Apostolus enim testatur: *Sibi a Deo traditam esse in Ecclesia potestatem ad ædificationem et non ad destructionem* (2 Cor. x. 8). Nam ipsemet Dominus vetuit, lolium in agro Dominico eradicari, quando periculum sit, ne et triticum evellatur (Matt. xiii. 29).

21. Ceterum exsecramur in præsentī Donatistarum errorem, qui doctrinam et administrationem sacramentorum, vel efficacem vel inefficacem, ex mala vel bona ministrorum vita æstimant. Scimus enim, vocem Christi audiendam esse vel ex malorum ministrorum ore.

Quando ipse Dominus dixit: *Quæ dicunt, facite, secundum opera autem eorum nolite facere* (Matt. xxiii. 3). Scimus, sacramenta ex institutione et per Verbum Christi sanctificari, et efficacia esse piis, tametsi offerantur ab indignis ministris. De qua re ex Scripturis multa contra Donatistas disputavit beatus Dei servus Augustinus.

22. Atqui debet interim justa esse inter ministros disciplina. Inquirendum enim diligenter in doctrinam et vitam ministrorum, in synodis. Corripiendi sunt peccantes a senioribus, et in viam reducendi, si sunt sanabiles, aut deponendi, et velut lupi abigendi sunt per veros Pastores a grege Dominico, si sunt incurabiles. Si enim sint pseudo-doctores, minime ferendi sunt. Neque vero et œcumenica improbamus concilia, si ad exemplum celebrentur Apostolicum, ad Ecclesiæ salutem, non perniciem.

23. Ministri quoque fideles omnes, ut boni operarii, mercede sua digni sunt, nec peccant, quando stipendium omniaque interim necessaria pro se et sua familia accipiunt. Nam Apostolus ostendit, hæc jure dari ab Ecclesia, et accipi a ministris, in 1 ad Cor. ix. et 1 ad Tim. v. et alibi quoque. Confutati sunt autem Apostolica doctrina et Anabaptistæ, qui ministros ex ministerio suo viventes damnant, et conviciis proscindunt.

#### CAP. XIX.

##### DE SACRAMENTIS ECCLESIE CHRISTI. [CONF. AUG., ART. XIII.]

1. Prædicationi verbi sui adjunxit Deus mox ab initio, in Ecclesia sua, sacramenta vel signa sacramentalia. Ita enim clare testatur universa Scriptura sacra. Sunt autem sacramenta symbola mystica, vel ritus sancti aut sacræ actiones, a Deo ipso institutæ, constantes verbo suo, signis, et rebus significatis, quibus in Ecclesia summa sua beneficia, homini exhibita, retinet in memoria, et subinde renovat, quibus item promissiones suas obsignat, et quæ ipse nobis interiorius præstat, exterius repræsentat, ac veluti oculis contemplanda subjicit, adeoque fidem nostram, Spiritu Dei in cordibus nostris operante, roborat et auget: quibus denique nos ab omnibus aliis populis et religionibus separat, sibi que soli consecrat et obligat, et quid a nobis requirat, significat.

2. Et sunt quidem alia veteris, alia novi populi sacramenta. Veteris populi sacramenta fuerunt circumcisio, et agnus paschalis, qui immo-

labatur: quo nomine ad sacrificia refertur, quæ fuerunt celebrata ab origine mundi. Novi populi sacramenta sunt baptismus, et cœna Dominica. Sunt, qui septem sacramenta novi populi numerent. Ex quibus nos pœnitentiam, ordinationem ministrorum, non papisticam quidem illam, sed Apostolicam, et matrimonium agnoscimus instituta esse Dei utilia, sed non sacramenta. Confirmatio et extrema unctio inventa sunt hominum, quibus nullo cum damno carere potest Ecclesia. Neque illa nos in nostris ecclesiis habemus. Nam habent illa quædam, quæ minime probare possumus. Nundinationem omnem, quam exercent Romanenses in dispensatione sacramentorum, omnino execramur.

3. Auctor autem sacramentorum omnium non est homo ullus, sed Deus solus. Homines sacramenta instituere non possunt. Nam pertinent illa ad cultum Dei. At hominum non est, instituere et formare cultum Dei; sed traditum a Deo recipere et custodire. Præterea habent symbola promissiones adjunctas, quæ requirunt fidem. Fides autem solo Dei Verbo innititur. Et Verbum Dei habetur instar tabularum vel literarum, sacramenta vero instar sigillorum: quæ literis Deus adpendit solus. Et ut Deus sacramentorum auctor est, ita perpetuo operatur in Ecclesia, in qua rite peraguntur sacramenta: adeo ut fideles, cum a ministris sacramenta percipiunt, agnoscant, operari Deum in suo instituto, ideoque sacramenta perinde, ac ex ipsius Dei manu percipere, et ipsis ministri vitium (si quod insigne ipsi insit) non obesse, quando agnoscant, sacramentorum integritatem dependere ab institutione Domini. Unde etiam discriminant aperte in administratione sacramentorum inter Dominum ipsum, et Domini ministrum, confitentes, sacramentorum res dari ab ipso Domino, symbola autem a Domini ministris.

4. Ceterum præcipuum illud, quod in omnibus sacramentis proponitur a Deo, et attenditur a piis omnibus omnium temporum (quod alii nuncupant substantiam et materiam sacramentorum) Christus est Servator, hostia illa unica, agnus item ille Dei mactatus ab origine mundi, petra quoque illa, de qua omnes majores nostri biberunt, per quem electi omnes circumciduntur sine manibus, per Spiritum Sanctum, abluunturque a peccatis suis omnibus, et aluntur vero corpore et sanguine Christi ad vitam æternam.

5. Et quantum quidem attinet ad illud, quod in sacramentis est præcipuum et res ipsa, paria sunt utriusque populi sacramenta. Nam

Christus unicus Mediator et Servator fidelium utrobique est illud præcipuum et ipsa res sacramentorum. Unus et idem Deus, utrobique horum est auctor. Utrique populo data sunt illa, ut signa adeoque obsignationes gratiæ et promissionum Dei, quæ in memoriam reducant, reparentque maxima Dei beneficia, quibus item fideles ab omnibus aliis orbis religionibus sejungerentur, denique quæ spiritualiter per fidem perciperentur, et percipientes obstringerent Ecclesiæ, et ipsos sui admonerent officii. In his inquam et similibus non disparia sunt utriusque populi sacramenta, quæ tamen in signis sunt diversa.

6. Et quidem constituimus etiam in his ampliorem differentiam. Nostra enim firmiora et magis durabilia sunt, utpote quæ in finem usque seculi nunquam mutabuntur. Sed et rem et promissionem completam vel perfectam in Christo testantur, quam complendam illa significabant. Simpliciora item sunt nostra et minus operosa, minus item sumptuosa et cærimoniis involuta. Pertinent præterea ad ampliorem populuum, per totum terrarum orbem dispersum: cumque etiam illustriora sint, et majorem (per Spiritum Sanctum) excitent fidem, insequitur etiam uberior spiritus copia.

7. Certe cum Christus verus Messias nobis sit exhibitus, et abundantia gratiæ<sup>1</sup> effusa in populum Novi Testamenti, abrogata sunt utique, ac desierunt veteris populi sacramenta, et subrogata sunt Novi Testamenti symbola, in locum circumcisionis, baptismus, et in locum agni Paschalis sacrificiorumque, cœna Dominica.

8. Sicut autem quondam sacramenta constabant verbo, signo et re significata, ita nunc quoque iisdem veluti partibus absolvuntur. Nam Verbo Dei fiunt, quæ antea non fuerunt, sacramenta. Consecrantur enim Verbo et sanctificata esse ostenduntur ab eo, qui instituit. Et sanctificare vel consecrare est, rem aliquam Deo sacrisque usibus dedicare, h. e. a communi vel profano usu segregare et sacro usui destinare. Sunt enim in sacramentis signa petita ex usu vulgari, res externæ et visibiles. In baptismo enim signum est elementum aquæ, ablutioque illa visibilis, quæ fit per ministrum. Res autem significata est regeneratio vel ablutio a peccatis. In cœna vero Domini signum est panis et vinum, sumptum ex communi usu cibi et potus. Res autem significata est ipsum traditum Domini corpus, et sanguis ejus

---

<sup>1</sup> Kindler reads '*et abundans gratia.*'



effusus pro nobis, vel communio corporis et sanguinis Domini. Proinde aqua, panis et vinum sua natura, et extra institutionem divinam ac usum sanctum, duntaxat id sunt, quod esse dicuntur, et experimur. Ceterum, si accedat Domini Verbum, cum invocatione divini nominis, et renovatione primæ institutionis et sanctificationis, signa ista consecrantur, et sanctificata a Christo esse ostenduntur. Manet enim semper efficax in Ecclesia Dei prima Christi institutio et consecratio sacramentorum adeo ut, qui non aliter celebrent sacramenta, quam ipse Dominus ab initio instituit, fruantur etiam nunc prima illa consecratione omnium præstantissima. Et ideo recitantur in celebratione sacramentorum ipsa verba Christi.

9. Et quoniam Verbo Dei discimus, quod signa hæc in alium finem sint instituta a Domino, quam usurpentur vulgo, ideo docemus, signa nunc in usu sacro usurpare rerum signatarum vocabula, nec appellari amplius aquam tantum, panem et vinum, sed etiam regenerationem vel lavacrum renovationis, item corpus et sanguinem Domini, vel symbola aut sacramenta corporis et sanguinis Domini; non quod symbola muteantur in res significatas, et desinant esse id, quod sunt sua natura. Alioqui enim sacramenta non essent, quæ re significata duntaxat constarent, signa non essent: sed ideo usurpant signa rerum nomina, quod rerum sacrarum sint symbola mystica, et signa et res significatæ inter se sacramentaliter conjungantur, conjungantur inquam, vel uniantur per significationem mysticam, et voluntatem vel consilium ejus, qui sacramenta instituit.

10. Non enim aqua, panis et vinum sunt signa vulgaria, sed sacra. Et qui instituit aquam baptismi, non ea voluntate consilioque instituit, ut fideles aqua duntaxat baptismi perfundantur: et qui jussit in cœna sacra panem edere, et vinum bibere, non hoc voluit, ut fideles panem et vinum tantum percipiant sine mysterio, sicut domi suæ panem manducant, sed ut rebus quoque significatis spiritualiter communicent, et vere per fidem abluantur a peccatis, et Christo participant.

11. Idcirco minime probamus eos, qui sanctificationem sacramentorum attribuunt, nescio, quibus characteribus, et recitationi, vel virtuti verborum pronuntiatorum a consecratore,<sup>1</sup> et qui habeat intentionem consecrandi, aut rebus aliis adventitiis, quæ neque Christi, neque Apo-

---

<sup>1</sup> Niemeyer: 'a consecrato.'

stolorum, vel verbo, vel exemplo nobis traduntur. Neque probamus eorum quoque doctrinam, qui de sacramentis perinde loquuntur, ut signis communibus, non sanctificatis aut efficacibus. Neque eos probamus, qui propter invisibilia aspernantur in sacramentis visibilia, adeoque signa sibi credunt fore supervacanea, quod rebus se jam frui arbitrantur, quales Messaliani fuisse dicuntur. Neque vero approbamus istorum quoque doctrinam, qui docent, gratiam et res significatas signis ita alligari et includi, ut quicumque signis exterius participant, etiam interius gratiæ rebusque significatis participes sint, quales quales sint.

12. Interim sicut a dignitate vel indignitate ministrorum non aestimamus integritatem sacramentorum, ita neque a conditione summentium. Agnoscimus enim sacramentorum integritatem ex fide vel veritate meraque bonitate Dei dependere. Sicut enim Verbum Dei manet verum Verbum Dei, quo non tantum verba nuda recitantur, dum prædicatur, sed simul a Deo offeruntur res verbis significatæ, vel adnunciatæ, tametsi impii vel increduli verba audiant, et intelligant, rebus tamen significatis non perfruantur: eo quod vera fide non recipiant: Ita sacramenta verbo, signis et rebus significatis constantia, manent vera et integra sacramenta, non tantum significantia res sacras, sed Deo offerente etiam res significatas, tametsi increduli res oblatas non percipiant. Fit hoc non dantis aut offerentis Dei vitio, sed hominum sine fide illegitimeque accipientium culpa: *Quorum incredulitas fidem Dei irritam non facit* (Rom. iii. 3).

13. Porro cum mox ab initio, quando expositum est, quid sint sacramenta, pariter et obiter explicatum sit, ad quid sint instituta; non est, quod semel dicta cum molestia repetantur. Consequenter ergo sigillatim dicemus de novi populi sacramentis.

## CAP. XX.

### DE SANCTO BAPTISMO. [CONF. AUG., ART. IX.]

1. Baptismus a Deo institutus et consecratus est, primusque baptizavit Joannes, qui Christum aqua in Jordano tinxit. Inde defluxit ad Apostolos, qui et ipsi aqua baptizarunt. Jussit hos manifeste Dominus Evangelium prædicare, et baptizare in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti (Matt. xxviii. 19); et Petrus ad Judæos interrogantes, quid facere deberent? dixit in Actis: *Baptizetur unusquisque ves-*

*trum in nomine Jesu Christi, ad remissionem peccatorum, et accipietis donum Spiritus Sancti* (Act. ii. 37, 38). Unde a nonnullis baptismus nuncupatus est signum initiale populi Dei, utpote quo iniantur Deo electi Dei.

2. Unus est duntaxat baptismus in Ecclesia Dei, et satis est semel baptizari vel initiari Deo. Durat autem semel susceptus baptismus per omnem vitam, et est perpetua obsignatio adoptionis nostræ. Etenim baptizari in nomine Christi est: inscribi, initiari et recipi in fœdus atque familiam adeoque in hæreditatem filiorum Dei, imo, jam nunc nuncupari nomine Dei, id est, appellari filium Dei, purgari item a sordibus peccatorum, et donari varia Dei gratia ad vitam novam et innocentem. Baptismus ergo in memoria retinet et reparat ingens Dei beneficium generi mortalium præstitum.

3. Nascimur enim omnes in peccatorum sordibus, et sumus filii iræ. Deus autem, qui dives est misericordia, purgat nos a peccatis gratuito, per sanguinem Filii sui, et in hoc adoptat nos in filios, adeoque fœdere sancto nos sibi connectit, et variis donis ditat, ut possimus novam vivere vitam. Obsignantur hæc omnia baptismo. Nam intus regeneramur, purificamur, et renovamur a Deo per Spiritum Sanctum: foris autem accipimus obsignationem maximorum donorum in aqua, qua etiam maxima illa beneficia repræsentantur et veluti oculis nostris conspicienda proponuntur. Ideoque baptizamur, id est, abluimur, aut adspergimur aqua visibili. Aqua enim sordes mundat, deficientia et æstuantia recreat et refrigerat corpora. Gratia vero Dei hæc animabus præstat, et quidem invisibiliter vel spiritualiter.

4. Separat item Deus nos baptismi symbolo ab omnibus alienis religionibus et populis, et sibi consecrat ceu peculium: nos itaque, dum baptizamur, confitemur fidem nostram et obstringimur Deo ad obedientiam et mortificationem carnis vitæque novitatem, adeoque inscribimur in sanctam Christi militiam, ut toto vitæ cursu pugnemus contra mundum, et Satanam, atque carnem propriam. Baptizamur præterea in unum Ecclesiæ corpus, ut cum omnibus membris Ecclesiæ pulchre in una et eadem religione mutisque officiis consentiamus.

5. Credimus perfectissimam esse baptizandi formam, qua Christus ipse baptizatus est, et qua baptizarunt Apostoli. Ergo, quæ humana inventionem postea adjecta et usurpata sunt in Ecclesia, non arbitramur necessaria esse ad perfectionem baptismi: cujus generis est exorcismus,

usus item ardentis luminis, olei, salis, sputi, et similium rerum, ut, quod baptismus singulis annis pluribus cærimoniis bis consecratur. Nos enim credimus, unum Ecclesiæ baptismum in prima Dei institutione sanctificatum esse, et consecrari per verbum, efficacemque esse nunc etiam propter primam Dei benedictionem.

6. Docemus, baptismum in Ecclesia non administrari debere a mulierculis, vel ab obstetricibus. Paulus enim removet mulierculas ab officiis ecclesiasticis. Baptismus autem pertinet ad officia ecclesiastica. Damnamus Anabaptistas, qui negant baptizandos esse infantulos recens natos a fidelibus. Nam juxta doctrinam Evangelicam horum est regnum Dei, et sunt in fœdere Dei; cur itaque non daretur eis signum fœderis Dei? cur non per sanctum baptismum initiarentur, qui sunt peculium et in Ecclesia Dei? Damnamus Anabaptistas et in aliis ipsorum dogmatibus, quæ contra Verbum Dei peculiariter habent. Non sumus ergo Anabaptistæ, neque cum eis in ulla re ipsorum communicamus.

## CAP. XXI.

## DE SACRA CŒNA DOMINI. [CONF. AUG., ART. X.]

1. Cœna Domini, quæ et mensa Domini, et eucharistia, id est, gratiarum actio nuncupatur, ideo cœna nuncupatur vulgo, quod a Christo in ultima illa cœna sua instituta sit, eamque adhuc repræsentet, ac in ipsa spiritualiter cibentur et potentur fideles. Auctor enim cœnæ Dominicæ non est angelus aut homo ullus, sed ipse Dei Filius, Dominus noster Jesus Christus, qui primus eam Ecclesiæ suæ consecravit. Durat autem ea consecratio vel benedictio adhuc apud omnes eos, qui non aliam cœnam, sed illam ipsam celebrant, quam Dominus instituit; ad quam verba cœnæ Domini recitant, et in omnibus ad unum Christum vera fide respiciunt, et cujus veluti manibus accipiunt, quod per ministerium ministrorum Ecclesiæ accipiunt.

2. Retinere vult Dominus ritu hoc sacro in recenti memoria maximum generi mortalium præstitum beneficium, nempe quod, tradito corpore, et effuso suo sanguine, omnia nobis peccata nostra condonavit, ac a morte æterna et potestate diaboli nos redemit, jam pascit nos sua carne et potat suo sanguine, quæ vera fide spiritualiter percepta, alunt nos ad vitam æternam. Et hoc tantum beneficium renovatur toties,

quoties cœna Domini celebratur. Dixit enim Dominus: *Hoc facite in mei commemorationem.* Obsignatur item hac cœna sancta, quod revera corpus Domini pro nobis traditum et sanguis ejus in remissionem peccatorum nostrorum effusus est, ne quid fides nostra vacillet.

3. Et quidem visibiliter hoc foris sacramento per ministrum representatur, et veluti oculis contemplandum exponitur, quod intus in anima invisibiliter per ipsum Spiritum Sanctum præstatur. Foris offertur a ministro panis, et audiuntur voces Domini: *Accipite, edite, hoc est corpus meum, accipite et dividite inter vos, bibite et hoc omnes, hic est sanguis meus.* Ergo accipiunt fideles, quod datur a ministro Domini, et edunt panem Domini, ac bibunt de poculo Domini: intus interim opera Christi per Spiritum Sanctum percipiunt etiam carnem et sanguinem Domini, et pascuntur his in vitam æternam. Etenim caro et sanguis Christi verus cibus et potus est ad vitam æternam; et Christus ipse, quatenus pro nobis traditus et Salvator noster est, illud præcipuum cœnæ est, nec patimur, quicquam aliud in locum ejus substitui.

4. Ut autem rectius et perspicacius intelligatur, quo modo caro et sanguis Christi sint cibus et potus fidelium, percipianturque a fidelibus ad vitam æternam, pauca hæc adjiciemus. Manducatio non est unius generis. Est enim manducatio corporalis, qua cibus in os percipitur ab homine, dentibus atteritur et in ventrem deglutitur. Hoc manducationis genere intellexerunt olim Capernaitæ sibi manducandam carnem Domini, sed refutantur ab ipso, Joann. cap. vi. Nam ut caro Christi corporaliter manducari non potest citra flagitium aut truculentiam, ita non est cibus ventris. Id quod omnes fateri coguntur. Improbamus canonem in decretis itaque pontificum: Ego Berengarius, etc. (De Consecratione, Distinct. 2). Neque enim credit vetustas pia, neque nos credimus, corpus Christi manducari ore corporis corporaliter vel essentialiter.

5. Est et spiritualis manducatio corporis Christi, non ea quidem, qua existimemus cibum mutari in spiritum, sed qua, manente in sua essentia et proprietate corpore et sanguine Domini, ea nobis communicantur spiritualiter, utique non corporali modo, sed spirituali, per Spiritum Sanctum, qui videlicet ea, quæ per carnem et sanguinem Domini pro nobis in mortem tradita parata sunt, ipsam, inquam, remissionem peccatorum, liberationem et vitam æternam, applicat et confert nobis, ita

nt Christus in nobis vivat et nos in ipso vivamus, efficitque, ut ipsum, quo talis fit cibus et potus spiritualis noster, id est, vita nostra, vera fide percipiamus.

6. Sicut enim cibus et potus corporalis corpora nostra non tantum reficiunt ac roborant, sed et in vita conservant: ita et caro Christi tradita pro nobis, et sanguis ejus effusus pro nobis, non tantum reficiunt et roborant animas nostras, sed etiam in vita conservant, non quatenus quidem corporaliter eduntur et bibuntur, sed quatenus spiritualiter nobis a Spiritu Dei communicantur, dicente Domino: *Et panis, quem ego dabo, caro mea est, quam dabo pro mundi vita.* Item: *Caro* (nimirum corporaliter manducato) *non prodest quidquam, spiritus est, qui vivificat.* Et: *Verba, quæ loquor vobis, spiritus et vita sunt* (Joh. vi. 51, 63). Et sicut oportet cibum in nosmetipsos edendo recipere, ut operetur in nobis, suamque in nobis efficaciam exserat, cum extra nos positus nihil nobis prosit: ita necesse est, nos fide Christum recipere, ut noster fiat, vivatque in nobis et nos in ipso. Dicit enim: *Ego sum panis vite. Qui venit ad me, non esuriet, et qui credit in me, non sitiet unquam.* Item: *Qui ederit me, vivet et ipse propter me: ac manet in me et ego in ipso* (Joh. vi. 51, 52).

7. Ex quibus omnibus claret, nos per spiritualem cibum minime intelligere imaginarium, nescio quem, cibum, sed ipsum Domini corpus pro nobis traditum, quod tamen percipiatur a fidelibus, non corporaliter, sed spiritualiter per fidem. In qua re sequimur per omnia doctrinam ipsius Salvatoris Christi Domini apud Joh. vi. Et hic esus carnis et potus sanguinis Domini ita est necessarius ad salutem, ut sine ipso nullus servari possit. Fit autem hic esus et potus spiritualis etiam extra Domini cœnam, et quoties, aut ubicunque homo in Christum crediderit. Quo fortassis illud Augustini pertinet: quid paras dentem et ventrem? crede, et manducasti.

8. Præter superiorem manducationem spiritualem est et sacramentalis manducatio corporis Domini, qua fidelis non tantum spiritualiter et interne participat vero corpore et sanguine Domini, sed foris etiam accedendo ad mensam Domini accipit visibile corporis et sanguinis Domini sacramentum. Prius quidem, dum credidit fidelis, vivificum alimentum percepit, et ipso fruitur adhuc, sed ideo, dum nunc sacramentum quoque accipit, non nihil accipit. Nam in continuatione communicationis corporis et sanguinis Domini pergit, adeoque magis

magisque incenditur et crescit fides, ac spirituali alimonia reficitur. Dum enim vivimus, fides continuas habet accessiones. Et qui foris vera fide sacramentum percipit, idem ille non signum duntaxat percipit, sed re ipsa quoque, ut diximus, fruitur. Præterea idem ille institutioni et mandato Domini obedit, lætoque animo gratias pro redemptione sua totiusque generis humani agit, ac fidelem mortis Dominicæ memoriam peragit, atque coram Ecclesia, cujus corporis membrum sit, attestatur; obsignatur item percipientibus sacramentum, quod corpus Domini non tantum in genere pro hominibus sit traditum, et sanguis ejus effusus, sed peculiariter pro quovis fidei communicante, cujus cibus et potus sit ad vitam æternam.

9. Cæterum qui nulla cum fide ad hanc sacram Domini mensam accedit, sacramento duntaxat communicat, et rem sacramenti, unde est vita et salus, non percipit. Et tales indigne edunt de mensa Domini. Qui autem indigne edunt de pane Domini et de poculo ejus bibunt, rei fiunt corporis et sanguinis Domini, et ad judicium sibi edunt et bibunt. Nam cum vera fide non accedant, mortem Christi contumelia adficiunt, et ideo damnationem sibi ipsis edunt et bibunt.

10. Ergo corpus Domini et sanguinem ejus cum pane et vino non ita conjungimus, ut panem ipsum dicamus esse corpus Christi, nisi ratione sacramentali, aut sub pane corporaliter latitare corpus Christi: ut etiam sub speciebus panis adorari debeat, aut quicumque signum percipiat, idem et rem percipiat ipsam. Corpus Christi in cœlis est ad dextram Patris. Sursum ergo elevanda sunt corda, et non defigenda in panem, nec adorandus Dominus in pane. Et tamen non est absens Ecclesiæ suæ celebranti cœnam Dominus. Sol absens a nobis in cœlo, nihilominus efficaciter præsens est nobis: quanto magis sol justitiæ Christus, corpore in cœlis absens nobis, præsens est nobis, non corporaliter quidem, sed spiritualiter per vivificam operationem, et ut ipse se nobis præsentem futurum exposuit in ultima cœna (Joh. xiv., xv., xvi.). Unde consequens est, nos non habere cœnam sine Christo, interim tamen habere cœnam incruentam et mysticam, sicuti universa nuncupavit vetustas.

11. Admonemur præterea celebratione cœnæ Dominicæ, ut memores simus, cujus corporis membra facti simus, et idcirco concordés simus cum omnibus fratribus, ut sancte vivamus, et non polluamus nos flagitiis et peregrinis religionibus, sed in vera fide in finem usque

vitæ perseverantes, studeamus excellere sanctimonia vitæ. Decet ergo, ut accessuri ad cenam, prius nos ipsos juxta præceptum Apostoli probemus, imprimis quali simus fide præditi, an credamus, Christum venisse, servandis peccatoribus et ad poenitentiam vocandis, et an quisque credat, se in horum esse numero, qui per Christum liberati servantur, et an mutare vitam pravam instituerit, ac vivere sancte, perseverareque, auxiliante Domino, in vera religione et in concordia cum fratribus, dignasque Deo pro liberatione agere gratias, etc.

12. Ritum, modum vel formam cœnæ, illam existimamus esse simplicissimam et præstantissimam, quæ proxime accedit ad primam Domini institutionem et apostolicam doctrinam: quæ videlicet constat annuntiatione verbi Dei, precibus piis, ipsa actione dominica et repetitione ejus, manducatione corporis et potu sanguinis domini, memoria item mortis dominicæ salubri, et gratiarum actione fidei, nec non sancta consociatione in corporis ecclesiastici unionem. Improbamus itaque illos, qui alteram speciem, poculum, inquam, domini, fidelibus subtraxerunt. Graviter enim hi peccant contra institutionem domini, dicentis: *Bibite ex hoc omnes*: Id quod ad panem, non ita expresse dixit.

13. Missa qualis aliquando apud veteres fuerit, tolerabilis an intolerabilis, modo non disputamus; hoc autem libere dicimus, missam, quæ hodie in usu est per universam Romanam Ecclesiam, plurimas et justissimas quidem ob causas in ecclesiis nostris esse abrogatam, quas sigillatim ob brevitatem nunc non commemoramus. Certe approbare non potuimus, quod ex actione salubri, spectaculum inane est factum, quod item facta est meritoria, vel celebrata pro pretio, quodque in ea sacerdos dicitur conficere ipsum Domini corpus, et hoc offerre realiter pro remissione peccatorum vivorum et mortuorum, adde et in honorem et celebrationem, vel memoriam sanctorum in cœlis, etc.

## CAP. XXII.

### DE CŒTIBUS SACRIS ET ECCLĒSIASTICIS.

1. Tametsi omnibus sacras literas privatim legere domi, et instruendo ædificare mutuum in vera religione liceat; ut tamen legitime annuncietur verbum Dei populo, et preces ac supplicationes fiant publice, sacramenta item celebrentur legitime, et collecta Ecclesiæ

VOL. III.—U



fiat in pauperes et omnes Ecclesiæ necessarios sumtus faciendos, aut usus sustentandos, necessarii sunt omnino cœtus sacri, vel ecclesiastici fidelium conventus. Constat enim, in Ecclesia Apostolica et primitiva huiusmodi cœtus esse ab omnibus piis frequentatos.

2. Quotquot hos aspernantur, et ab his sese segregant, religionem veram contemnunt, urgendique sunt a pastoribus et piis magistratibus, ne contumacius se segregare, et cœtus sacros aversari pergant. Sint vero cœtus ecclesiastici non occulti et obscuri, sed publici atque frequentes, nisi, persecutio hostium Christi et Ecclesiæ non sinat esse publicos. Scimus enim, quales fuerint quondam primitivæ Ecclesiæ cœtus in abditis locis, sub tyrannide Romanorum principum.

3. Sint autem loca, in quibus coeunt fideles, honesta et Ecclesiæ Dei per omnia cominoda. Deligantur ergo ædes amplæ, aut templa. Repurgentur tamen ab iis rebus omnibus, quæ Ecclesiam non decent. Instruantur autem omnia pro decoro, necessitate et honestate pia, ne quid desit, quod requiritur ad ritus et usus Ecclesiæ necessarios.

4. Sicut autem credimus, Deum non habitare in templis manu factis, ita propter verbum Dei et usus sacros scimus, loca Deo cultuique ejus dedicata non esse profana sed sacra, et qui in his versantur, reverenter et modeste conversari debere, utpote qui sint in loco sacro, coram Dei conspectu et sanctorum angelorum ejus. Longe itaque a templis et oratoriis Christianorum repellendus, est omnis vestium luxus, omnis superbia, et omnia, quæ humilitatem, disciplinam et modestiam dedecent christianam. Ac verus templorum ornatus non constat ebore, auro et gemmis, sed frugalitate, pietate, virtutibusque eorum, qui versantur in templo. Omnia autem decenter et ordine fiant in Ecclesia, omnia denique fiant ad ædificationem. Taceant ergo omnes peregrinæ linguæ in cœtibus sacris. Omnia proponantur lingua vulgari, et quæ eo in loco ab hominibus in cœtu intelligatur.

#### CAP. XXIII.

##### DE PRECIBUS ECCLESIE, CANTU ET HORIS CANONICIS.

1. Licet sane privatim precari quavis lingua quam quis intelligat, sed publicæ preces in sacris cœtibus vulgari lingua vel omnibus cognita fieri debent. Oratio fidelium omnis per solum Christi interventum soli Deo fundatur ex fide et caritate. Divos cœlites invocare,

aut his uti pro intercessoribus, prohibet sacerdotium Christi Domini et vera religio. Orandum est autem pro magistratu, pro regibus aut omnibus in eminentia constitutis, pro ministris Ecclesiæ et omnibus necessitatibus ecclesiarum. In calamitatibus vero et potissimum Ecclesiæ, absque intermissione, et privatim et publice precandum est.

2. Sponte item precandum est, non coacte, neque pro ullo pretio. Neque decet orationem superstitiose adstrictam esse loco, quasi alibi non liceat, nisi in templo precari. Neque oportet preces publicas, quoad formam et tempus, in omnibus ecclesiis esse pares. Libertate enim sua utantur Ecclesiæ quælibet. Socrates in historia, In omnibus, ubique regionibus, inquit, non poteris invenire duas ecclesias, quæ orando plene consentiant. Hujusmodi discrepantiæ autores eos esse puto, qui singulis temporibus ecclesiis præfuerunt. Si tamen sunt congruentes, maximopere commendandum id et aliis imitandum videtur.

3. Sed et modum esse decet, ut in re quavis, ita et in precibus publicis, ne nimis sint prolixæ et molestæ. Cedant ergo potiores partes in cœtibus sacris doctrinæ evangelicæ, caveaturque, ne nimis prolixis precibus fatigetur in cœtu populus, ut cum audienda est prædicatio Evangelii, vel egredi ex cœtu, vel hunc in universum solvi cupiant defatigati. Talibus in concione nimis videtur prolixum esse, quod alias succinctum est satis. Nam et concionatores modum tenere decet.

4. Sic et cantus in cœtu sacro est moderandus, ubi is est in usu. Cantus, quem Gregorianum nuncupant, plurima habet absurda: unde rejectus est merito a nostris et pluribus ecclesiis. Si ecclesiæ sunt, quæ orationem fidelem legitimamque habent, cantum autem nullum habent, condemnari non debent. Non enim canendi commoditatem omnes habent ecclesiæ. Ac certum est ex testimoniis vetustatis, ut cantus usum fuisse vetustissimum in orientalibus ecclesiis, ita sero tandem receptum esse ab occidentalibus.

5. Horas canonicas, id est, preces ad certas in die horas compositas, a Papistis cantatas aut recitatas, nescivit vetustas: quod ex ipsis horarum lectionibus et argumentis pluribus demonstrari potest. Sed et absurda non pauca habent, ut nihil dicam aliud, proinde omittuntur recte ab ecclesiis substituentibus in locum ipsarum res salutares Ecclesiæ Dei universæ.

## CAP. XXIV.

DE FERIIS, JEJUNIIS, CIBORUMQUE DELECTU. [CONF. AUG., DE ABUS. 5.]

1. Quanquam religio tempori non alligetur, non potest tamen abeque justa temporis distinctione vel ordinatione plantari et exerceri. Deligit ergo quævis ecclesia sibi tempus certum ad preces publicas et Evangelii prædicationem, nec non sacramentorum celebrationem. Non licet autem cuivis pro suo arbitrio Ecclesiæ ordinationem hanc convellere. Ac nisi otium justum concedatur religionis externæ exercitio, abstrahuntur certe ab eo negotiis suis homines.

2. Unde videmus in ecclesiis vetustis, non tantum certas fuisse horas in septimana constitutas cœtibus, sed ipsam diem dominicam ab ipsis Apostolorum temporibus, iisdem sacroque otio fuisse consecratam: quod etiam nunc recte propter cultum et caritatem, ab ecclesiis nostris custoditur. Observationi Judaicæ et superstitionibus nihil hic permittimus. Neque enim alteram diem altera sanctiorem esse credimus, neque otium Deo per se probari existimamus, sed et dominicam non sabbatum libera observatione celebramus.

3. Præterea si ecclesiæ pro Christiana libertate memoriam dominicæ nativitatis, circumcisionis, passionis et resurrectionis, ascensionis item in cœlum, et missionis Sancti Spiritus in discipulos religiose celebrent, maximopere approbamus. Festa vero hominibus aut divis instituta non probamus. Et sane pertinent feriæ ad tabulam legis primam, et sunt solius Dei: denique habent feriæ divis institutæ et a nobis abrogatæ, absurda, inutilia, minimeque toleranda plurima. Interim fatemur non inutiliter sanctorum memoriam, suo loco et tempore in sacris concionibus populo commendari, et omnibus sancta exempla sanctorum imitanda proponi.

4. Quanto vero gravius accusat Christi Ecclesia crapulam, ebrietatem, et omnem libidinem ac intemperantiam, tanto vehementius commendat nobis jejunium Christianum. Est enim jejunium aliud nihil, quam abstinentia et temperantia piorum, disciplina item, custodia, et castigatio carnis nostræ, pro necessitate præsentis suscepta, qua humiliamur coram Deo, et carni sua fomenta detrahimus, quo facilius libentiusque spiritui pareat. Proinde non jejunant, qui istorum nullam rationem habent, sed jejunare se credunt, si semel in die farciant ventrem, et certo vel præscripto tempore a certis abstineant cibis, existi-

mantes, hoc opere operato se Deo placere et bonum opus facere. Jejunium est adminiculum orationis sanctorum ac virtutum omnium. Non placuit Deo (ut videre est in Prophetarum libris), jejunium, quo a cibo non a sceleribus jejunabant Judæi.

5. Est autem publicum jejunium, et privatum. Celebrarunt olim jejunia publica calamitosis temporibus rebusque Ecclesiæ afflictis. Abstinebant in universum a cibo ad vesperam usque. Totum autem hoc tempus impendebant precibus sacris cultuique Dei et pœnitentiæ. Parum hæc abfuerunt a luctu: et frequens fit horum mentio in Prophetis, præcipue apud Joëlem (cap. ii.). Celebrari debet hujusmodi jejunium etiam hodie in rebus Ecclesiæ difficilibus. Privata jejunia suscipiuntur abs quovis nostrum, prout quisque senserit detrahi spiritui. Hactenus enim fomenta carni detrahit.

6. Omnia jejunia proficisci debent ex libero, spontaneoque spiritu et vere humiliato, nec composita esse ad plausum vel gratiam hominum consequendam, multo minus eo, ut per ipsa velit homo justitiam demereri. Jejunet autem in hunc finem quilibet, ut fomenta carni detrahat, et ferventius Deo inserviat.

7. Quadragesimale jejunium vetustatis habet testimonia, sed nulla ex literis Apostolicis: ergo non debet, nec potest imponi fidelibus. Certum est, quondam varias fuisse jejuniorum formas vel consuetudines. Unde Irenæus, scriptor vetustissimus, Quidam, inquit, putant uno tantum die observari debere jejunium, alii duobus, alii vero pluribus, nonnulli etiam quadraginta diebus. Quæ varietas observantiæ, non nostris nunc demum temporibus cœpit, sed multo ante nos, ex illis, ut opinor, qui non simpliciter, quod ab initio traditum est, tenentes, in alium morem, vel per negligentiam, vel per imperitiam postmodum decidere. Sed et Socrates historicus, Quia lectio nulla, inquit, de hoc invenitur antiqua, puto, Apostolos hoc singulorum reliquisse sententiæ, ut unusquisque operetur, non timore et necessitate, quod bonum est.

8. Jam vero, quoad delectum ciborum attinet, in jejniis arbitramur omne id detrahendum esse carni, unde redditur ferocior, et quo delectatur impensius, unde existunt fomenta carni, sive pisces sint, sive carnes, sive aromata, delitiæve aut præstantia vina. Alioqui scimus, creaturas Dei omnes conditas esse in usus et servitia hominum. *Omnia, quæ condidit Deus, bona sunt* (Gen. i. 31), et citra delectum, cum

timore Dei et justa moderatione usurpanda. Apostolus enim, *Omnia, inquit, mundis munda sunt* (Tit. i. 15). Item: *Omne, quod in macello venditur, edite, nihil interrogantes propter conscientiam* (1 Cor. x. 25). Idem Apostolus nominat *doctrinam eorum, qui jubent abstinere a cibis, doctrinam demoniorum. Cibos enim creasse Deum ad sumendum cum gratiarum actione fidelibus, et his, qui cognoverunt veritatem, quod quidquid creavit Deus, bonum sit, et nihil rejiciendum, si sumatur cum gratiarum actione, etc.* (1 Tim. iv. 1, 3, 4). Idem ad Colossenses reprobat eos, qui nimia abstinentia, sibi comparare volunt existimationem sanctitatis (Coloss. ii. 21, 23). Nos itaque in universum reprobamus Tatianos et Encratitas, omnes denique Eustathii discipulos, contra quos congregata est Gangrensis synodus.

## CAP. XXV.

## DE CATECHESI, ET ÆGROTANTIUM CONSOLATIONE VEL VISITATIONE.

1. Dominus veteri suo populo injunxit, maximam curam ut impenderent ab infantia recte instituendæ juventuti, adeoque mandavit diserte in lege sua, erudirent et sacramentorum mysteria interpretarentur. Cum autem ex Evangelicis et Apostolicis literis constet, Deum non minorem rationem habere novi sui populi pubis, cum palam testetur et dicat, *Sinite pueros venire ad me, talium enim est regnum cælorum* (Marc. x. 14), consultissime faciunt ecclesiarum pastores, qui juventutem mature et diligenter catechisant, prima fidei fundamenta jacentes, ac rudimenta religionis nostræ fideliter docentes, explicando decalogum mandatorum Dei, symbolum item Apostolorum, orationem quoque dominicam, et sacramentorum rationem, cum aliis ejus generis primis principiis, et religionis nostræ capitibus præcipuis. Fidem vero et diligentiam hic suam in adducendis ad catechismum liberis præstet Ecclesia, cupiens et gaudens liberos suos recte institui.

2. Cum vero nunquam gravioribus tentationibus expositi sunt homines, quam dum infirmitatibus exercentur aut ægrotant, morbis cum animi tum corporis fracti, nunquam sane convenit pastores ecclesiarum salutis sui gregis invigilare accuratius, quam in hujusmodi morbis et infirmitatibus. Visitent ergo mature ægrotantes, vocentur item mature ab ægrotantibus, siquidem res ipsa postulaverit: consolentur autem illos, et in vera fide confirmant, muniant denique contra perniciosas

Satanæ suggestiones: instituant item preces apud ægrotantem domesticas, ac si necesse sit, precentur pro ægrotantis salute etiam in cœtu publico curentque, quo feliciter ex hoc seculo migret. Papisticam visitationem cum sua illa unctione extrema, diximus superius, nos non approbare, quod absurda habeat, et a scriptura canonica non approbetur.

## CAP. XXVI.

## DE SEPULTURA FIDELIUM, CURAQUE PRO MORTUIS GERENDA, DE PURGATORIO, ET APPARITIONE SPIRITUUM.

1. Fidelium corpora, ut Spiritus Sancti templa, et quæ in ultimo die recte creduntur resurrectura, jubet scriptura honeste absque superstitione humo mandare, sed et honestam eorum, qui sancte in Domino obdormiverunt, mentionem facere, relictisque eorum, ut viduis et pupillis, omnia pietatis officia præstare: aliam non docemus pro mortuis curam gerere. Improbamus ergo maxime Cynicos, corpora mortuorum negligentes, aut quam negligentissime contemptissimeque in terram abjicientes, nunquam vel verbum bonum de defunctis facientes, aut relictos ipsorum ne tantillum quidem curantes.

2. Improbamus rursus nimis et præpostere officiosos in defunctos, qui instar Ethnicorum suos deplangunt mortuos (luctum moderatum, quem Apostolus (1 Thess. iv.) concessit, non vituperamus, inhumanum esse judicantes, prorsus nihil dolere), et pro mortuis sacrificant, et preculas certas, non sine pretio, demurmurant, hujusmodi suis officiis liberaturi suos illos ex tormentis, quibus a morte inmersos, et inde rursus liberari posse hujusmodi næniis arbitrantur.

3. Credimus enim, fideles recta a morte corporea migrare ad Christum, ideoque viventium suffragiis aut precibus pro defunctis, denique illis suis officiis nihil indigere. Credimus item, infideles recta præcipitari in tartara, ex quibus nullus impiis aperitur, ullis viventium officiis, exitus.

4. Quod autem quidam tradunt de igne purgatorio, fidei Christianæ: Credo remissionem peccatorum et vitam æternam, purgationique plenæ per Christum, et Christi Domini hisce sententiis adversatur: *Amen, amen dico vobis, qui sermonem meum audit, et credit ei qui misit me, habet vitam æternam, et in judicium non veniet, sed transivit a morte in vitam* (Joh. v. 24). Item, *Qui lotus est, non opus habet,*

*nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus, et vos mundi estis* (Joh. xiii. 10).

5. Jam quod traditur de spiritibus vel animabus mortuorum apparentibus aliquando viventibus, et petentibus ab eis officia, quibus liberentur, deputamus apparitiones eas inter ludibria, artes et deceptiones diaboli, qui, ut potest se transfigurare in angelum lucis, ita satagit fidem veram vel evertere, vel in dubium revocare. Dominus in veteri testamento vetuit veritatem sciscitari a mortuis, et ullum cum spiritibus habere commercium (Deut. xviii. 10, 11). Epuloni vero pœnis mancipato, sicut narrat veritas evangelica, negatur ad fratres suos reditus: pronunciante interim divino oraculo, atque dicente, *Habent Mosen et Prophetas, audiant illos. Si Mosen et Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexit, credent* (Luc. xvi. 31).

#### CAP. XXVII.

##### DE RITIBUS ET CÆREMONIIS, ET MEDIIS. [CONF. AUG., ART. XV.]

1. Veteri populo traditæ sunt quondam cæremoniæ, ut pædagogia quædam, iis qui sub lege veluti sub pædagogo et tutore quodam custodiebantur, sed adveniente Christo liberatore, legeque sublata, *fideles sub lege amplius non sumus* (Rom. vi. 14), disparueruntque cæremoniæ, quas in Ecclesia Christi adeo retinere aut reparare noluerunt Apostoli, ut aperte sint testati *se nullum onus velle imponere Ecclesiæ* (Act. xv. 28). Proinde Judaismum videremur reducere aut restituere, si in Ecclesia Christi, ad morem veteris Ecclesiæ, cæremonias, ritusve multiplicarem. Ideoque minime approbamus eorum sententiam, quibus visum est Ecclesiam Christi cohiberi oportere, ceu pædagogia quadam, multis variisque ritibus. Nam si populo Christiano Apostoli cæremonias vel ritus divinitus traditos imponere noluerunt, quis ergo sanæ mentis obtrudet illi adinventiones adinventas humanitus? Quanto magis accedit cumulo rituum in Ecclesia, tanto magis detrahitur non tantum libertati Christianæ, sed et Christo et ejus fidei: dum vulgus ea quærit in ritibus, quæ quæreret in solo Dei Filio Jesu Christo per fidem. Sufficiunt itaque piis pauci, moderati, simplices, nec alieni a verbo Dei ritus.

2. Quod si in ecclesiis dispares inveniuntur ritus, nemo ecclesias existimet ex eo esse dissidentes. Socrates, Impossibile fuerit, inquit,

omnes ecclesiarum, quæ per civitates et regiones sunt, ritus conscribere. Nulla religio eosdem ritus custodit, etiamsi eandem de illis doctrinam amplectatur. Etenim, qui ejusdem sunt fidei, de ritibus inter se dissentiunt. Hæc ille. Et nos hodie ritus diversos in celebratione cœnæ Domini et in aliis nonnullis rebus habentes in nostris ecclesiis, in doctrina tamen et fide non dissidemus, neque unitas societasque ecclesiarum nostrarum ea re discinditur. Semper vero ecclesiæ in hujusmodi ritibus, sicut mediis, usæ sunt libertate. Id quod nos hodie quoque facinus.

3. At cavendum interim monemus, ne inter media deputentur, ut quidem solent missam et usum imaginum in templo pro mediis reputare, quæ revera non sunt media. *Indifferens* (dixit ad Augustinum Hieron.) *illud est, quod nec bonum nec malum est, ut sive feceris, sive non feceris, nec justitiam habeas nec injustitiam.* Proinde cum *ἀδιαφορα* rapiuntur ad fidei confessionem, libera esse desinunt: sicuti Paulus ostendit, licitum esse carnibus vesci, si quis non submoneat, idolis esse litatas, alioqui fore illicitas, quod qui his vescitur, jam vescendo, idololatriam approbare videatur (1 Cor. viii. 10).

## CAP. XXVIII.

## DE BONIS ECCLESIAE.

1. Opes habet Ecclesia Christi ex munificentia principum ac liberalitate fidelium, qui facultates suas Ecclesiæ donarunt. Opus enim habet Ecclesia facultatibus, et habuit ab antiquo facultates ad res Ecclesiæ necessarias sustinendas. Ac vernus usus opum Ecclesiæ quondam fuit, et nunc est, conservare doctrinam in scholis, et cœtibus sacris, cum universo cultu, ritibus et ædificio sacro, conservare denique doctores, discipulos atque ministros, cum rebus aliis necessariis, et imprimis pauperibus juvandis atque alendis. Deligantur autem viri timentes Deum, prudentes, et in œconomia insignes, qui legitime bona dispensent ecclesiastica.

2. Si vero opes Ecclesiæ per injuriam temporis, et quorundam audaciam, incitiam, aut avaritiam translatae sunt in abusum, reducantur a viris piis et prudentibus ad sanctum usum. Neque enim connivendum est ad abusum maxime sacrilegum. Docemus itaque reformandas esse scholas et collegia corrupta in doctrina, in cultu, et in mori-



bus, ordinandamque esse pie, bona fide, atque prudenter pauperum subventionem.

## CAP. XXIX.

DE CÆLIBATU, CONJUGIO, ET ÆCONOMIA. [CONF. AUG., DE ABUS. 2.]

1. Qui cœlitus donum habent cœlibatus, ita ut ex corde, vel toto animo, puri sint ac continentes, nec urantur graviter, serviant in ea vocatione Domino, donec senserint se divino munere præditos, et ne efferant se cæteris, sed serviant Domino assidue, in simplicitate et humilitate. Aptiores autem hi sunt curandis rebus divinis, quam qui privatis familiæ negotiis distrahuntur. Quod si adempto rursus dono, unctionem senserint durabilem, meminerint verbi Apostolici: *Melius est nubere, quam uri* (1 Cor. vii.).

2. Conjugium enim (incontinentiæ medicina et continentia ipsa est) institutum est ab ipso Domino Deo, qui ei liberalissime benedixit, ac virum ac fœminam inseparabiliter sibi mutuam adhærere, et una in summa dilectione, concordiaque vivere voluit (Matt. xiii.). Unde sci- mus Apostolum dixisse: *Honorabile est conjugium inter omnes et cubile impollutum* (Heb. xiii. 4). Et iterum: *Si virgo nupserit, non peccavit* (1 Cor. vii.). Damnamus ergo polygamiam, et eos, qui secundas damnant nuptias. Docemus, contrahenda esse conjugia legitime in timore Domini, et non contra leges, prohibentes aliquot in conjugio gradus, ne incestæ fiant nuptiæ. Contrahantur cum consensu parentum, aut qui sunt loco parentum, ac in illum maxime finem, ad quem Dominus conjugia instituit et confirmentur publice in templo cum precatione et benedictione. Colantur denique sancte, cum maxima conjugum fide, pietate et dilectione, nec non puritate. Caveantur itaque rixæ, dissidia, libidines et adulteria. Constituantur legitima in Ecclesia judicia, et iudices sancti, qui tueantur conjugia, et omnem impudicitiam impudentiamque coërceant, et apud quos controversiæ matrimoniales transigantur.

3. Educentur quoque liberi a parentibus, in timore Domini: provideant item parentes liberis, memores Apostolicæ sententiæ: *Qui suis non prospicit, fidem abnegavit, et infideli est deterior* (1 Tim. v. 8). Imprimis autem doceant suos, quibus sese alant, artes honestas. abstrahant ab otio, et veram in his omnibus fiduciam in Deum ins-

rant, ne diffidentia aut securitate nimia aut avaritia foeda diffuant, nec ad ullum fructum perveniant.

4. Estque certissimum opera illa, quæ in vera fide fiunt a parentibus, per conjugii officia et œconomiam, esse coram Deo sancta et vere bona opera, et placere hæc Deo non minus, quam preces, jejunia, atque eleemosynas. Sic enim docuit et Apostolus in epistolis suis, præcipue vero ad Tim. et Titum. Numeramus autem cum eodem Apostolo inter dogmata Satanica illorum doctrinam, qui matrimonium prohibent, aut palam vituperant, vel oblique perstringunt, quasi non sanctum vel mundum sit.

5. Execramur autem cœlibatum immundum, libidines et fornicationes tectas et apertas hypocritarum, simulantium continentiam, cum omnium sint incontinentissimi. Hos omnes judicabit Deus. Divitias, et divites, si pii sunt et recte utantur divitiis, non reprobamus. Reprobamus autem sectam Apostolicorum, etc.

#### CAP. XXX.

#### DE MAGISTRATU. [CONF. AUG., ART. XVI.]

1. Magistratus omnis generis ab ipso Deo est institutus ad generis humani pacem ac tranquillitatem, ac ita, ut primum in mundo locum obtineat. Si hic sit adversarius Ecclesiæ, et impedire et obturbare potest plurimum. Si autem sit amicus, adeoque membrum Ecclesiæ, utilissimum excellentissimumque membrum est Ecclesiæ, quod ei permultum prodesse, eam denique peroptime juvare potest.

2. Ejus officium præcipuum est, pacem et tranquillitatem publicam procurare et conservare. Quod sane nunquam fecerit felicius, quam cum fuerit vere timens Dei ac religiosus, qui videlicet ad exemplum sanctissimorum regum principumque populi Domini, veritatis prædicationem et fidem sinceram promoverit, mendacia et superstitionem omnem cum omni impietate et idololatria exciderit ecclesiamque Dei defenderit. Equidem docemus religionis curam imprimis pertinere ad magistratum sanctum.

3. Teneat ergo ipse in manibus verbum Dei, et ne huic contrarium doceatur, procuret, bonis item legibus ad verbum Dei compositis moderetur populum, sibi a Deo creditum, eundemque in disciplina, officio, obedientiaque contineat. Judicia exerceat juste judicando, ne respi-

ciat personam, aut munera accipiat; viduas, pupillos et afflictos asserat, injustos, impostores et violentos coërceat atque adeo et excindat. *Neque enim frustra accepit a Deo gladium* (Rom. xiii. 4). Stringat ergo hunc Dei gladium in omnes maleficos, seditiosos, latrones vel homicidas, oppressores, blasphemos, perjuros et in omnes eos, quos Deus punire ac etiam cædere jussit. Coërceat et hæreticos (qui vere hæretici sunt) incorrigibiles, Dei majestatem blasphemare et Ecclesiam Dei conturbare, adeoque perdere non desinentes.

4. Quod si necesse sit, etiam bello populi conservare salutem, bellum, in nomine Dei suscipiat, modo prius pacem modis omnibus quæsierit, nec aliter nisi bello suos servare possit. Et dum hæc ex fide facit magistratus, illis ipsis operibus, ut vere bonis, Deo inservit, ac benedictionem a Domino accipit. Damnamus Anabaptistas, qui, ut Christianum negant fungi posse officio magistratus, ita etiam negant, quemquam a magistratu juste occidi, aut magistratum bellum gerere posse, aut juramenta magistratui præstanda esse, etc.

5. Sicut enim Deus salutem populi sui operari vult per magistratum, quem mundo veluti patrem dedit: ita subditi omnes, hoc Dei beneficium in magistratu agnoscere jubentur. Honorent ergo et revereantur magistratum, tanquam Dei ministrum: ament eum, faveant ei, et orent pro illo, tanquam pro Patre: obediant item omnibus ejus justis et æquis mandatis: denique pendant vectigalia atque tributa, et quæ hujus generis debita sunt, fideliter atque libenter. Et si salus publica patriæ vel justitia requirat, et magistratus ex necessitate bellum suscipiat, deponant etiam vitam, et fundant sanguinem pro salute publica magistratusque, et quidem in Dei nomine, libenter, fortiter et alacriter. Qui enim magistratui se opponit, iram Dei gravem in se provocat.

Damnamus itaque omnes magistratus contemptores, rebelles, reipublicæ hostes, et seditiosos nebulones, denique omnes, quotquot officia debita præstare, vel palam, vel arte renuunt.

---

Oramus Deum Patrem nostrum in cælis clementissimum, ut principibus populi, nobis quoque et universo populo suo benedicat, per Jesum Christum, Dominum et Servatorem nostrum unicum, cui laus et gloria ac gratiarum actio in sæcula seculorum. Amen.

## THE HEIDELBERG CATECHISM. A.D. 1563.

[The German text is that of the *third* edition, including the 80th Question (republished, with the old orthography, by Niemeyer, *Collectio Conf.* p. 390, and in the Tercentenary Edition of the German Reformed Church of the United States, 1863), compared with the *first* edition (accurately republished by A. Wolters, *Der Heidelb. Katechismus in seiner Urgehalt*, 1864), but in modern spelling, and with some accepted verbal improvements (such as, in Qu. 1, *beides im* for *beyde in*, *vollkommen* for *volkornlich*). The same text, with critical notes, various readings, and Scripture proofs, is given in the revised issue of my Tercentenary Edition (*Der Heidelb. Katechismus nach der Ausg. v. 1663 revidirt*, etc., Phila., 1866), for which I had the advantage of using the only extant copy of the *editio princeps*, then in possession of my friend, the late Rev. Dr. Treviranus, of Bremen, and bearing the name of its original owner (Prof. H. Wilcken, in Heidelberg, 1563).

The English version, which is much better than the one in common use, was prepared by an able committee, consisting of Rev. Drs. Gerhart, Nevin, Harbaugh, Kessler, Zacharias, and others, in the name and by direction of the Synod of the German Reformed Church of the United States, held in Harrisburg, Pa., 1869, and was published in very superior style, as a Tercentenary Edition, together with the German and Latin texts (of the third edition), and a valuable introduction by Dr. John W. Nevin, New York, 1868 (pp. 377). It is here inserted by permission of the translators. The German title below is an imitation of the title-page of the first edition, except the electoral arms. See a full fac-simile in my German edition, 1866.]

# Catechismus

Ober  
Christlicher Unterricht/  
wie der in Kirchen und Schu-  
len der Churfürstlichen  
Pfalz getrieben  
wirdt.



Gedruckt in der Churfürstl.  
chen Stadt Heidelberg durch  
Johann Mayer.  
1563

### Frage 1.

Was ist dein einiger Trost im Leben und im Sterben?

### Antwort.

Daß ich mit Leib und Seele, beides im Leben und im Sterben, nicht mein, sondern meines getreuen Heilandes Jesu Christi eigen bin, der mit seinem

# Catechism

or

## CHRISTIAN INSTRUCTION

as conducted in the Churches and Schools

of the

ELECTORAL PALATINATE.

Printed in the Electoral City

of Heidelberg by

JOHN MAYER.

1563.

### QUESTION 1.

What is thy only comfort in life and in death?

### ANSWER.

That I, with body and soul, both in life and in death, am not my own, but belong to my faithful Saviour Jesus Christ, who with his

theuren Blute für alle meine Sünden vollkommen bezahlet, und mich aus aller Gewalt des Teufels erlöset hat; und also bewahret, daß ohne den Willen meines Vaters im Himmel kein Haar von meinem Haupte kann fallen, ja auch mir alles zu meiner Seligkeit dienen muß. Darum er mich auch durch seinen heiligen Geist des ewigen Lebens versichert, und ihm forthin zu leben von Herzen willig und bereit macht.

## Frage 2.

Wie viele Stücke sind dir nöthig zu wissen, daß du in diesem Troste seliglich leben und sterben mögest?

## Antwort.

Drei Stücke: Erstlich, wie groß meine Sünde und Elend seien. Zum Andern, wie ich von allen meinen Sünden und Elend erlöset werde. Und zum Dritten, wie ich Gott für solche Erlösung soll dankbar sein.

## Der erste Theil.

## Von des Menschen Elend.

## Frage 3.

Woher erkennest du dein Elend?

## Antwort.

Aus dem Gesetze Gottes.

## Frage 4.

Was erfordert denn das göttliche Gesetz von uns?

## Antwort.

Dies lehret uns Christus in einer

precious blood has fully satisfied for all my sins, and redeemed me from all the power of the devil; and so preserves me that without the will of my Father in heaven not a hair can fall from my head; yea, that all things must work together for my salvation. Wherefore, by his Holy Spirit, he also assures me of eternal life, and makes me heartily willing and ready henceforth to live unto him.

## QUESTION 2.

How many things are necessary for thee to know, that thou in this comfort mayest live and die happily?

## ANSWER.

Three things: First, the greatness of my *sin* and *misery*. Second, how I am *redeemed* from all my sins and misery. Third, how I am to be *thankful* to God for such redemption.

## THE FIRST PART.

## OF MAN'S MISERY.

## QUESTION 3.

Whence knowest thou thy misery?

## ANSWER.

Out of the Law of God.

## QUESTION 4.

What does the Law of God require of us?

## ANSWER.

This Christ teaches us in sum,

Summa, Matthäi am 22sten: Du sollst lieben Gott, deinen Herrn, von ganzem Herzen, von ganzer Seele, von ganzem Gemüth und allen Kräften: dieß ist das vornehmste und größte Gebot. Das andere aber ist dem gleich: Du sollst deinen Nächsten lieben als dich selbst.—In diesen zweien Geboten hanget das ganze Gesetz und die Propheten.

Frage 5.

Kannst du dieß Alles vollkommen halten?

Antwort.

Nein: denn ich bin von Natur geneigt, Gott und meinen Nächsten zu hassen.

Frage 6.

Hat denn Gott den Menschen also böse und verkehrt erschaffen?

Antwort.

Nein: sondern Gott hat den Menschen gut und nach seinem Ebenbild erschaffen, das ist, in wahrhaftiger Gerechtigkeit und Heiligkeit; auf daß er Gott seinen Schöpfer recht erkenne, und von Herzen liebe, und in ewiger Seligkeit mit ihm lebe,<sup>1</sup> Ihn zu loben und zu preisen.

Frage 7.

Woher kommt denn solche verderbte Art des Menschen?

Antwort.

Aus dem Fall und Ungehorsam un-

*Matt. 22: Thou shalt love the Lord thy God with all thy heart, and with all thy soul, and with all thy mind, and with all thy strength. This is the first and great commandment; and the second is like unto it: Thou shalt love thy neighbor as thyself.—On these two commandments hang all the law and the prophets.*

QUESTION 5.

Canst thou keep all this perfectly?

ANSWER.

No; for I am by nature prone to hate God and my neighbor.

QUESTION 6.

Did God create man thus wicked and perverse?

ANSWER.

No; but God created man good, and after his own image—that is, in righteousness and true holiness; that he might rightly know God his Creator, heartily love him, and live with him in eternal blessedness, to praise and glorify him.

QUESTION 7.

Whence, then, comes this depraved nature of man?

ANSWER.

From the fall and disobedience

<sup>1</sup> See here the critical note in my German edition, p. 5.

ferer ersten Eltern, Adam und Eva, im Paradies, da unsere Natur also vergiftet worden, daß wir Alle in Sünden empfangen und geboren werden.

## Frage 8.

Sind wir aber dermaßen verderbt, daß wir ganz und gar untüchtig sind zu einigem Guten und geneigt zu allem Bösen?

## Antwort.

Ja: es sei denn, daß wir durch den Geist Gottes wiedergeboren werden.

## Frage 9.

Thut denn Gott dem Menschen nicht Unrecht, daß er in seinem Gesetz von ihm fordert, was er nicht thun kann?

## Antwort.

Nein: denn Gott hat den Menschen also erschaffen, daß er es konnte thun. Der Mensch aber hat sich und alle seine Nachkommen, aus Anstiftung des Teufels, durch muthwilligen Ungehorsam derselbigen Gaben beraubet.

## Frage 10.

Will Gott solchen Ungehorsam und Abfall ungestraft lassen hingehen?

## Antwort.

Mit nichten: sondern Er zürnet schrecklich, beides über angeborne und wirkliche Sünden, und will sie aus gerechtem Urtheil zeitlich und ewig strafen, wie Er gesprochen hat: Verflucht sei jedermann, der nicht bleibet in allem dem, das geschrieben steht im Buch des Gesetzes, daß er's thue.

of our first parents. Adam and Eve, in Paradise, whereby our nature became so corrupt that we are all conceived and born in sin.

## QUESTION 8.

But are we so far depraved that we are wholly unapt to any good, and prone to all evil?

## ANSWER.

Yes; unless we are born again by the Spirit of God.

## QUESTION 9.

Does not God, then, wrong man by requiring of him in his law that which he can not perform?

## ANSWER.

No; for God so made man that he could perform it; but man, through the instigation of the devil, by willful disobedience deprived himself and all his posterity of this power.

## QUESTION 10.

Will God suffer such disobedience and apostasy to go unpunished?

## ANSWER.

By no means; but he is terribly displeased with our inborn as well as actual sins, and will punish them in just judgment in time and eternity, as he has declared: *Cursed is every one that continueth not in all things which are written in the book of the law, to do them.*

## Frage 11.

Ist denn Gott nicht auch barmherzig?

Antwort.

Gott ist wohl barmherzig, Er ist aber auch gerecht. Deshalb erfordert seine Gerechtigkeit, daß die Sünde, welche wider die allerhöchste Majestät Gottes begangen ist, auch mit der höchsten, das ist, der ewigen Strafe, an Leib und Seele gestraft werde.

Der andere [zweite] Theil.

Von des Menschen Erlösung.

## Frage 12.

Da weil wir denn nach dem gerechten Urtheil Gottes zeitliche und ewige Strafe verdient haben: wie möchten wir dieser Strafe entgehen, und wiederum zu Gnaden kommen?

Antwort.

Gott will, daß seiner Gerechtigkeit genug geschehe; deswegen müssen wir derselben entweder durch uns selbst, oder durch einen Andern vollkommene Bezahlung thun.

## Frage 13.

Können wir aber durch uns selbst Bezahlung thun?

Antwort.

Mit nichten: sondern wir machen auch die Schuld noch täglich größer.

## Frage 14.

Kann aber irgend eine bloße Creatur für uns bezahlen?

Antwort.

Nein: denn erstlich will Gott an seiner andern Creatur strafen, was der

## QUESTION 11.

Is, then, God not also merciful?

ANSWER.

God is indeed merciful, but he is likewise just; wherefore his justice requires that sin, which is committed against the most high majesty of God, be also punished with extreme, that is, with everlasting punishment both of body and soul.

## THE SECOND PART.

## OF MAN'S REDEMPTION.

## QUESTION 12.

Since, then, by the righteous judgment of God we deserve temporal and eternal punishment, what is required that we may escape this punishment and be again received into favor?

ANSWER.

God wills that his justice be satisfied; therefore must we make full satisfaction to the same, either by ourselves or by another.

## QUESTION 13.

Can we ourselves make this satisfaction?

ANSWER.

By no means; on the contrary, we daily increase our guilt.

## QUESTION 14.

Can any mere creature make satisfaction for us?

ANSWER.

None; for, first, God will not punish, in any other creature, that



Mensch verschuldet hat. Zum andern, so kann auch keine bloße Creatur die Last des ewigen Zornes Gottes wider die Sünde ertragen, und andere davon erlösen.

## Frage 15.

Was müssen wir denn für einen Mittler und Erlöser suchen?

## Antwort.

Einen solchen, der ein wahrer und gerechter Mensch, und doch stärker denn alle Creaturen, das ist, zugleich wahrer Gott sei.

## Frage 16.

Warum muß Er ein wahrer und gerechter Mensch sein?

## Antwort.

Darum, weil die Gerechtigkeit Gottes erfordert, daß die menschliche Natur, die gesündigt hat, für die Sünde bezahlbar, aber Einer, der selbst ein Sünder wäre, nicht könnte für Andere bezahlen.

## Frage 17.

Warum muß Er zugleich wahrer Gott sein?

## Antwort.

Daß er aus Kraft seiner Gottheit die Last des Zornes Gottes an seiner Menschheit ertragen, und uns die Gerechtigkeit und das Leben erwerben und wieder geben möchte.

## Frage 18.

Wer ist aber derselbe Mittler, der zugleich wahrer Gott und ein wahrer gerechter Mensch ist?

## Antwort.

Unser Herr Jesus Christus, der

of which man has made himself guilty; and, further, no mere creature can sustain the burden of God's eternal wrath against sin, and redeem others therefrom.

## QUESTION 15.

What manner of mediator and redeemer, then, must we seek?

## ANSWER.

One who is a true and sinless man, and yet more powerful than all creatures; that is, one who is at the same time true God.

## QUESTION 16.

Why must he be a true and sinless man?

## ANSWER.

Because the justice of God requires that the same human nature which has sinned should make satisfaction for sin; but no man, being himself a sinner, could satisfy for others.

## QUESTION 17.

Why must he be at the same time true God?

## ANSWER.

*Confitemur atque agnoscimus unicum Deum, cui uni adhærere, uni servire, quem unum colere debeamus, in quo uno collocemus omnem spem salutis. Eundem etiam credimus æternum, infinitum, immensum, incomprehensibilem, omnipotentem, invisibilem; essentia quidem unum, in tres autem distinctum personas, Patrem, Filium, ac Spiritum sanctum. Per hunc Deum asseveramus atque etiam credimus quæcunque visibilia aut invisibilia cælo terraque continentur creata esse, constare, et inscrutabili*

<sup>1</sup> Deut. vi. 4; 1 Cor. viii. 6; Deut. iv. 35; Esai. xlv. 5, 6.

<sup>2</sup> 1 Tim. i. 17; 1 Kings viii. 27; 2 Chron. vi. 18; Psalm cxxxix. 7, 8; Gen. xvii. 1; 1 Tim. vi. 15, 16; Exod. iii. 14; v. 15.

<sup>3</sup> Matt. xxviii. 19; 1 John v. 7.



be ruled and guyded be his inscrutable Providence, to sik end, as his Eternall Wisdome, Gudnes, and Justice hes appoynted them, to the manifestatioun of his awin glorie.<sup>1</sup>

## ART. II.

## OF THE CREATION OF MAN.

We confesse and acknowledge this our God to have created man, to wit, our first father *Adam*, to his awin image and similitude, to whome he gave wisdome, lordship, justice, free-wil, and cleir knowledge of himselfe, sa that in the haill nature of man there culd be noted no imperfection.<sup>2</sup> Fra quhilk honour and perfection, man and woman did bothe fal: the woman being deceived be the Serpent, and man obeying the voyce of the woman, both conspyring against the Sovereigne Majestie of God, who in expressed words had before threatned deith, gif they presumed to eit of the forbidden tre.<sup>3</sup>

## ART. III.

## OF ORIGINAL SINNE.

Be quhilk transgressioun, commonlie called Original sinne, wes

*ejus providentia regi et gubernari: omniaque eo referri, quo ejus aeternae sapientiae, bonitati et justitiae visum est; nempe ad gloriae majestatisque ipsius illustrationem.*

## ART. II.

## DE CREATIONE HOMINIS.

*Credimus item et confitemur ab hoc nostro Deo, hominem, id est, humani generis primum parentem Adamum, ad imaginem et similitudinem ipsius fuisse creatum, Item ab eodem sapientia, imperio, justitia, libertate arbitrii, et perspicua ipsius cognitione donatum: adeo ut in universa hominis natura nil animadverti posset, quod non omni ex parte foret absolutum. Ab hac autem dignitate, et naturae perfectione vir mulierque exciderunt; vir a muliere, mulier a serpente decepta: vir mulieris voci obtemperans, uterque conjuratione inita adversus Dei majestatem, qui aperte antea mortem iis comminatus fuerat, si de arbore vetita gustassent.*

## ART. III.

## DE PECCATO ORIGINALI.

*Hac imperii contemptione, quod originale peccatum vulgo dici solet,*

<sup>1</sup> Gen. i. 1; Acts xvii. 28; Prov. xvi. 4.

<sup>2</sup> Gen. i. 26, 27, 28, etc.; Col. iii. 10; Eph. iv. 24.

<sup>3</sup> Gen. iii. 6; ii. 17.

the Image of God utterlie defaced in man, and he and his posteritie of nature become enimies to God, slaves to Sathan, and servandis unto sin.<sup>1</sup> In samekle that deith everlasting hes had, and sall have power and dominioun over all that have not been, ar not, or sal not be regenerate from above: quhilk regeneratioun is wrocht be the power of the holie Gost, working in the hartes of the elect of God, ane assured faith in the promise of God, reveiled to us in his word, be quhilk faith we apprehend Christ Jesus, with the graces and benefites promised in him.<sup>2</sup>

## ART. IV.

OF THE REVELATIOUN OF THE PROMISE.

For this we constantlie beleeve, that God, after the feirfull and horrible defectioun of man fra his obedience, did seek *Adam* againe, call upon him, rebuke his sinne, convict him of the same, and in the end made unto him ane most joyfull promise, to wit, *That the seed of the woman suld break down the serpents head*, that is, he suld destroy the works of the Devill. Quhilk promise, as it was repeated, and made mair cleare from time to time; so was it imbraced with joy,

*imago Dei in homine penitus oblitterata fuit: eaque contemptio, ipsum hominem totamque ejus posteritatem ita Deo inimicam, Sathane mancipium, et peccato reddidit obnoxiam, ut sempiterna mors dominata fuerit, atque adeo in posterum dominatura sit in omnes, qui non fuerint, sunt, aut erunt divinitus regenerati. Hæc autem regeneratio est actio Spiritus sancti, qui in corda eorum quos Deus elegit, constantem inserit fidem de promissis, quæ Deus verbo suo nobis revelavit: qua fide Jesum Christum, omnemque gratiam et beneficentiam in Christo nobis promissam apprehendimus.*

## ART. IV.

DE REVELATIONE PROMISSORUM.

*Constanter enim credimus, quod post formidabilem illam atque horrendam hominis ab obedientia Dei defectionem, rursus Deus Adamum requisierit, vocaverit nominatim, accusaverit, convicerit: denique promissione illa gaudii plena eum sic consolans promisit, Futurum ut semen mulieris caput serpentis contereret, hoc est, universa diaboli opera destrueret ac everteret. Hæc promissio, ut aliis atque aliis temporibus sæpe repetita fuit, ac dilucidius explicata, ita cum summa*

<sup>1</sup> Psalm li. 5; Rom. v. 10; vii. 5; 2 Tim. ii. 26; Eph. ii. 1, 2, 3.<sup>2</sup> Rom. v. 14, 21; vi. 23; John iii. 5; Rom. v. 1; Phil. i. 29.

and maist constantlie received of all the faithfull, from *Adam* to *Noe*, from *Noe* to *Abraham*, from *Abraham* to *David*, and so furth to the incarnation of *Christ Jesus*, all (we meane the faithfull Fathers under the Law) did see the joyfull daie of *Christ Jesus*, and did rejoyce.<sup>1</sup>

## ART. V.

OF THE CONTINUANCE, INCREASE, AND PRESERVATION OF THE KIRK.

We maist constantly beleve, that God preserved, instructed, multiplied, honoured, decored, and from death called to life, his Kirk in all ages fra *Adam*, till the cumning of *Christ Jesus* in the flesh.<sup>2</sup> For *Abraham* he called from his Fathers cuntry, him he instructed, his seede he multiplied;<sup>3</sup> the same he marvellouslie preserved, and mair marvellouslie delivered from the bondage and tyrannie of *Pharaoh*;<sup>4</sup> to them he gave his lawes, constitutions and ceremonies;<sup>5</sup> them he possessed in the land of *Canaan*;<sup>6</sup> to them after *Judges*,<sup>7</sup> and after *Saul*,<sup>8</sup> he gave *David* to be king,<sup>9</sup> to whome hee made promise, that of the fruite of his loynes suld ane

*laetitia recepta, et constanter credita est ab omnibus fidelibus, ab Adamo ad Noam, a Noa ad Abrahamum, ab Abrahamo ad Davidem, ac reliquis deinceps patribus, qui vixerunt sub lege fideles usque ad incarnationem Christi. Hi inquam omnes jucundissimos Jesu Christi dies viderunt, et gavisi sunt.*

## ART. V.

DE PERPETUA SUCCESSIONE, INCREMENTO ET CONSERVATIONE ECCLESIAE.

*Illud quoque constanter persuasum habemus, quod Deus cunctis deinceps aetatibus, ab Adamo ad Jesu Christi adventum in carnem, ecclesiam suam conservaverit, erudierit, multiplicaverit, honore affecerit, decoraverit, et a morte ad vitam evocaverit. Evocavit enim Abrahamum e patria, ac majorum suorum sedibus: eum erudiit, semen ejus multiplicavit, multiplicatum mirabiliter conservavit; mirabilius etiam e servitute ac tyrannide Pharaonis exemit. His (posteris Abrahami intelligimus) leges suas, instituta, et ceremonias dedit. Hos ad possidendam terram Canaan introduxit. His judices, his Saulem, his Davidem regem dedit: cui*

<sup>1</sup> Gen. iii. 9; iii. 15; xii. 3; xv. 5, 6; 2 Sam. vii. 14; Esai. vii. 14; ix. 6; Hag. ii. 7, 9; John viii. 56.

<sup>2</sup> Ezek. xvi. 6-14.

<sup>3</sup> Exod. i. etc.

<sup>4</sup> Jos. i. 3; xxiii. 4.

<sup>5</sup> 1 Sam. x.

<sup>6</sup> Gen. xii. etc.

<sup>7</sup> Exod. xx. etc.

<sup>8</sup> Judges i. etc.

<sup>9</sup> 1 Sam. xvi. 18.

sit for ever upon his regall seat.<sup>1</sup> To this same people from time to time he sent prophets, to reduce them to the right way of their God:<sup>2</sup> from the quhilk oftentimes they declined be idolatry.<sup>3</sup> And albeit that for their stubborne contempt of Justice, he was compelled to give them in the hands of their enemies,<sup>4</sup> as befoir was threatned be the mouth of *Moses*,<sup>5</sup> in sa meikle that the haly cittie was destroyed, the temple burnt with fire,<sup>6</sup> and the haill land left desolate the space of lxx years:<sup>7</sup> zit of mercy did he reduce them againe to *Jerusalem*, where the cittie and temple were reedified, and they against all temptations and assaultes of Sathan did abide, till the *Messias* come, according to the promise.<sup>8</sup>

## ART. VI.

OF THE INCARNATION OF CHRIST JESUS.

Quhen the fulnes of time came, God sent his Sonne, his eternall Wisdome, the substance of his awin glory in this warld, quha tuke the nature of man-head of the substance of woman, to wit, of a virgine, and that be operatioun of the holie Ghost: and so was borne the just

*promisit e fructu lumborum ejus futurum, qui perpetuo super regium ejus thronum sederet. Ad hanc ipsam gentem diversis subinde temporibus misit prophetas, qui eam in viam Dei sui reducerent: a qua sæpe ad idolorum cultus deflexerant. Et quantum ob protervum justitiæ contemptum sæpe eos potestati inimicorum permiserat (quemadmodum antea per Mosen comminatus erat) adeo ut sancta civitas eversa fuerit, templum incensum, ac universa eorum regio per spatium septuaginta annorum in vastam redacta solitudinem: nihilominus misericordia adductus, eos Hierosolymam reduxit; ac civitate instaurata, templo restituto, juxta promissionem eis factam, adversus omnes artes atque oppugnationes Satanae adventum ibi Messiae expectaverunt.*

## ART. VI.

DE INCARNATIONE JESU CHRISTI.

*Cum plenitudo temporis venisset, Deus Filium suum, æternam suam sapientiam, et gloriæ suæ substantiam misit in hunc mundum. Isque Filius, co-operante Spiritu Sancto, humanam assumpsit naturam ex femina, ejusdemque virginis, substantia. Atque ita editum*

<sup>1</sup> 2 Sam. vii. 12.<sup>2</sup> 2 Kings xvii. 13.<sup>3</sup> 2 Kings xvii. 14, 15, etc.<sup>4</sup> 2 Kings xxiv. 3, 4.<sup>5</sup> Deut. xxviii. 36, etc.<sup>6</sup> Jer. xxx; Ezra i. etc.; Hag. i. 14; ii. 7, 8, 9; Zech. iii. 8<sup>7</sup> 2 Kings xxv.<sup>8</sup> Dan. ix. 2.

seede of *David*, the Angell of the great counsell of God, the very *Messias* promised, whome we confesse and acknowledge *Emmanuel*, very God and very man, two perfit natures united, and joynd in one persoun.<sup>1</sup> Be quhilk our Confessioun we condemne the damnable and pestilent heresies of *Arius*, *Marcion*, *Eutyches*, *Nestorius*, and sik uthers, as either did denie the eternitie of his God-head, or the veritie of his humaine nature, or confounded them, or zit devided them.

## ART. VII.

WHY IT BEHOVED THE MEDIATOR TO BE VERY GOD AND VERY MAN.

We acknowledge and confesse, that this maist wonderous conjunction betwixt the God-head and the man-head in *Christ Jesus*, did proceed from the eternall and imminutable decree of God, from quhilk al our salvatioun springs and depends.<sup>2</sup>

## ART. VIII.

OF ELECTION.

For that same eternall God and Father, who of meere grace elected

*est justum illud semen Davidis, Angelus ille magni consilii. Idem verus fuit Christus in lege promissus; quem nos agnoscimus et confitemur Eminentem, verum Deum, verum hominem, unamque, quæ ex duabus perfectis naturis constet, personam. Hac itaque nostra confessione damnamus perniciosam et pestilentem Arii, Marchionis, Eutythis, Nestorii, et aliorum id genus hominum, hæresim, qui aut æternitatem divinitatis ejus negant, aut humanæ naturæ veritatem; aut utramque in eo naturam confundunt, aut separant.*

## ART. VII.

CUR OPORTEAT MEDIATOREM ET PACIFICATOREM VERUM ESSE DEUM ET VERUM HOMINEM.

*Agnoscimus item et fatemur, hanc maxime admirabilem divinitatis cum humanitate conjunctionem, ab æterno et immutabili Dei decreto profectam: unde omnis nostra salus emanat ac pendet.*

## ART. VIII.

DE ELECTIONE.

*Idem enim sempiternus Deus, ac Pater, qui ex mera sua gratia*

<sup>1</sup> Gal. iv. 4; Luke i. 31; Matt. i. 18; ii. 1; Rom. i. 8; Matt. i. 23; John i. 45; 1 Tim. ii. 5.

<sup>2</sup> Eph. i. 3, 4, 5, 6.

us in *Christ Jesus* his Sonne, befoir the foundatioun of the warld was laide,<sup>1</sup> appointed him to be our Head,<sup>2</sup> our Brother,<sup>3</sup> our Pastor, and great Bischop of our sauls.<sup>4</sup> Bot because that the enimitie betwixt the justice of God and our sins was sik, that na flesh be it selfe culd or might have attained unto God:<sup>5</sup> It behooved that the Sonne of God sould descend unto us, and tak himselve a bodie of our bodie, flesh of our flesh, and bone of our bones, and so become the Mediator betwixt God and man,<sup>6</sup> giving power to so many as beleve in him, to be the sonnes of God;<sup>7</sup> as himselve dois witesse, *I passe up to my Father, and unto zour Father, to my God, and unto zour God.*<sup>8</sup> Be quhilk maist holie fraternitie, quhatsaever wee have tynt in *Adam*, is restored unto us agayne.<sup>9</sup> And for this cause, ar we not affrayed to cal God our Father,<sup>10</sup> not sa meikle because he hes created us, quhilk we have common with the reprobate;<sup>11</sup> as for that, that he hes given to us his onely Sonne, to be our brother,<sup>12</sup> and given unto us grace, to acknowledge and imbrace him for our onlie

*nos in Christo Jesu Filio suo elegit, antequam mundi jactu essent fundamenta, cum nobis caput, fratrem, pastorem, ac magnum animorum nostrorum pontificem designavit. Sed quia tam aversa, atque inimica peccatis nostris erat Dei justitia, ut nulla per se caro ad Deum pervenire posset, Deum Filium oportuit ad nos descendere, et corpus e nostro corpore, carnem e carne, os ex ossibus assumere, atque ita idoneum mediatorem et pacificatorem inter Deum et hominem fieri; qui potestatem daret iis qui in eum crederent, ut filii Dei fierent, quemadmodum ipse testificatur, Vado ad Patrem meum, et Patrem vestrum, Deum meum, et Deum vestrum: ac per hanc sanctissimam fraternitatem, quicquid in Adamo amiseramus, iterum nobis est restitutum; ideoque Deum patrem nostrum appellare non dubitamus, non tam quod ab eo creati sumus id enim nobis cum reprobis est commune, quam quod indulserit, ut unicus ejus Filius frater nobis fieret: idque nobis gratificatus est, ut hunc unum interpretem et pacificatorem, ut est*

<sup>1</sup> Eph. i. 11; Matt. xxv. 34.

<sup>2</sup> Eph. i. 22, 23.

<sup>3</sup> Heb. ii. 7, 8, 11, 12.

<sup>4</sup> Heb. xliii. 20; 1 Pet. ii. 25: v. 4.

<sup>5</sup> Psalm cxxx. 8; cxliii. 2.

<sup>6</sup> 1 Tim. ii. 5.

<sup>7</sup> John i. 12.

<sup>8</sup> John xx. 17.

<sup>9</sup> Rom. v. 17, 18, 19.

<sup>10</sup> Rom. viii. 15; Gal. iv. 5, 6.

<sup>11</sup> Acts xvii. 26.

<sup>12</sup> Heb. ii. 11, 12. See above, note 3.

Mediatour, as before is said. It behooved farther the Messiah and Redeemer to be very God and very man, because he was to underlie the punishment due for our transgressions, and to present himself in the presence of his Fathers Judgment, as in our persone, to suffer for our transgression and inobedience,<sup>1</sup> he death to overcome him that was author of death. Bot because the onelie God-head culd not suffer death,<sup>2</sup> neither zit culd the onlie man-head overcome the samin, he joynd both together in one persone, that the imbecillitie of the ane, suld suffer and be subject to death, qnhilk we had deserved: And the infinit and invincible power of the uther, to wit, of the God-head, suld triumph and purchase to us life, libertie, and perpetuall victory:<sup>3</sup> And so we confesse, and maist undoubtedly beleeve.

## ART. IX.

OF CHRIST'S DEATH, PASSION, AND BURIAL.

That our Lord *Jesus* offered himselfe a voluntary Sacrifice unto his Father for us,<sup>4</sup> that he suffered contradiction of sinners, that he was wounded and plagued for our transgressions,<sup>5</sup> that hee being the

*superius memoratum, agnosceremus et amplecteremur. Præterea necesse erat, ut qui verus Messias et redemptor esset futurus, idem verus homo et verus esset Deus: quippe qui pœnas esset pensurus, quas nostro delicto commeriti eramus; et ante tribunal patris sese repræsentaturus esset, ut in pœna luenda pro nostro delicto et inobedientia, nostram sustineret personam, ac morte sua mortis autorem superaret. Et quia nec sola divinitas pati, nec sola humanitas vincere mortem poterat, utramque in unam coaptavit personam: ut alterius infirmitas morti, quam commerueramus esset obnoxia; alterius, id est divinitatis, invicta et immensa vis, de morte triumpharet, nobisque vitam, libertatem, ac perpetuam pareret victoriam. Atque sic confitemur, maximeque indubitanter credimus.*

## ART. IX.

DE MORTE PASSIONE, ET SEPULTURA CHRISTI.

*Item asseveramus, et pro certo persuasum habemus quod Dominus noster Jesus Christus Patri sese victimam ultro pro nobis obtulerit: quod a peccatoribus contumeliis sit vexatus, quod pro nostris*

<sup>1</sup> 1 Pet. iii. 18; Esa. liii. 8.<sup>2</sup> Acts ii. 24.<sup>3</sup> 1 John i. 2; Acts xx. 28; 1 Tim. iii. 16; John iii. 16.<sup>4</sup> Heb. x. 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12.<sup>5</sup> Esa. liii. 5; Heb. xii. 3.

cleane innocent Lambe of God,<sup>1</sup> was damned in the presence of an earthlie Judge,<sup>2</sup> that we suld be absolved befor the tribunal seat of our God.<sup>3</sup> That hee suffered not onlie the cruell death of the Crosse, quhilk was accursed be the sentence of God;<sup>4</sup> bot also that he suffered for a season the wrath of his Father,<sup>5</sup> quhilk sinners had deserved. Bot zit we avow that he remained the only welbeloved and blessed Sonne of his Father, even in the middest of his anguish and torment, quhilk hee suffered in bodie and saule, to mak the full satisfaction for the sinnes of the people.<sup>6</sup> After the quhilk we confesse and avow, that there remains na uther Sacrifice for sinne,<sup>7</sup> quhilk gif ony affirme, we nathing dout to avow, that they ar blasphemous against *Christs* death, and the everlasting purgation and satisfacioun purchased to us be the same.

## ART. X.

## OF THE RESURRECTION.

We undoubtedly beleeve, that in sa mekle as it wes impossible, that the dolours of death sulde reteine in bondage the Author of life,<sup>8</sup> that our LORD JESUS crucified, dead and

*peccatis vulnera passus, quod cum purus et innocens Dei agnus esset, ad tribunal terreni judicis fuerit damnatus, ut nos ante tribunal Dei nostri absolveremur: quod non modo mortem incruce atrocem, et Dei ore execratam subierit; sed, quam peccatores meruerant, iram patris ad tempus tulerit. Nihil tamen minus asseveramus, quod in medio etiam dolore et cruciatu, quos animo pariter et corpore pertulit (ut peccata hominum plene lueret), semper unice charus et benedictus patri filius esse perseveravit, Deinde fatemur atque etiam affirmamus, nullum post illud pro peccato restare sacrificium. Si qui autem contra affirmant, nihil dubitamus eos blasphemos adversus Christi mortem, et æternam ejus purgationem, ac satisfactionem, per quam sua morte patrem nobis placavit, asserere.*

## ART. X.

## DE RESURRECTIONE.

*Pro certo etiam credimus, quod quatenus fieri non poterat, ut mortis dolores perpetuam haberent potestatem adversus autorem vitæ, Dominus Jesus, qui cruci affixus,*

<sup>1</sup> John i. 29.<sup>2</sup> Matt. xxvii. 11, 26; Mark xv.; Luke xxiii.<sup>3</sup> Gal. iii. 13.<sup>4</sup> Deut. xxi. 23.<sup>5</sup> Matt. xxvi. 38, 39.<sup>6</sup> 2 Cor. v. 21.<sup>7</sup> Heb. ix. 12; x. 14.<sup>8</sup> Acts ii. 24.



buried, quha descended into hell, did ryse agayne for our Justification,<sup>1</sup> and destroying of him quha wes the Author of death, brocht life againe to us, that wer subject to death, and to the bondage of the same.<sup>2</sup> We know that his Resurrection wes confirmed be the testimonie of his verie Enemies,<sup>3</sup> be the resurrection of the dead, quhais sepulchres did open, and they did ryse, and appeared to mony, within the Cittie of *Jerusalem*.<sup>4</sup> It wes also confirmed be the testimonie of his Angels,<sup>5</sup> and be the senses and judgements of his Apostles, and of others, quha had conversatioun, and did eate and drink with him, after his Resurrection.<sup>6</sup>

## ART. XI.

## OF THE ASCENSION.

We nothing doubt, bot the self same bodie, quhilk was borne of the Virgine, was crucified, dead, and buried, and quhilk did rise againe, did ascend into the heavens, for the accomplishment of all thinges:<sup>7</sup> Quhere in our names, and for our comfort, he hes received all power in heaven and eirth,<sup>8</sup> quhere he sittes at the richt hand of the Father, inaugurate in his kingdome,

*mortuus et sepultus fuerat, quique ad inferos descenderat, iterum surrexit, ut nos justificaret: et autore mortis (cui æque ac morti eramus obnoxii) devicto, vitam nobis restituit. Scimus etiam resurrectionem ejus fuisse confirmatam acerbissimorum ipsius inimicorum testimoniis; item resurrectione mortuorum, qui apertis sepulchris revixerunt, ac in urbe Hierosolyma compluribus se videndos exhiberunt: Confirmata est etiam testimoniis angelorum, item apostolorum, qui eum viderunt et contractarunt; aliorum item complurium, qui post resurrectionem, consuetudine ejus usi familiariter, cum eo ederunt et biberunt.*

## ART. XI.

## DE ASCENSIONE.

*Neque dubitamus quin idem corpus, quod ex virgine natum, cruci affixum, mortuum, et resuscitatum fuerat, in cælum ascenderit, ut omnia impleret nostro nomine, et ad nostri consolationem accepit omnium potestatem in cælo et in terra; et regno suscepto sedet ad dextram patris, patronus et unicus intercessor pro nobis. Atque hanc gloriam, honorem et prærogativam*

<sup>1</sup> Acts iii. 26; Rom. vi. 5, 9; iv. 25.<sup>2</sup> Heb. ii. 14, 15.<sup>3</sup> Matt. xxviii. 4.<sup>4</sup> Matt. xxvii. 52, 53.<sup>5</sup> Matt. xxviii. 5, 6.<sup>6</sup> John xx. 27; xxi. 7, 12, 13; Luke xxiv. 41, 42, 43.<sup>7</sup> Luke xxiv. 51; Acts i. 9.<sup>8</sup> Matt. xxviii. 18.

Advocate and onlie Mediator for us.<sup>1</sup> Quhilk glorie, honour, and prerogative, he alone amonges the brethren sal posses, till that all his Enimies be made his futeftule,<sup>2</sup> as that we undoubtedlie beleeve they sall be in the finall Judgment: To the Execution whereof we certaine- lie beleve, that the same our Lord JESUS sall visiblie returne, as that hee was sene to ascend.<sup>3</sup> And then we firmly beleve, that the time of refreshing and restitution of all things sall cum,<sup>4</sup> in samekle that thir, that fra the beginning have suffered violence, injurie, and wrang, for richtheousnes sake, sal inherit that blessed immortalitie promised fra the beginning.<sup>5</sup>

Bot contrariwise the stubburne, in- obedient, cruell oppressours, filthie personis, idolaters, and all such sortes of unfaithfull, sal be cast in the dun- geoun of utter darkenesse, where their worme sall not die, nether zit their fyre sall bee extinguished.<sup>6</sup> The remembrance of quhilk day, and of the Judgement to be exe- cuted in the same, is not onelie to us ane brydle, whereby our carnal lustes are refrained, bot als wa sik inestimable comfort, that nether may the threatning of worldly

*ille unus e fratribus tenebit, donec ponat inimicos suos scabellum pedum suorum. Ibiq̄ credimus usque ad ultimum judicium, futurum; ad quod exercendum, credimus constanter eundem Dominum nostrum Jesum Christum visibilem, et qualis erat cum ascenderat, venturum: ac t̄m omnia instauratum et redintegratum iri, usque adeo, ut qui tolerarant [passi sunt] vim, contumelias, injurias, justitiæ ergo [propter justitiam], beatæ illius quæ ab initio promissa est immortalitatis fient heredes.*

*Contra protervi, inobedientes, cru- deles, violenti, impuri, idololatræ, ac cætera impiorum genera conjici- entur in carcerem tenebrarum exteriorum, ubi nec vermis eorum morietur, nec ignis extinguetur: cujus judicii exercendi dies, ejus- que memoria non solum nobis pro fræno est ad voluptates carnis co- ercendas, sed inestimabilis etiam animi confirmatio, quæ nos ita cor- roboret, ut neque minis principum terrenorum, neque mortis hujus momentanæ admoto metu, nec*

<sup>1</sup> 1 John ii. 1; 1 Tim. ii. 5.

<sup>2</sup> Psalm cx. 1; Matt. xxii. 44; Luke xx. 42, 48.

<sup>3</sup> Acts i. 11.

<sup>4</sup> Acts iii. 19.

<sup>5</sup> Matt. xxv. 34; 2 Thess. i. 4, etc.

<sup>6</sup> Rev. xxi. 27; Esa. lxvi. 24; Matt. xxv. 41; Mark ix. 44, 46, 48; Matt. xxii. 18.

Princes, nether zit the feare of temporal death and present danger, move us to renounce and forsake that blessed societie, quhilk we the members have with our Head and onelie Mediator CHRIST JESUS:<sup>1</sup> Whom we confesse and avow to be the Messias promised, the onlie Head of his Kirk, our just Lawgiver, our onlie hie Priest, Advocate, and Mediator.<sup>2</sup> In quhilk honoures and offices, gif man or Angell presume to intruse themselves, we utterlie detest and abhorre them, as blasphemous to our Sovereigne and supreme Governour CHRIST JESUS.

## ART. XII.

## OF FAITH IN THE HOLY GOSTE.

This our Faith and the assurance of the same, proceeds not fra flesh and blude, that is to say, fra na natural poweris within us, 'bot is the inspiration of the holy Gost:<sup>3</sup> Whome we confesse God equall with the Father and with his Sonne,<sup>4</sup> quha sanctifyis us, and bringis us in al veritie be his awin operation, without whome we sulde remaine for ever enemies to God, and ignorant of his Sonne *Christ Jesus*; for

*præsentia ulla periculi commoveamur, ut beatam illam dirimamus societatem quæ nobis, utpote membris, conflata est cum capite nostro, et unico intercessore Jesu Christo. Quem nos profitemur et asseveramus esse Messiam in lege promissum, unicum ecclesiæ suæ caput, justum nostrum legislatorem, unicum nobis summum pontificem, patronum, et pacificatorem. Ejus hos honores, atque hæc munera si quis hominum aut angelorum arroganter et superbe sibi attribuat, eum nos aspernamur, et detestamur velut blasphemum adversus supremum nostrum rectorem Jesum Christum.*

## ART. XII.

## DE FIDE IN SPIRITUM SANCTUM.

*Hæc nostra fides, ejusque certitudo, non a carne et sanguine proficiscitur, hoc est, a nulla quæ in nobis est vi et potentia naturali, sed ab inspiratione et instinctu Sancti Spiritus, quem nos item Deum confitemur æqualem Patri et Filio: qui nos sanctificat, qui omnem in nobis veritatem operatur, sine quo perpetuo maneremus inimici Deo, et Jesum Christum Filium ejus ignoraremus. Natura*

<sup>1</sup> 2 Pet. iii. 11; 2 Cor. v. 9, 10, 11; Luke xxi. 27, 28; John xiv. 1, etc.

<sup>2</sup> Esa. vii. 14; Eph. i. 22; Col. i. 18; Heb. ix. 11, 15; x. 21; 1 John. ii. 1; 1 Tim. ii. 5. See note 1, p. 13.

<sup>3</sup> Matt. xvi. 17; John xiv. 26; xv. 26; xvi. 13.

<sup>4</sup> Acts. v. 3, 4.

of nature we are so dead, so blind, and so perverse, that nether can we feill when we ar pricked, see the licht when it shines, nor assent to the will of God when it is revealed, unles the Spirit of the Lord *Jesus* quicken that quhilk is dead, remove the darknesse from our myndes, and bowe our stubburne hearts to the obedience of his blessed will.<sup>1</sup> And so as we confesse, that God the Father created us, when we were not,<sup>2</sup> as his Sonne our Lord *Jesus* redeemed us, when wee were eninies to him;<sup>3</sup> so also do we confesse that the holy Gost doth sanctifie and regenerat us, without all respect of ony merite proceeding from us, be it before, or be it after our Regeneration.<sup>4</sup> To speak this ane thing zit in mair plaine words: As we willingly spoyle our selves of all honour and gloir of our awin Creation and Redemption,<sup>5</sup> so do we also of our Regeneration and Sanctification, for of our selves we ar not sufficient to think one gude thocht, bot he quha hes begun the wark in us, is onlie he that continewis us in the same,<sup>6</sup> to the praise and glorie of his undeserved grace.<sup>7</sup>

*enim ita sumus mortui, obcæcati, depravati, ut neque stimulis confessi quicquam sentiamus, neque lumen oblatum videamus, neque cum voluntas Dei revelata est nobis, ei assentiamur; nisi Dei Spiritus, et mortuos ad vitam revocet, et a mentis nostræ oculis tenebras discutiat, et contumaces flectat animos, ut sanctæ ipsius voluntati pareamus. Et quemadmodum confitemur a Deo patre nos creatos, cum antea nihil essemus, ab Jesu Christo redemptos, cum inimici essemus; similiter fatemur nos a Spiritu Sancto renatos, et sanctificatos esse, nulla ratione habita meritorum nostrorum, sive quæ regenerationem præcesserint, sive quæ sequantur. Atque ut hanc rem paulo explicatius dicamus, quemadmodum non inviti nosmetipsos omni creationis et redemptionis nostræ gloria spoliamus; ita regenerationis et sanctificationis nostræ ne minimam quidem partem nobis nostrisque meritis arrogamus: nam naturæ nostræ sponte, ne ad cogitandum quidem quicquam boni sumus idonei; sed is qui bene operari in nobis cepit, idem solus etiam opus continuat ad gloriam et laudem nominis sui; quippe qui sua munera nobis gratis impartitur, non meritis vendit.*

<sup>1</sup> Col. ii. 13; Eph. ii. 1; John ix. 39; Rev. iii. 17; Matt. xvii. 17; Mark ix. 19; Luke ix. 41; John vi. 68; Mic. vii. 8; 1 Kings viii. 57, 58.

<sup>2</sup> Psalm c. 3.

<sup>3</sup> Rom. v. 10.

<sup>4</sup> John iii. 5; Tit. iii. 5; Rom v. 8.

<sup>5</sup> Phil. iii. 9.

<sup>6</sup> Phil. i. 6; 2 Cor. iii. 5.

<sup>7</sup> Eph. i. 6.

## ART. XIII.

OF THE CAUSE OF GUDE WARKIS.

So that the cause of gude warkis, we confesse to be not our free wil, bot the Spirit of the Lord *Jesus*, who dwelling in our hearts be trewe faith, bringis furth sik warkis, as God hes prepared for us to walke in. For this wee maist boldelie affirme, that blasphemie it is to say, that *Christ* abydes in the heartes of sik, as in whome there is no spirite of sanctification.<sup>1</sup> And therefore we feir not to affirine, that murtherers, oppressers, cruell persecuters, adulterers, huremongers, filthy persons, Idolaters, drunkards, thieves, and al workers of iniquity, have nether trew faith, nether ony portion of the Spirit of the Lord *JESUS*, so long as obstinatlie they continew in their wickednes. For how soone that ever the Spirit of the Lord *JESUS*, quhilk Gods elect children receive be trew faith, taks possession in the heart of ony man, so soone dois he regenerate and renew the same man. So that he beginnis to hait that quhilk before he loved, and begins to love that quhilk befoir he hated; and fra thine cummis that continuall battell, quhilk is betwixt the flesh and the Spirit in Gods children, till the flesh and

## ART. XIII.

DE CAUSA BONORUM OPERUM.

*Itaque bonorum in nobis operum causam esse asserimus, non arbitrii nostri libertatem, sed Spiritum Domini nostri Jesu Christi, qui in cordibus nostris per veram habitat fidem, eaque dedit opera bona, quæ a Deo præparata sunt, ut in eis ambularemus. Quamobrem blasphemum esse dictu constanter asseveramus, in cordibus eorum in quibus Spiritus sanctificationis non est, Christum inhabitare. Idcirco etiam non veremur affirmare in homicidis, in violentis, in his qui veritatem per vim opprimere contendunt, in adulteris, in fornicatoribus, aut alioqui impuris, in idololatræ, in ebriosis, in latronibus, alterive cuius flagitio aut sceleri deditis, neque veram inesse fidem, neque ullam Spiritus Domini Jesu scintillam, quamdiu in sua nequitia obstinate perseverant. Quia cum primum Spiritus Domini nostri Jesu Christi (quem electi Dei filii per fidem accipiunt) hominis cujuspiam cor possidet, eum continuo hominem regenerat, ac renovat, adeo ut quæ antea oderat, amare incipiat, quæ antea amaverat, odisse. Hinc autem in filiis Dei perpetuum illud bellum Spiritus adversus carnem proficiscitur; dum*

<sup>1</sup> Eph. ii. 10; Phil. ii. 13; John xv. 5; Rom. viii. 9.

natural man, according to the awin corruption, lustes for things pleis- and and delectable unto the self, and grudges in adversity, is lyfted up in prosperity, and at every moment is prone and reddie to offend the majestie of God.<sup>1</sup> Bot the spirite of God, quhilk gives witnessing to our spirite, that we are the sonnes of God,<sup>2</sup> makis us to resist filthie pleasures, and to groane in Gods presence, for deliverance fra this bondage of corruption,<sup>3</sup> and finally to triumph over sin, that it reygne not in our mortal bodyis.<sup>4</sup> This battell hes not the carnal men, being destitute of Gods Spirite, bot dois followe and obey sinne with greedines, and without repentance, even as the Devill, and their corrupt lustes do prick them.<sup>5</sup> Bot the sonnes of God, as before wes said, dois fecht against sinne; dois sob and murne, when they perceive themselves tempted in iniquitie; and gif they fal, they rise againe with earnest and unfained repentance.<sup>6</sup> And thir thingis they do not be their awin power, bot be the power of the Lord *Jesus*, without whom they were able to do nothing.<sup>7</sup>

*caro ac homo animalis suæ corruptioni consentiens, suæ naturæ consentaneus appetit voluptates, rebus adversis contrahitur, secundis attollitur, ac singulis momentis pronus ad offensionem divinæ majestatis inclinatur. At quod inhonestis voluptatibus obsistimus, quod ante Deum ingemiscences ab hac servitute corruptionis liberari flagitemus, denique quod ita de peccato triumphemus, ut in hoc mortali corpore regnum non obtineat, id a Spiritu Dei est, qui spiritui nostro testificatur quod filii Dei sumus. Homines autem carni obnoxii, qui Spiritu Dei carent, hoc etiam bello carent; vitiositati suæ obsequuntur; et quo Satan, et prava libido impellit, eo avide sine ulla pœnitentia ruunt. Filii vero Dei, ut ante dictum est, adversus peccatum pugnant, suspirant, et ingemiscunt, quoties vitiorum illecebris sese titillari ac sollicitari sentiunt: et si quando cadunt, per veram et minime dissimulatam pœnitentiam resurgunt; ac ne id quidem faciunt suis viribus, sed Christi Jesu Domini nostri, sine quo nihil omnino possent.*

<sup>1</sup> Rom. vii. 15, 16, 17, 18, 19, 21, 22, 23, 24, 25;  
Gal. v. 17.

<sup>2</sup> Rom. viii. 16.

<sup>3</sup> Rom. vii. 24. See above, note 1. Rom. viii. 22.

<sup>4</sup> Rom. vi. 12.

<sup>5</sup> Eph. iv. 17, etc.

<sup>6</sup> 2 Tim. ii. 26.

<sup>7</sup> John xv. 5. See note 1, p. 16.

## ART. XIV.

WHAT WARKIS ARE REPUTT GUDE  
BEFOIR GOD.

We confesse and acknowledge, that God hes given to man his holy Law, in quhilk not only ar forbidden all sik warkes as displeis and offend his godly Majestie, but als wa ar commanded al sik as pleis him, and as he hes promised to rewaird.<sup>1</sup> And thir warkes be of twa sortes. The ane are done to the honour of God, the uther to the profite of our Nichtbouris; and both have the reveiled will of God for their assurance. To have ane God, to worschip and honour him, to call upon him in all our troubles, reverence his holy name, to heare his word, to beleve the same, to communicate with his holy Sacraments,<sup>2</sup> are the warkes of the first Tabill. To honour Father, Mother, Princes, Rulers, and superiour powers; to love them, to support them, zea to obey their charges (not repugning to the commaundment of God), to save the lives of innocents, to repress tyrannie, to defend the oppressed, to keepe our bodies cleane and halie, to live in sobernes and temperance, to deall justlie with all men both in word and deed; and finally, to repress all appetite of our Nichtbouris hurt,<sup>3</sup>

## ART. XIV.

QUÆ OPERA APUD DEUM HABENTUR  
BONA.

*Fatemur item et pro certo teneamus, quod sanctissimas Deus leges homini dederit, quæ non modo ventent opera omnia quæ divinam ejus offendunt majestatem; sed ea jubent quibus gaudet, quæque se remuneraturum pollicetur. Eorum autem operum duo sunt genera; altera ad Dei referuntur honorem, altera ad proximi utilitatem: utraque fidem et auctoritatem assumunt ex voluntate Dei nobis revelata. Deum venerari, honore prosequi, eum in omni labore et molestia invocare, sanctum nomen ejus revereri, verbum audire, audito parere, communionem sacramentorum ejus uti; hæc sunt quæ priore tabula præcipiuntur opera. At patrem, matrem, reges, magistratus, omnesque qui jus et potestatem in nos habent, honore afficere; eos amare, iis opitulari, dictis, factis audientes esse, quoties cum Dei præceptis non pugnant; vitæ bonorum adesse, tyrannidem opprimere, ab infirmioribus vim improborum defendere, corpus nostrum sanctum ac purum servare, sobriæque et temperanter vivere, in omnibus dictis factisque jure æquabili cum omnibus uti, et omnem proximi*

<sup>1</sup> Exod. xx. 1, etc.; Deut. v. 6, etc.; Deut. iv. 8.

<sup>2</sup> Luke xvii. 4, 75; Mic. vi. 8.

<sup>3</sup> Eph. vi. 1, 7; Ezech. xxii. 1, etc.; 1 Cor. vi. 19, 20; 1 Thess. iv. 3, 4, 5, 6, 7; Jer. xxii. 3, etc.; Esa. l. 1.

are the gude warkes of the second Tabill, quhilk are maist pleising and acceptabill unto God, as thir warkes that are commanded be himselve. The contrary quhair of is sinne maist odious, quhilk alwayes displeis him, and provokes him to anger: As not to call upon him alone, when we have need; not to hear his word with reverence, to contemne and despise it; to have or worschip idols, to maintene and defend Idolatrie; lichtlie to esteeme the reverend name of God; to prophane, abuse, or contemne the Sacraments of *Christ Jesus*; to disobey or resist ony that God hes placed in authoritie (quhil they passe not over the bounds of their office);<sup>1</sup> to murther, or to consent thereto, to beare hatred, or to let innocent blude bee sched, gif wee may withstand it.<sup>2</sup> And finally, the transgression of ony uther commandement in the first or second Tabill, we confesse and affirme to be sinne,<sup>3</sup> by the quhilk Gods anger and displeasure is kindled against the proud unthankfull warld. So that gude warkes we affirme to be thir onlie, that are done in faith,<sup>4</sup> and at Gods commandment,<sup>5</sup> quha in his Lawe hes expressed what the

*offendendi libidinem cohibere: hæc sunt opera posterioris tabulæ, Deo imprimis grata ac accepta, utpote ab ipso imperata. Horum autem contraria in vitiorum genere sunt, Deo invisæ, ingrata, eumque ad iram incitantia; quale est, non eum solum invocare cum res postulat; nolle verbum ejus reverenter audire, aut etiam aspernari ac parvi pendere; idola aut venerari aut apud se habere; cultum idolorum fovere ac tueri; nomen Dei venerabile parvi facere; prophanare, abuti, aut contemnere sacramenta a Domino instituta; non parere, ac etiam resistere iis quibus autoritas data est divinitus, præsertim quamdiu intra juris et muneris sui terminos sese continent; cædem facere, aut quo fiat coire et consentire; odium conceptum continere; pati ut innocuus fundatur sanguis cum impedire possis: ac breviter, quicquid adversus præcepta prioris aut posterioris tabulæ committitur, id peccatum esse asseveramus, ac tale peccatum quod iram, odiumque Dei adversus hominum ingratitudinem accendat. Itaque juxta nostram sententiam, ea opera bona sunt, quæ ex fide proficiscuntur, ac fiunt juxta præcepta*

<sup>1</sup> 1 Thess. iv. 6; Rom. xiii. 2.

<sup>2</sup> Ezech. xxiii. 13, etc.

John iii. 4.

VOL. III.—G G

<sup>4</sup> Rom. xiv. 23; Heb. xi. 6.

<sup>5</sup> 1 Sam. xv. 22; 1 Cor. x. 31.



things be that pleis him. And evill warkis we affirme not only thir that expressedly ar done against Gods commaundement:<sup>1</sup> bot thir als wa that in matteris of Religioun, and worschipping of God, hes na uther assurance bot the inventioun and opinioun of man: quhilk God fra the beginning hes ever rejected, as be the Prophet *Esay*,<sup>2</sup> and be our Maister CHRIST JESUS we ar taught in thir words, *In vaine do they worship me, teaching the doctrines the precepts of men.*<sup>3</sup>

## ART. XV.

OF THE PERFECTIOUN OF THE LAW,  
AND THE IMPERFECTIOUN OF MAN.

The Law of God we confesse and acknowledge maist just, maist equall, maist halie, and maist perfite, commaunding thir things, quhilk being wrocht in perfectioun, were abill to give life, and abill to bring man to eternall felicitie.<sup>4</sup> Bot our nature is sa corrupt, sa weake, and sa unperfite, that we ar never abill to fulfill the warkes of the Law in perfectioun.<sup>5</sup> Zea, gif we say we have na sinne, evin after we ar regenerate, we deceive our selves, and the veritie of God is not in us.<sup>6</sup>

*Dei, qui, lege lata, quid fieri vellet diserte cavit. Contra, ea opera dicimus mala, non modo quæ aperte cum verbo Dei pugnant; sed ea etiam quæ in rebus quæ ad pietatem ac Dei cultum spectant, nullum aliud habent firmamentum, nisi ab hominis opinione et commento; hujus enim generis opera Deus ab initio usque semper rejecit et adversatus est, uti ex Esaiâ propheta, et his Christi verbis edocti sumus, Frustra me colunt, docentes doctrinas et præcepta hominum.*

## ART. XV.

LEGEM ESSE NUMERIS OMNIBUS PERFECTAM, HOMINES AUTEM IMPERFECTOS.

*Legem Dei maxime justam, æquabilem, et perfectam agnoscimus et fatemur, ea jubentem quæ, si perfecte pleneque præstarentur, vitam dare possent, et ad æternam nos perducere felicitatem. Sed nostra natura adeo est corrupta et infirma, ut nunquam ad opera legis perfecte præstanda simus idonei; nam si peccatum nos habere etiam post regenerationem negemus, nosmetipsos decipimus, et veritas Dei non est in nobis. Propterea necesse erat, ut Christum, qui legis*

<sup>1</sup> 1 John iii. 4.

<sup>2</sup> Esa. xxix. 13.

<sup>3</sup> Matt. xv. 9, Mark vii. 7.

<sup>4</sup> Lev. xviii. 5; Gal. iii. 12; 1 Tim. i. 8; Rom. vii. 12; Psa. xix. 7, 8, 9, 11.

<sup>5</sup> Deut. v. 29; Rom. x. 8.

<sup>6</sup> 1 Kings viii. 46; 2 Chron. vi. 36; Prov. xx. 9; Eccles. vii. 22; 1 John i. 8.

And therefore, it behovis us to apprehend *Christ Jesus* with his justice and satisfaction, quha is the end and accomplishment of the Law, be quhome we ar set at this liberty, that the curse and malediction of God fall not upon us, albeit we fulfill not the same in al pointes.<sup>1</sup> For God the Father beholding us, in the body of his Sonne *Christ Jesus*, acceptis our imperfite obedience, as it were perfite,<sup>2</sup> and cōvers our warks, quhilk ar defyled with mony spots,<sup>3</sup> with the justice of his Sonne. We do not meane that we ar so set at liberty, that we awe na obedience to the Law (for that before wee have plainly confessed), bot this we affirme, that na man in eird (*Christ Jesus* onlie except) hes given, gives, or sall give in worke, that obedience to the Law, quhilk the Law requiris. Bot when we have done all things, we must falle down and unfeinedly confesse, that we are unprofitable servands.<sup>4</sup> And therefore, quhosoever boastis themselves of the merits of their awin works, or put their trust in the works of Supererogation, boast themselves in that quhilk is nocht, and put their trust in damnable Idolatry.

*est finis et consummatio, cum sua justitia et satisfactione apprehenderemus; qui in libertatem nos asseruit, ne in execrationem ac maledictionem Dei incideremus, etiamsi opera in lege jussa non omni ex parte plene perfecteque faceremus: Deus enim Pater, in corpore Filii sui Jesu Christi nos intuens, imperfectam nostram obedientiam boni consulit, et pro perfecta habet; operibusque nostris, quæ multis maculis polluta sunt, Filii sui justitiam præterdit. Neque tamen ita nos emancipatos dicimus, ut nullam legi obedientiam debeamus, obedientiam enim deberi supra aperte sumus confessi: illud autem affirmamus, neminem unquam præter unum Christum ita legi paruisse, parere, aut pariturum esse, quem admodum lex exigit: sed cum omnia fecerimus, procumbamus oportet, ac fateamur ingenue servos nos inutiles esse. Quapropter quicumque operum suorum merita ostentat, aut in operibus supererogationis ullam collocat fiduciam, is se sciat id jactare quod omnino nihil est, et spem salutis in idololatria exitiabili collocare.*

<sup>1</sup> Rom. x. 4; Gal. iii. 13; Deut. xxvii. 26.

<sup>2</sup> Phil. ii. 15.

<sup>3</sup> Esa. lxiv. 6.

<sup>4</sup> Luke xvii. 10.

## ART. XVI.

## OF THE KIRK.

As we beleve in ane God, Father, Sonne, and haly Ghaist; sa do we maist constantly beleve, that from the beginning there hes bene, and now is, and to the end of the warld sall be, ane Kirk, that is to say, ane company and multitude of men chosen of God, who richtly worship and imbrace him be trew faith in *Christ Jesus*,<sup>1</sup> quha is the only head of the same Kirk, quhilk alswa is the bodie and spouse of *Christ Jesus*, quhilk Kirk is catholike, that is, universal, because it containis the Elect of all ages, of all realmes, nations, and tongues, be they of the *Jewes*, or be they of the Gentiles, quha have communion and societie with God the Father, and with his Son *Christ Jesus*, throw the sanctificatioun of his haly Spirit:<sup>2</sup> and therefore it is called the communion, not of prophane persounes, bot of Sainets, quha as citizenis of the heavenly *Jerusalem*,<sup>3</sup> have the fruitioun of the maist inestimable benefites, to wit, of ane God, ane Lord *Jesus*, ane faith, and ane baptisme:<sup>4</sup> Out of the quhilk Kirk, there is nouthier lyfe, nor eternall felicitie. And therefore we utterly

## ART. XVI.

## DE ECCLESIA.

*Quemadmodum credimus in unum Deum, Patrem, Filium, et Spiritum Sanctum; ita firmissime tenemus, quod ab usque rerum initio fuerit, nunc extet, ac futura sit usque ad mundi finem una ecclesia, id est, unus cœtus et multitudo hominum a Deo electorum, qui recte ac pie Deum venerantur et amplectuntur per veram fidem in Jesum Christum, qui solus est caput ejus ecclesiæ, quæ et ipsa corpus est et sponsa Christi. Eademque est catholica, hoc est, universalis; quia omnium ætatum, nationum, gentium et linguarum electos continet, sive illi Judæi sint, seu gentes; iisque communio est et societas cum Deo Patre, cumque ejus Filio Jesu Christo per sanctificationem Sancti Spiritus: atque ideo non hominum prophatorum vocatur communio, sed sanctorum, qui etiam Hierosolymæ cælestis sunt cives, fruunturque bonis maxime inestimabilibus, nempe uno Deo, uno Domino nostro Jesu, una fide, et uno baptismo. Extra hanc ecclesiam nulla est vita, nulla æterna felicitas; idcirco plane ex diametro abhorremus ab eorum blasphemis, qui asserunt, cujusvis*

<sup>1</sup> Matt. xxviii. 20; Eph. i. 4.<sup>2</sup> Col. i. 18; Eph. v. 23, 24, etc.; Rev. vii. 9.<sup>3</sup> Eph. ii. 19.<sup>4</sup> Eph. iv. 5.

abhorre the blasphemie of them that affirme, that men quhilk live according to equitie and justice, sal be saved, quhat Religioun that ever they have professed. For as without *Christ Jesus* there is nouth life nor salvation;<sup>1</sup> so sal there nane be participant therof, bot sik as the Father hes given unto his Sonne *Christ Jesus*, and they that in time cum unto him, avowe his doctrine, and beleeve into him,<sup>2</sup> we comprehend the children with the faithfull parentes.<sup>3</sup> This Kirk is invisible, kuawen onelie to God, quha alane knawis whome he hes chosen;<sup>4</sup> and comprehends as weill (as said is) the Elect that be departed, commonlie called the *Kirk Triumphant*, and they that zit live and fecht against sinne and *Sathan* as sall live hereafter.<sup>5</sup>

## ART. XVII.

## OF THE IMMORTALITIE OF THE SAULES.

The Elect departed are in peace and rest fra their labours:<sup>6</sup> Not that they sleep, and come to a certaine oblivion, as some Phantas-tickes do affirme; bot that they are delivered fra all feare and torment, and all temptatioun, to quhilk we and all Goddis Elect are subject

*sectæ, aut religionis professores fore salvos, modo vitæ suæ actiones ad justitiæ et æquitatis normam conformaverint: nam uti absque Jesu Christo nulla est vita, nulla salus; ita salutis ejus nemo erit particeps, nisi quem Pater dederit Filio suo Jesu Christo, quique ad eum dum tempus habet, adveniet, ejus doctrinam profitebitur, et in eum credet; cum adultis autem parentibus, pueros etiam comprehendi intelligo. Hæc ecclesia invisibilis est, uni Deo cognita, qui solus novit quos elegerit. Hæc æque continet electos, qui jam decesserunt, quos vulgo ecclesiam triumphantem appellant, ac eos qui nunc vivunt, et adversus peccatum et Satanam præliantur, eosque qui post nos futuri sunt.*

## ART. XVII.

## DE IMMORTALITATE ANIMARUM.

*Electi qui jam decesserunt, laboribus liberi, pace et tranquillitate fruuntur; non quod dormiant, aut oblivione sopiantur, ut fanatici quidam affirmant; sed quod ab omni metu, cruciatu, et tentatione sint exempti, quibus nos ac cæteri omnes electi Dei sumus obnoxii quamdiu*

<sup>1</sup> John iii. 36.<sup>2</sup> John vi. 37, 39, 65; xvii. 6.<sup>3</sup> Acts ii. 39.<sup>4</sup> 2 Tim. ii. 19; John xiii. 18.<sup>5</sup> Eph. i. 10; 1 Col. i. 20; Heb. xii. 4.<sup>6</sup> Rev. xiv. 13.

in this life,<sup>1</sup> and therefore do beare the name of the *Kirk Militant*: As contrariwise, the reprobate and unfaithfull departed have anguish, torment, and paine, that cannot be expressed.<sup>2</sup> Sa that nouthere are the ane nor the uther in sik sleepe that they feele not joy or torment, as the Parable of *Christ Jesus* in the 16th of *Luke*,<sup>3</sup> his words to the thiefe,<sup>4</sup> and thir wordes of the *saules* crying under the Altar,<sup>5</sup> *O Lord, thou that art righteous and just, How lang sall thou not revenge our blude upon thir that dwellis in the Eird?* dois testifie.

## ART. XVIII.

OF THE NOTIS, BE THE QUHILK THE TREWE KIRK IS DECERNIT FRA THE FALSE, AND QUHA SALL BE JUDGE OF THE DOCTRINE.

Because that *Sathan* from the beginning hes laboured to deck his pestilent Synagoge with the title of the Kirk of God, and hes inflamed the hertes of cruell murtherers to persecute, trouble, and molest the trewe Kirk and members thereof, as *Cain* did *Abell*,<sup>6</sup> *Ismael* *Isaac*,<sup>7</sup> *Esau* *Jacob*,<sup>8</sup> and the haill Priesthead of the *Jewes* *Christ Jesus* himselve, and his Apos-

*hac vita fruimur, ideoque nomine ecclesie militantis censemur: contra vero, reprobi et infideles qui decesserunt, in iis molestiis et cruciatibus degunt, quæ verbis exprimi non possunt. Neque enim aut illi ita sunt sopiti, ut omni sensu, aut hi, ut sensu pœnarum careant; ut indicat Jesu Christi parabola quæ Lucæ XVI. est, item ut illa testificantur animarum verba sub altari clamantium, O Domine, qui sanctus es et justus, quoad usque non judicas et vindicas sanguinem nostrum de iis qui habitant in terra?*

## ART. XVIII.

QUIBUS INDICIIS VERA ECCLESIA DISTINGUATUR A FALSA, ET QUIS IN ECCLESIASTICÆ DOCTRINÆ CONTROVERSIIS SIT JUDEX.

*Quia Satan ab initio semper laboravit, ut pestilentem synagogam veræ Dei ecclesie titulo insigniret, animosque crudelium homicidarum accendit, ut veram ecclesiam ejusque membra premerent, turbarent, et infestarent (velut Cain Abel, Ismael Isaac, Esau Jacob, totusque sacerdotum Judaicorum ordo, primum Christum ipsum, deinde Apostolos ejus capitali odio sunt persecuti)*

<sup>1</sup> Esa. xxv. 8; Rev. vii. 14, 15, 16, 17; xxi. 4.

<sup>2</sup> Rev. xvi. 10, 11; Esa. lxvi. 24; Mark ix. 44, 46, 48.

<sup>3</sup> Luke xvi. 23, 24, 25.

<sup>4</sup> Luke xxiii. 43.

<sup>5</sup> Rev. vi. 9, 10.

<sup>6</sup> Gen. iv. 8.

<sup>7</sup> Gen. xxi. 9.

<sup>8</sup> Gen. xxvii. 41.

bles after him.<sup>1</sup> It is ane thing maist requisite, that the true Kirk be discerned fra the filthie Synagogues, be cleare and perfite notes, least we being deceived, receive and embrace, to our awin condemnatioun, the ane for the uther. The notes, signes, and assured takens whereby the immaculate Spouse of *Christ Jesus* is knawen fra the horrible harlot, the Kirk malignant, we affirme, are nouthier Antiquitie, Title usurpit, lineal Descence, Place appointed, nor multitude of men approving ane error. For *Cain*, in age and title, was preferred to *Abel* and *Seth*:<sup>2</sup> *Jerusalem* had prerogative above all places of the eird,<sup>3</sup> where alswa were the Priests lineally descended fra *Aaron*, and greater number followed the Scribes, Pharisies, and Priestes, then unfainedly beleevd and approved *Christ Jesus* and his doctrine:<sup>4</sup> And zit, as we suppose, no man of sound judgment will grant, that ony of the forenamed were the Kirk of God. The notes therefore of the trew Kirk of God we believe, confesse, and avow to be, first, the trew preaching of the Worde of God, into the quhilk God hes revealed himselfe unto us, as the writings of the Prophets and

*imprimis necessarium videtur, veram ecclesiam ab impura synagoga certis et manifestis distinguere indicibus; ne in eum incidamus errorem, ut alteram pro altera cum nostro amplectamur exitio. Notas autem et indicia, quibus intemerata Christi sponsa ab impura illa et abominanda meretrice (ecclesiam impiorum intellige) discerni possit, asseveramus, neque ab antiquitatis prerogativa repetendas, nec usurpatis falso titulis, nec a successione perpetua episcoporum, nec a certi loci designatione, nec a multitudine hominum in eundem errorem consentientium. Cain enim ætate et primogenituræ prerogativa Abel et Seth anteibat; item Hierosolyma, cætera totius orbis oppida; huc accedebat in sacerdotibus, ab Aarone usque, perpetua familiæ et successionis series; majorque erat eorum numerus qui scribas et Pharisæos sectabantur, quam qui Jesum Christum ejusque doctrinam ex animo probabant: neque tamen arbitramur quemquam, cui purum et solidum sit iudicium, commissurum ut ulli ex iis quas modo commemoravi ecclesiis Dei nomen attribuat. Igitur, quam nos veram Dei ecclesiam credimus et fatemur ejus primum est indicium, vera Verbi*

<sup>1</sup> Matt. xxiii. 34; John xv. 18, 19, 20, 24; xi. 47, 53; Acts iv. 1, 2, 3; v. 17, 18.

<sup>2</sup> Gen. iv.

<sup>3</sup> Psa. xlviii. 2, 3; Matt. v. 35.

<sup>4</sup> John xii. 42.

Apostles dois declair. Secundly, the right administration of the Sacraments of *Christ Jesus*, quihilk man be annexed unto the word and promise of God, to seale and confirme the same in our hearts.<sup>1</sup> Last, Ecclesiastical discipline uprightlie ministred, as Goddis Worde prescribes, whereby vice is repressed, and vertew nurished.<sup>2</sup> Wheresoever then thir former notes are seene, and of ony time continue (be the number never so fewe, about two or three), there, without all doubt, is the trew Kirk of *Christ*: Who, according unto his promise, is in the middis of them.<sup>3</sup> Not that universall, of quihilk we have before spoken, bot particular, sik as wes in *Corinthus*,<sup>4</sup> *Galatia*,<sup>5</sup> *Ephesus*,<sup>6</sup> and uther places, in quihilk the ministrie wes planted be *Paul*, and were of himselve named the kirks of God. And sik kirks, we the inhabitantis of the Realme of *Scotland*, professoris of *Christ Jesus*, professis our selfis to have in our citties, townes, and places reformed, for the doctrine taucht in our Kirkis, contained in the writen Worde of God, to wit, in the buiks of the Auld and New Testamentis,

*Divini prædicatio, per quod Verbum Deus ipse sese nobis revelavit, quemadmodum scripta Prophetarum et Apostolorum nobis indicant; proximum indicium est, legitima sacramentorum Jesu Christi administratio, quæ cum verbo et promissionibus divinis conjungi debent, ut ea in mentibus nostris obsignent et confirment. Postremum est, ecclesiasticæ disciplinæ severa, et ex Verbi Divini præscripto, observatio, per quam vitia reprimantur, et virtutes alantur. Ubicunque hæc indicia apparuerint, atque ad tempus perseveraverint, quantumvis exiguus fuerit numerus, procul dubio ibi est ecclesia Christi, qui, juxta suam promissionem, in medio eorum est. Non illam dicimus universalem ecclesiam, de qua superius facta est mentio, sed particularem; tales erant Corinthia, Gallo-græca, et Ephesina, aliæque complures, in quibus verbi ministerium a Paulo fuerat plantatum, quasque ipse Dei ecclesias vocat. Hujusmodi ecclesias, qui in regno Scotorum nomen Christi profite-mur, in oppidis, vicis, aliisque locis in quibus veræ pietatis cultus est restitutus, nos habere asseveramus:*

<sup>1</sup> Eph. ii. 20; Acts ii. 42; John x. 27; xviii. 37; 1 Cor. i. 23, 24; Matt. xxviii. 19, 20; Mark xvi. 15, 16; 1 Cor. xi. 23, 24, 25, 26; Rom. iv. 11.

<sup>2</sup> Matt. xviii. 15, 16, 17, 18; 1 Cor. v. 4, 5.

<sup>3</sup> Matt. xviii. 19, 20.

<sup>4</sup> 1 Cor. i. 2; 2 Cor. i. 2.

<sup>5</sup> Gal. i. 2.

<sup>6</sup> Acts. xx. 17.

in those buikis we meane quhilk of the ancient have been reputed canonicall. In the quhilk we affirme, that all thingis necessary to be beleved for the salvation of mankind is sufficiently expressed.<sup>1</sup> The interpretation quhair of, we confesse, neither appertaines to private nor publick persone, nether zit to ony Kirk, for ony preheminance or prerogative, personallie or locallie, quhilk ane hes above ane uther, bot apperteines to the Spirite of God, be the quhilk also the Scripture was written.<sup>2</sup> When controversie then happines, for the right understanding of ony place or sentence of Scripture, or for the reformation of ony abuse within the Kirk of God, we ought not sa meikle to luke what men before us have said or done, as unto that quhilk the haly Ghaist uniformelie speakes within the body of the Scriptures, and unto that quhilk *Christ Jesus* himselve did, and comanded to be done.<sup>3</sup> For this is ane thing universallie granted, that the Spirite of God, quhilk is the Spirite of unitie, is in nathing contrarious unto himselve.<sup>4</sup> Gif then the interpretation, determination, or sentence of ony Doctor, Kirk, or Councell, repugne to the plaine Worde of God, written in

*ea enim in iis doctrina traditur quæ Dei Verbo scripto continentur; novi et veteris Testamenti eos intelligimus libros, qui ab infantia usque ecclesie semper habiti sunt canonici. Quibus in libris omnia quæ ad humani generis salutem sunt necessaria, asserimus sufficienter esse expressa. Hujus Scripturæ interpretandi potestas penes nullum est hominem, sive is privatam, sive publicam gerat personam; nec penes ullam est ecclesiam, quacunque illa, sive loci seu personæ prærogativa sibi blandiatur: sed penes Spiritum Dei, cujus instinctu illa ipsa Scriptura confecta est. Igitur, cum de Scripturæ sensu et interpretatione, aut loci alicujus, aut sententiæ quæ in ea contineatur controversia oritur, aut cum de collapsæ disciplinæ emendatione agitur in ecclesia, spectare debemus non tam quid homines qui nos antecesserunt dixerint aut fecerint, quam quid perpetuo sibi consentiens Spiritus Sanctus in Scripturis loquatur; præterea, quid Christus ipse fecerit aut fieri jusserit: illud enim omnes uno fatentur ore, Spiritum Dei (qui et unitatis item est spiritus) nunquam secum pugnare. Itaque, si qua cujusvis doctoris, aut ecclesie, aut concilii interpretatio, decretum aut opinio, cum expresso*

<sup>1</sup> John xx. 31; 2 Tim. iii. 16, 17.

<sup>2</sup> 2 Pet. i. 20, 21.

<sup>3</sup> John v. 39.

<sup>4</sup> Eph. iv. 8, 4.



ony uther place of the Scripture, it is a thing maist certaine, that there is not the true understanding and meaning of the haly Ghaist, although that Councils, Realmes, and Nations have approved and received the same. For we dare non receive or admit ony interpretation quhilk repugnes to ony principall point of our faith, or to ony uther plaine text of Scripture, or zit unto the rule of charitie.

## ART. XIX.

## OF THE AUTHORITIE OF THE SCRIPTURES.

As we beleeve and confesse the Scriptures of God sufficient to instruct and make the man of God perfite, so do we affirme and avow the authoritie of the same to be of God, and nether to depend on men nor angelis.<sup>1</sup> We affirme, therefore, that sik as allege the Scripture to have na uther authoritie bot that quhilk it hes received from the Kirk, to be blasphemous against God, and injurious to the trew Kirk, quhilk alwaies heares and obeyis the voice of her awin Spouse and Pastor;<sup>2</sup> bot takis not upon her to be maistres over the samin.

*Dei Verbo quod in alia Scriptura parte continetur, pugnaverit, luce clarius est, eam nec esse veram explicationem, nec mentem Spiritus Sancti, quantumvis eam concilia, regna, et nationes probaverint ac receperint. Nos enim nullam interpretationem recipere aut admittere audeamus, quæ pugnet aut cum aliquo ex præcipuis fidei nostræ capitibus, aut cum perspicua Scriptura, aut cum caritatis regula.*

## ART. XIX.

## DE SCRIPTURÆ AUTORITATE.

*Quemadmodum credimus et confitemur, ex Scripturis divinis Dei cognitionem abunde hominibus tradi; ita affirmamus atque asseveramus, a nullo hominum aut angelorum, sed a Deo solo Scripturæ autoritatem pendere. Igitur qui tantam esse Scripturæ autoritatem volunt, quantam illi ecclesiæ concedunt suffragia, eos constanter asserimus adversus Deum blasphemos esse, adversus veram ecclesiam contumeliosos; quæ sui sponsi, sui que pastoris vocem audit, eique obtemperat, neque tantum sibi assumit ut domina ejus videri velit.*

<sup>1</sup> 2 Tim. iii. 16, 17.<sup>2</sup> John x. 27.

## ART. XX.

OF GENERALL COUNCELLIS, OF THEIR POWER, AUTHORITIE, AND CAUSE OF THEIR CONVENTION.

As we do not rashlie damne that quhilk godly men, assembled together in generall Council lawfully gathered, have proponed unto us; so without just examination dare we not receive quhatsoever is obtruded unto men under the name of generall Councellis: For plaine it is, as they wer men, so have some of them manifestlie erred, and that in matters of great weight and importance.<sup>1</sup> So farre then as the councell previs the determination and commandement that it gives bee the plaine Worde of God, so soone do we reverence and inbrace the same. Bot gif men, under the name of a council, pretend to forge unto us new artickles of our faith, or to make constitutionis repugning to the Word of God; then utterlie we must refuse the same as the doctrine of Devils, quhilk drawis our saules from the voyce of our onlie God to follow the doctrines and constitutiones of men.<sup>2</sup> The cause then quhy that generall Councellis convened, was nether to make ony perpetual Law, quhilk God before had not maid, nether zit to

## ART. XX.

DE CONCILIIIS GENERALIBUS, DEQUE EORUM POTESTATE, AUTORITATE ET CAUSIS CUR COGANTUR.

*Quemadmodum quæ ab hominibus piis, legitime ad generale concilium convocatis nobis proposita sunt, ea non temere aut præcipitanter damnamus; ita nec sine justa examinatione recipere audemus, quicquid generalis concilii nomine nobis obtruditur: quippe cum homines eos fuisse constet, qui in manifestos inciderint errores, idque in rebus non minimi momenti. Itaque sicubi concilium perspicuo verbi divini testimonio sua decreta confirmat, statim ea reveremur atque amplectimur: sed si homines nova fidei dogmata, constitutionesve cum Verbo Dei pugnantes edant, iisque interim nomen concilii prætendant, ea nos penitus rejicimus atque recusamus tanquam doctrinam diabolicam, quæ a Dei Verbo ad constitutiones et doctrinas hominum animas nostras avocent. Causa igitur cur generalia concilia cogentur non ea fuit, ut leges quas Deus non jussisset velut perpetuo duraturas rogarent; neque ut nova de fide dogmata comminiscerentur, neque ut Verbum Dei autoritate sua confirmarent; multo etiam minus ut pro*

<sup>1</sup> Gal. ii. 11, 12, 13, 14.

<sup>2</sup> 1 Tim. iv. 1, 2, 3.

forge new Artickles of our beleife, nor to give the Word of God authoritie; meikle les to make that to be his Word, or zit the trew interpretation of the same, quhilk wes not before be his haly will expressed in his Word:<sup>1</sup> Bot the cause of Councillis (we meane of sik as merite the name of Councillis) wes partlie for confutation of heresies,<sup>2</sup> and for giving publick confession of their faith to the posteritie following, quhilk baith they did by the authoritie of Goddis written Word, and not by ony opinion or prerogative that they culd not erre, be reasson of their generall assemblie: And this we judge to have bene the chiefe cause of general Councillis. The uther wes for gude policie, and ordour to be constitute and observed in the Kirk, quhilk, as in the house of God,<sup>3</sup> it becommis *al things to be done decently and in ordour.*<sup>4</sup> Not that we think that any policie and an ordour in ceremonies can be appoynted for al ages, tines, and places: For as ceremonies, sik as men have devised, ar bot temporal; so may and aucht they to be changed, when they rather foster superstition then that they edifie the Kirk using the same.

*Verbo Dei, aut verbi divini interpretatione nobis obtruderent, quod neque Deus antea voluisset, nec per scripturas suas nobis indicasset: sed cogebantur concilia (de iis loquimur quæ hoc nomine censeri merentur) partim ut hæreses confutarent, partim, ut publicam fidei suæ confessionem ad posteros transmitterent: atque horum utrunque faciebant ex verbi divini scripti autoritate, non autem quod putarent, hujus conventionis causa hæse prærogativa donatum iri, ut errare non possent. Atque hanc præcipuam illis fuisse causam existimamus publicorum conventuum. Erat et altera illa ad disciplinam ordinandam, ut in ecclesia, quæ Dei familia est, omnia honeste atque ordine gererentur: nec hoc tamen in eum sensum accipi volumus, ut credamur existimare unam aliquam legem, et ceremoniarum ritum præscribi posse, qui omnibus et locis et sæculis convenire possit; nam ut ceremoniæ omnes ab hominibus excogitate temporariæ sunt, ita cum temporum momentis mutari possunt, et mutari etiam debent, quoties earum usus superstitionem potius alat, quam ecclesiam ædificet.*

<sup>1</sup> Col. ii. 16, 18, 19, 20, 21, 22.

<sup>2</sup> Acts xv.

<sup>3</sup> 1 Tim. iii. 15; Heb. iii. 2.

<sup>4</sup> 1 Cor. xiv. 40.

## ART. XXI.

## OF THE SACRAMENTIS.

As the Fatheris under the Law, besides the veritie of the Sacrifices, had twa chiefe Sacramentes, to wit, Circumcision and the Passeover, the despisers and contemners whereof were not reputed for Gods people;<sup>1</sup> sa do we acknowledge and confesse that we now in the time of the Evangel have twa chiefe Sacramentes, onelie instituted be the Lord *Jesus*, and commanded to be used of all they that will be reputed members of his body, to wit, Baptisme and the Supper or Table of the Lord *Jesus*, called the Communion of his Body and his Blude.<sup>2</sup> And thir Sacramentes, as weil of Auld as of New Testament, now instituted of God, not onelie to make ane visible difference betwixt his people and they that wes without his league: Bot also to exerce the faith of his Children, and, be participation of the same Sacramentes, to seill in their hearts the assurance of his promise, and of that most blessed conjunction, union and societie, quhilk the elect have with their head *Christ Jesus*. And this we utterlie damne the vanitie of thay

## ART. XXI.

## DE SACRAMENTIS.

*Quemadmodum patres, qui sub lege vivebant, præter eam veritatem quæ sacrificiis repræsentabatur, etiam duo præcipua habebant sacramenta, nempe circumcisionem et pascha; quæ quicumque sprevisset, in populo Dei non censebatur: ita nunc quoque, evangelii tempore, nos duo quidem sacramenta, eaque sola agnoscimus, atque a Christo instituta fatemur; usumque horum omnibus imperatum, qui inter corporis ejus membra censerì volunt: ea sunt baptismus, et cæna seu mensa Domini Jesu, quæ et communio corporis et sanguinis ejus nuncupatur. Hæc autem sacramenta, tam Veteris quam Novi Testamenti, instituta credimus a Deo, non modo ut visibile discrimen essent, quo populus Dei ab iis discerneret qui fædere nobiscum inito non continebantur: sed etiam ut filiorum suorum fidem erga se Deus exerceret; et per horum sacramentorum participationem obsignaret in mentibus nostris promissionum suarum fiduciam, ejus item felicissimæ conjunctionis, unionis et societatis, quæ est omnibus electis cum capite suo*

<sup>1</sup> Gen. xvii. 10, 11; Exod. xxi.; Gen. xvii. 14; Numb. ix. 13.

<sup>2</sup> Matt. xxviii. 19; Mark xvi. 15, 16; Matt. xxvi. 26, 27, 28; Mark xiv. 22, 23, 24; Luke xxii. 19, 20; 1 Cor. xi. 23, 24, 25, 26.

that affirme Sacramentes to be nathing ellis bot naked and baire signes. No, wee assuredlie beleeve that be Baptisme we ar ingrafted in *Christ Jesus*, to be made partakers of his justice, be quhilk our sinnes ar covered and remitted. And alswa, that in the Supper richtlie used, *Christ Jesus* is so joined with us, that hee becummis very nurishment and fude of our saules.<sup>1</sup> Not that we imagine anie transubstantiation of bread into *Christes* body, and of wine into his naturall blude, as the *Papistes* have perniciouslie taucht and damnable beleaved; bot this unioun and conjunction, quhilk we have with the body and blude of *Christ Jesus* in the richt use of the Sacraments, wrocht be operationn of the haly Ghaist, who by trew faith carryis us above al things that are visible, carnal, and earthly, and makes us to feede upon the body and blude of *Christ Jesus*, quhilk wes anes broken and shed for us, quhilk now is in heaven, and appearis in the presence of his Father for us:<sup>2</sup> And zit notwithstanding the far distance of place quhilk is betwixt his body now glorified in heaven and us now mortal in this eird, zit we man assuredly beleve that the bread quhilk

Jesu Christo. *Itaque manifestissime vanitatis eos damnamus, qui affirmant sacramenta nihil aliud esse præterquam nuda signa: sed persuasissimum habemus, per baptismum nos in Christum inseri, Christi justitiæ participes fieri, per quam peccata nostra tegantur, propter quam veniam et gratiam impetremus. Item quod in cæna recto et legitimo usu Christus ita nobiscum sese jungat, ut fiat animarum nostrarum verus victus, verum alimentum. Neque confestim ullam naturæ panis in corpus Christi, aut vini in ejus sanguinem transsubstantiationem imaginamur, quemadmodum Papistæ perniciosissime docuerunt et crediderunt: sed hanc unionem et conjunctionem, quæ nobis est ex vero sacramentorum usu cum Christi corpore, Spiritus Sanctus in nobis operatur; qui nos veræ fidei alis evehit ultra omnia corporea et terrena, aut quæ oculis cerni possint; nobisque proponit epulandum verum corpus Christi, quod semel pro nobis fractum est, et verum sanguinem qui pro nobis fusus est; illud inquam corpus, quod pro nobis in cælis ante Patrem nunc apparet. Id autem corpus ipsum, jam gloriosum et immortale, quod nunc in cælis est, quanquam*

<sup>1</sup> 1 Cor. x. 16; Rom. vi. 3, 4, 5; Gal. iii. 27.

<sup>2</sup> Mark xvi. 19; Luke xxiv. 51; Acts i. 11; iii. 21.

wee break, is the communion of *Christes* bodie, and the cupe quhilk we blesse, is the communion of his blude.<sup>1</sup> So that we confesse, and undoubtedlie beleeve, that the faithfull, in the richt use of the Lords Table, do so eat the bodie and drinke the blude of the Lord *Jesus*, that he remaines in them, and they in him: Zea, they are so maid flesh of his flesh, and bone of his bones;<sup>2</sup> that as the eternall God-head hes given to the flesh of *Christ Jesus* (quhilk of the awin condition and nature wes mortal and corruptible<sup>3</sup>) life and immortalitie; so dois *Christ Jesus* his flesh and blude eattin and drunkin be us, give unto us the same prerogatives. Quhilk, albeit we confesse are nether given unto us at that time onelie, nether zit be the proper power and vertue of the Sacrament onelie; zit we affirme that the faithfull, in the richt use of the Lords Table, hes conjunctioun with *Christ Jesus*,<sup>4</sup> as the naturall man can not apprehend: Zea, and farther we affirme, that albeit the faithfull, oppressed be negligence and manlie infirmitie, dois not profite sameikle as they wald, in the verie instant action of the Supper; zit sall it after bring frute furth, as livelie seid sawin in gude ground.

*tanto distet a nobis intervallo, qui nunc mortales in terra degimus; hoc tamen constanter tenemus, panem quem frangimus communionem esse corporis Jesu Christi, et calicem cui benedicimus, sanguinis ejus item esse communionem. Itaque confitemur, et procul dubio credimus, quod fideles, in recto cœnæ dominicæ usu, ita corpus Domini Jesu edant, et sanguinem bibant, ut ipsi in Christo maneant, et Christus in eis: quin et caro de carne ejus, et os ex ossibus ejus ita fiunt, ut quemadmodum carni Christi, quæ suapte natura mortalis erat et corruptibilis, divinitas vitam et immortalitatem largita est; ita ut carnem Jesu Christi edimus, et bibimus ejus sanguinem, eisdem et nos prærogativis donamur; quas ut non eo solum tempore nobis donari fatemur, neque vi solum et potestate sacramentorum, sic in recto cœnæ dominicæ usu, talem fidelibus cum Christo conjunctionem esse affirmamus, qualem humana mens capere nequeat. Quin illud quoque affirmamus, quamquam fideles, aut negligentia, aut infirmitate conditionis humanæ impediti, in ipso actionis ejus momento eum quem vellent fructum e cœna domini non percipiant; verumtamen, velut vitale semen in*

<sup>1</sup> 1 Cor. x. 16.

<sup>2</sup> Eph. v. 30.

<sup>3</sup> Matt. xxvii. 50; Mark xv. 37; Luke xxiii. 46; John xix. 30.

<sup>4</sup> John vi. 51, etc.

For the haly Spirite, quhilk can never be divided fra the richt institution of the Lord *Jesus*, wil not frustrat the faithfull of the fruit of that mysticall action: Bot all thir, we say, cummis of trew faith, quhilk apprehendis *Christ Jesus*, who only makis this Sacrament effectuall unto us. And therefore, whosoever sclanders us, as that we affirme or beleve Sacraments to be naked and bair Signes, do injurie unto us, and speaks against the manifest trueth. Bot this liberallie and franklie we confesse, that we make ane distinction betwixt *Christ Jesus* in his eternall substance, and betwixt the Elements of the Sacramentall Signes. So that wee will nether worship the Signes, in place of that quhilk is signified be them, nether zit doe we dispise, and interpret them as unprofitable and vaine, bot do use them with all reverence, examining our selves diligentlie before that so we do; because we are assured be the mouth of the Apostle, *That sik as eat of that bread, and drink of that coup unworthelie, are guiltie of the bodie and blude of Christ Jesus.*<sup>1</sup>

*uberem terram jactum aliquando in frugem crumpet. Spiritus enim Sanctus, qui a vera Christi institutione nunquam potest excludi, non committet, ut hujus mysticæ actionis fructu fideles frustrentur. Hæc autem omnia manare dicimus e veræ fidei fontibus, per quam Jesum Christum apprehendimus, qui unus sacramentorum suorum effectum in nobis producit. Itaque, quicumque nos calumniantur, tanquam sacramenta dicamus aut credamus nuda modo signa esse, non modo adversus nos, sed adversus veritatem sunt contumeliosi. Illud autem ingenue confitemur, nos magnum discrimen facere inter elementa signorum sacramentalium, et æternam Jesu Christi substantiam. Neque enim eum signis exhibemus honorem, qui rei quæ per ea significatur est exhibendus: neque rursus ea contemnimus, aut vana et inutilia esse arbitramur; sed post diligentem nostri examinationem, illis reverenter utimur; persuasum enim habemus ex verbis apostoli, Quicumque ex illo pane edit, aut ex illo calice bibit indigne, eum esse reum corporis et sanguinis Jesu Christi.*

<sup>1</sup> 1 Cor. xi. 28, 29.

## ART. XXII.

OF THE RIGHT ADMINISTRATIOUN OF  
THE SACRAMENTIS.

That Sacramentis be richtlie ministrat, we judge twa things requisite: The ane, that they be ministrat be lauchful Ministers, whom we affirme to be only they that ar appoynted to the preaching of the word, into quhais monthes God hes put sum Sermon of exhortation, they being men lauchfullie chosen thereto be sum Kirk. The uther, that they be ministrat in sik elements, and in sik sort, as God hes appoynted; else, we affirme, that they cease to be the richt Sacraments of *Christ Jesus*. And therefore it is that we flee the doctrine of the *Papistical* Kirk, in participatioun of their sacraments; first, because their Ministers are na Ministers of *Christ Jesus*; *zea* (quhilk is mair horrible) they suffer wemen, whome the haly Ghaist will not suffer to teache in the Congregatioun, to baptize: And secundly, because they have so adulterate both the one Sacrament and the nther with their awin inventions, that no part of *Christs* action abydes in the originall puritie: For Oyle, Salt, Spittill, and sik lyke in Baptisme, ar bot mennis inventiounis. Adoration, Veneration, bearing throw streitis and townes, and keeping of bread in boxis or

VOL. III.—II H

## ART. XXII.

## DE RECTA ADMINISTRATIIONE SACRAMENTORUM.

*Ad rectam sacramentorum administrationem duo arbitramur esse necessaria; alterum, ut ea ministratio per legitimos fiat ministros: legitimos autem eos esse asserimus, quibus verbi prædicatio commissa est, in quorum ora Deus exhortationis indidit sermonem, modo legitime ab aliqua electi sint ecclesia: alterum autem, ut sub ea elementorum forma, et in eum morem administrentur quem Deus instituit; alioqui enim vera Christi sacramenta esse desinunt. Eaque causa est, cur in sacramentorum participatione, a papisticæ ecclesiæ communione abhorremus, primum, quod eorum ministri Christi ministri non sunt; et (quod longe detestabilius est) feminis, quas Spiritus Sanctus ne docere quidem in ecclesia patitur, illi permittunt, ut etiam baptismum administrent. Deinde, quod utrunque sacramentum ita suis commentis adulterarint, ut ejus ceremoniæ, quæ a Christo peracta est, nulla pars antiquam et genuinam suam retineat puritatem: nam oleum, sal, sputum, cæteraque id genus in baptismo, mera sunt hominum commenta: panis veneratio, adoratio, per urbes et vicos gestatio, in pixide conservatio, non est sacra-*



buistis, ar prophanatioun of *Christis* Sacramentis, and na use of the same: For *Christ Jesus* saide, *Take, eat, &c., do ze this in remembrance of me.*<sup>1</sup> Be quhilk words and charge he sanctified bread and wine, to the Sacrament of his halie bodie and blude, to the end that the ane suld be eaten, and that all suld drinke of the uther, and not that thay suld be keiped to be worshipped and honoured as God, as the *Papistes* have done heirtofore. Who also committed Sacrilege, steilling from the people the ane parte of the Sacrament, to wit, the blessed coupe. Moreover, that the Sacramentis be richtly used, it is required, that the end and cause why the Sacramentis were institute, be understood and observed, as weil of the minister as of the receiveris: For gif the opinion be changed in the receiver, the richt use ceassis; quhilk is maist evident be the rejection of the sacrifices: As also gif the teacher planely teache fals doctrine, quhilk were odious and abhominable before God (albeit they were his awin ordinance) because that wicked men use them to an uther end than God hes ordaned. The same affirme we of the Sacraments in the *Papistical* kirk; in

*mentorum Christi usus, sed prophanatio: Christus enim dixit, Accipite, comedite, etc., hoc facite in mei memoriam. His verbis, atque hoc mandato, panem et vinum in corporis et sanguinis sui sacramenta sanctificavit, ut alterum ederetur, alterum biberetur ab omnibus, non autem ut servarentur ad venerationem, utque instar Dei adorarentur, quod hactenus a papistis est factum. Iidem quoque sacrilegio se alligarunt, cum alteram sacramenti partem, hoc est, sacrum calicem, populo substraxerunt. Præterea, ad rectum sacramentorum usum illud quoque est necessarium, ut intelligatur quem ad finem tam minister, quam qui sacramenta accipit, ea referant: nam qui sacramentum accipit, si secus atqui oportet de fine ejus senserit, ibi sacramenti quoque usus et fructus cessat; quod et in sacrificiorum rejectione est evidens: item si doctor falsam doctrinam palam obtrudat, quamquam sacramenta sint a Deo instituta, tamen quia impii alio quam quo Deus voluit ea referant, ei sunt ingrata et detestabilia. Id autem usuvenire asserimus in sacramentis ecclesiæ papisticæ; tota enim ceremonia a Christo instituta, tam in forma exteriori, quam in fine et fructus*

<sup>1</sup> Matt. xxvi. 26; Mark xiv. 22; Luke xxii. 19; 1 Cor. xi. 24.

quhilk, we affirme, the hail action of the Lord *Jesus* to be adulterated, asweill in the external forme, as in the end and opinion. Quhat *Christ Jesus* did, and commanded to be done, is evident be the Evangelistes and be Saint *Paull*: quhat the Preist dois at his altar we neid not to rehearse. The end and cause of *Christs* institution, and why the selfesame suld be used, is expressed in thir words, *Doe ze this in remembrance of me, als oft as ze sall eit of this bread, and drinke of this coupe, ze sall shaw furth*, that is, extoll, preach, magnifie and praise *the Lords death, till he cum*.<sup>1</sup> Bot to quhat end, and in what opinioun the Preistes say their Messe, let the wordes of the same, their awin Doctouris and wrytings witnes: To wit, that they, as Mediatoris betwix *Christ* and his Kirk, do offer unto God the Father, a Sacrifice propitiatorie for the sinnes of the quick and the dead. Quhilk doctrine, as blasphemous to *Christ Jesus*, and making derogation to the sufficiency of his only Sacrifice, once offered for purgatioun of all they that sall be sanctified,<sup>2</sup> we utterly abhorre, detest and renounce.

*opinione, penitus est adulterata; quid Jesus Christus egerit, quid fieri præceperit, id perspicuum est ex evangelistis et Paulo; quid sacerdos agat ad aram, nihil opus est commemorare. Finis et causa cur Christus ea instituerit, et cur nos item eisdem et eodem modo uti debeamus, his verbis diserte exprimitur, Hoc facite in mei memoriam, quoties de hoc pane ederitis, et de hoc calice bibetis, annuntiabitur, hoc est, efferetis, vulgabitur, prædicabitur, et prosequemini laudibus mortem Domini donec veniat. Sed quid sacerdotes missando spectent, quam opinionem de missa velint haberi, ipsa missæ verba, ipsi doctores eorum iudicabunt, quippe qui, tanquam conciliatores ecclesiæ cum Christo, sacrificium Deo Patri offerant propitiatorium pro peccatis vivorum et mortuorum: Hanc nos eorum doctrinam velut contumeliosam adversus Jesum Christum rejicimus et detestamur; quippe quæ unico sacrificio, semel ab eo pro omnibus qui sanctificabuntur oblato, detrahat, et velut parum efficac in eum usum coarguat.*

<sup>1</sup> 1 Cor. xi. 25, 26.

<sup>2</sup> Heb. ix. 27, 28; x. 14.

## ART. XXIII.

TO WHOME SACRAMENTIS APPERTEINE.

We confesse & acknowledge that Baptisme apperteinis asweil to the infants of the faithfull, as unto them that be of age and discretion: And so we damne the error of the *Anabaptists*, who denies baptisme to apperteine to Children, before that they have faith and understanding.<sup>1</sup> Bot the Supper of the Lord, we confesse to appertaine to sik onely as be of the houshold of Faith, and can trie and examine themselves, asweil in their faith, as in their dewtie towards their Nichtbouris; sik as eite and drink at that haly Table without faith, or being at dissension and division with their brethren, do eat unworthelie:<sup>2</sup> And therefore it is, that in our Kirk our Ministers tak publick & particular examination, of the knowledge and conversation of sik as are to be admitted to the Table of the Lord *Jesus*.

## ART. XXIV.

OF THE CIVILE MAGISTRATE.

We confesse and acknowledge Empyres, Kingdomes, Dominiounis, and Citties to be distincted and ordained be God; the powers and

## ART. XXIII.

QUIBUS COMMUNICARI SACRAMENTA DEBEANT.

*Baptismum existimamus non minus communicandum infantibus fidelium, quam iis quibus est rationis et iudicii usus: itaque damnamus errorem Anabaptistarum, qui ante fidem et rationis usum negant ad pueros pertinere baptismum. Cœnæ autem dominicæ participes esse debere eos modo credimus, qui in familia fidei contineantur; quique sese ipsi probare et examinare possint, non modo in iis quæ proprie ad fidei causam spectant, sed etiam quæ ad officium erga proximum pertineant. At qui edunt et bibunt ex hac sacra mensa, interim fidei vacui, aut a fraterna caritate alieni, hi indigne edunt. Hanc igitur ob causam, in nostris ecclesiis ministri et publice et privatim de fide et vita eorum cognoscunt, qui ad mensam domini Jesu Christi accedunt.*

## ART. XXIV.

DE MAGISTRATU CIVILI.

*Agnoscimus item et confitemur imperia, regna, dominatus, et civitates, divisas et institutas esse a Deo: item imperatoribus in sua*

<sup>1</sup> Col. ii. 11, 12; Rom. iv. 11; Gen. xvii. 10; Matt. xxviii. 19.

<sup>2</sup> 1 Cor. xi. 28, 29.

authoritie in the same, be it of Emperours in their Empyres, of Kingis in their Realmes, Dukes and Princes in their Dominionis, and of utheris Magistrates in the Citties, to be Gods haly ordinance, ordained for manifestation of his awin glory, and for the singular profite and commoditie of mankind:<sup>1</sup> So that whosoever goeth about to take away, or to confound the haill state of Civile policies, now long established; we affirme the same men not onely to be enemies to mankinde, but also wickedly to fecht against Goddis expressed will.<sup>2</sup> Wee farther confesse and acknowledge, that sik persons as are placed in authoritie ar to be loved, honoured, feared, and halden in most reverent estimation;<sup>3</sup> because that they are the Lieu-tenents of God, in whose Sessiouns God himself dois sit and judge:<sup>4</sup> Zea, even the Judges & Princes themselves, to whome be God is given the sword, to the praise and defence of gude men, and to revenge and punish all open malefactors.<sup>5</sup> Mairover, to Kings, Princes, Rulers and Magistrates, wee affirme that chieffie and most principallie the conservation and purgation of the Religioun apperteinis; so that

*imperia, regibus in regna, ducibus et principibus in dynastias, aliisque magistratibus in suas civitates, jus et potestatem esse ex ordinatione et instituto Dei, ad gloriæ ipsius manifestationem, et singularem humani generis utilitatem et commoditatem. Itaque quicumque id agit, ut jamdiu corroboratum inter homines civilem ordinem aut tollat aut conturbet, eum nos asserimus non modo humani generis esse inimicum, sed adversus expressam Dei voluntatem impium gerere bellum. Præterea asserimus atque affirmamus, iis qui auctoritate justa funguntur, omnem laudem, honorem, et reverentiam esse deferendam: propterea, quod cum vices Dei inter homines gerant, in eorum conciliis Deus ipse assideat, ac de ipsis iudicibus et principibus (quibus gladium dedit, ut bonos tueantur, et in noxios animadvertant) ipse iudicabit. Præterea affirmamus regum, principum, aliorumque magistratum, vel præcipuum esse munus ut religionem puram tueantur, adulteratam maculis purgent; neque enim ad civilis modo ordinis conservationem, sed ad religionis etiam tutelam sunt instituti, ut idololatriam, omnemque superstitionem in ea oborientem*

<sup>1</sup> Rom. xiii. 1; Titus iii. 1; 1 Pet. ii. 13, 14.

<sup>2</sup> Rom. xiii. 2.

<sup>3</sup> Rom. xiii. 7; 1 Pet. ii. 17.

<sup>4</sup> Psa. viii. 1.

<sup>5</sup> 1 Pet. ii. 14.

not onlie they are appointed for Civill policie, bot also for maintenance of the trew Religioun, and for suppressing of Idolatrie and Superstitioun whatsoever: As in *David*,<sup>1</sup> *Josaphat*,<sup>2</sup> *Ezechias*,<sup>3</sup> *Josias*,<sup>4</sup> and utheris highlie commended for their zeale in that caise, may be espyed.

And therefore wee confesse and avow, that sik as resist the supreme power, doing that thing quhilk appertains to his charge, do resist Goddis ordinance; and therefore cannot be guiltles. And farther we affirme, that whosoever denies unto them ayde, their counsell and comfort, quhiles the Princes and Rulers vigilantly travell in execution of their office, that the same men deny their helpe, support and counsell to God, quha, be the presence of his Lieu-tenant, dois crave it of them.

## ART. XXV.

OF THE GUIFTES FREELY GIVEN TO THE KIRK.

Albeit that the Worde of God trewly preached, and the Sacraments richtlie ministred, and Discipline executed according to the Worde of God, be the certaine and infallible Signes of the trew Kirk, we meane not that everie particu-

*opprimant: quod in Davide, Josaphat, Ezechia, Josia, aliisque regibus intueri licet, qui ob vehementis studium in puritate religionis tuenda, singularem consequuti sunt laudem.*

*Ideoque profitemur et palam affirmamus, quicumque magistratui in mora est quo minus suum exerceat munus, is ordinationi Dei resistit, neque a scelere excusari potest. Præterea affirmamus, quicumque auxilium, consilium, operamque suam negat magistratui, ad officium vigilanter et ex fide faciendum, idem suum auxilium, consilium, et operam Deo negat, qui per magistratum, qui vices ejus in terris explet, ea ipsa a nobis exposcit.*

## ART. XXV.

DE BENEFICIIS LIBERALITER ECCLESIE CONCESSIS.

*Quanquam verbi divini sincera prædicatio, sacramentorum legitima ministratio, et disciplina convenienter verbo Dei exercita, sint certa et minime fallacia veræ ecclesiæ indicia; non continuo tamen quicumque in hunc cætum nomen dedit,*

<sup>1</sup> 1 Chron. xxii., xxiii., xxiv., xxv., and xxvi.

<sup>2</sup> 2 Chron. xvii. 6, etc.; xix. 8, etc.

<sup>3</sup> 2 Chron. xxix., xxx., and xxxi.

<sup>4</sup> 2 Chron. xxxiv. and xxxv.

lar person joyned with sik company, be ane elect member of *Christ Jesus*.<sup>1</sup> For we acknowledge and confesse, that Dornell, Cockell, and Caffé may be sawen, grow, and in great aboundance lie in the middis of the Wheat, that is, the Reprobate may be joyned in the societie of the Elect, and may externally use with them the benefites of the worde and Sacraments: Bot sik being bot temporall professoures in mouth, but not in heart, do fall backe, and continew not to the end.<sup>2</sup> And therefore have they na fruite of *Christs* death, Resurrection nor Ascension. Bot sik as with heart unfainedly believe, and with mouth bauldly confesse the Lord *Jesus*, as before we have said, sall most assuredly receive their giftes:<sup>3</sup> First, in this life, remission of sinnes, and that be only faith in *Christs* blude; in samekle, that albeit sinne remaine and continuallie abyde in thir our mortall bodies, zit it is not imputed unto us, bot is remitted, and covered with *Christs* Justice.<sup>4</sup> Secundly, in the general Judgement, there sall be given to every man and woman resurrection of the flesh:<sup>5</sup> For the Sea sall give her dead; the Earth, they that therin be inclosed; zea, the Eternall our God sall stretche

*sit electum Jesu Christi membrum: scimus enim lolium, zizania, aliasque id genus frugum pestes, una cum tritico seri, copioseque posse crescere; hoc est, impios posse in eundem cum electis cœtum coire, et assidue cum eisdem verbi et sacramentorum beneficiis uti: verum hujusmodi homines, qui ad tempus, neque id quidem ex animo, veritatem profitentur, retro abeunt, neque ad finem usque perseverant; ideoque nullus ex morte, resurrectione, et ascensione, Christi fructus ad eos pertinet. At qui et animo persuasum habent, et ore constanter confitentur Dominum Jesum Christum, eo quo superius diximus modo, hæc haud dubie recipient beneficia: primum, in hac vita peccatorum condonationem, idque duntaxat in sanguine Christi; adeo ut quanquam peccatum remaneat, et continenter habitet in hoc mortali nostro corpore, non tamen imputabitur nobis, sed condonabitur, atque operietur Christi justitia. Deinde in generali illo judicio redivivum cuique suum restituetur corpus; mare enim suos reddet mortuos, terra item quos sinu suo clausos tenet; ac sempiternus ille noster Deus manum suam super pulverem extendet, surgentque.*

<sup>1</sup> Matt. xiii. 24, etc<sup>2</sup> Matt. xiii. 20, 21.<sup>3</sup> Rom. x. 9, 13.<sup>4</sup> Rom. vii.; 2 Cor. v. 21.<sup>5</sup> John v. 28, 29.

out his hand on the dust, and the dead shall arise uncorruptible,<sup>1</sup> and that in the substance of the selfe same flesh that every man now beiris,<sup>2</sup> to receive according to their warkis, glory or punishment:<sup>3</sup> For sik as now delyte in vanity, cruelty, filthynes, superstition or Idolatry, shall be adjudged to the fire unquencheable: In quhilk they shall be tormented for ever, asweill in their awin bodyes, as in their saules, quhilk now they give to serve the Devill in all abhominat[i]on. Bot sik as continew in weil doing to the end, bauldely professing the Lord *Jesus*, we constantly beleve, that they shall receive glorie, honor, and immortality, to reigne for ever in life everlasting with *Christ Jesus*,<sup>4</sup> to whose glorified body all his Elect shall be made lyke,<sup>5</sup> when he shall appeir againe in judgement, and shall rander up the kingdome to God his Father, who then shall bee, and ever shall remaine all in all things God blessed for ever:<sup>6</sup> To whome, with the Sonne and with the haly Ghaist, be all honour and glorie, now and ever. *So be it.*

*Arise (O Lord) and let thy enimies be confounded; let them*

*mortui in eo ipso quod quisque tulerat corpore, sed jam immortal[i] et incorruptibili, ut recipiant, juxta opera sua, aut gloriam aut pœnam; nam crudeles, flagitiosi, idololatræ, quique rerum partim inanimam, partim etiam impiarum studio in hac vita tenebantur, ad ignis inextincti supplicium damnabuntur: ibique sempiternis cruciabuntur pœnis non modo corpora, sed etiam animæ, quas in servitutem diabolo in omnem immunditiæ et nequitie usum addixerant. At qui in bonorum operum exercitio ad finem usque perseverabunt, Christumque fidenter profitebuntur, eos persuasissimum habemus in gloriam, honorem, et immortalitatem assumptum iri, ut vivi perpetuo regnent cum Christo; cujus corpori glorioso omnes electi ejus conformabuntur, cum is rursus in judicio comparebit, regnumque Deo Patri tradet, qui tum erit, et in perpetuum perseverabit in omnibus et per omnia Deus in æternum benedictus: cui, cum Filio et Spiritu Sancto, omnis honor et gloria, et nunc et in æternum. Amen.*

*Exurge Domine, et confundantur inimici tui. Fugiant a facie*

<sup>1</sup> Rev. xx. 13; 1 Cor. xv. 52, 53, 54.

<sup>2</sup> Job xix. 25, 26, 27.

<sup>3</sup> Matt. xxv. 31, to the end of the chapter.

<sup>4</sup> Rev. xiv. 10; Rom. ii. 6, 7, 8, 9, 10.

<sup>5</sup> Phil. iii. 21.

<sup>6</sup> 1 Cor. xv. 24, 28.

*flee from thy presence that hate  
thy godlie Name. Give thy ser-  
vands strenth to speake thy word  
in bauldnesse, and let all Na-  
tious cleave to thy trew knowl-  
edge. Amen.*

tua qui oderunt sanctum nomen  
tuum. Da servis tuis virtutem,  
ut cum omni fiducia verbum tuum  
eloquantur; omnesque nationes ve-  
ritatem tuam agnoscant et amplec-  
tantur. Amen.

**Thir Acts and Artickles ar red in the face of Parliament, and ratified  
be the thre Estatis, at Edinburgh the 17 day of August,  
the Zeir of **MDLX** Zeiris.**



## CONFESSIO FIDEI SCOTICANÆ II.

THE SECOND SCOTCH CONFSSION, OR THE NATIONAL COVENANT  
A.D. 1580.

[This Confession is a strong anti-papal appendix to the former, and was subscribed by the King, the Council and Court, at Holyrood House, 1580, by persons of all ranks in 1581, again in 1590 and 1638. The text, with the quaint old spelling, is likewise taken from Dunlop's *Collection of Scotch Confessions*, Vol. II. pp. 103 sqq. and 811 sqq. The Latin version is said to have been made by JOHN CRAIG, who wrote the Scotch, and is superior to the one in the *Syntagma Confess.* (pp. 126 sqq.), which Niemeyer (pp. 357 sqq.) has reproduced.]

THE CONFSSION OF FAITH OF THE  
KIRK OF SCOTLAND;  
OR,  
THE NATIONAL COVENANT.

We all, and every ane of us underwritten, protest, That after lang and dew examination of our awne consciences in matters of trew and false religion, we ar now throughlie resovit in the trewth be the Word and spreit of God: and theirfoir we believe with our heartis, confesse with our mouthis, subscribe with our handis, and constantlie affirme before God and the haill warld, That this only is the trew Christian Faith and Religion, pleasing God, and bringing salvation to man, quhilk is now, be the mercie of God, revealed to the warld be the preaching of the blessed Evangel; and is received, believed, and defendit by mony and sundrie notabil kirkis and realmes, but chiefly be the Kirke of *Scotland*, the Kings Majestie and three Estatis of this Realme, as Godis eternall trewth, and only ground of our salvation; as mair particularlie is expressed in

CONFESSIO FIDEI ECCLESIAE  
SCOTICANÆ;

LATINE REDDITA.

*Nos universi et singuli subscribentes profiteamur, postquam de religionis controversiis diu multumque apud nos deliberatum esset, cunctis ad lydium veritatis divinæ lapidem accuratius examinatis, in veritatis certa persuasione, per Dei Verbum et Spiritum Sanctum, animos nostros acquiescere: ideoque corde credimus, ore profiteamur, consignatis chirographis testamur et constanter asserimus, Deo teste invocato, et universo genere humano in conscientiam appellato, hanc unicam esse fidem et religionem Christianam Deo acceptam, hominique salutarem, quæ nunc ex immensa Dei misericordia per evangelii prædicationem mundo patefacta, a multis ecclesiis gentibusque clarissimis, præsertim ab ecclesia Scotiana, rege nostro serenissimo tribusque regni hujus ordinibus, ut æterna Dei veritas et unicum salutis nostræ fundamentum recepta, credita*

the Confession of our Faith, stablished, and publickly confirmed by sundrie Actis of Parliaments, and now of a lang tyme hath been openlie professed by the Kings Majesty, and haill body of this Realme both in brugh and land. To the quhilk Confession and forme of Religion we willingly agree in our consciences in all pointis, as unto Godis undouted trewth and veritie, groundit only upon his written word.

And theirfoir we abhorre and detest all contrare Religion and Doctrine; but chiefly all kynde of *Papistris* in generall and particular headis, even as they ar now damned and confuted by the word of God and kirk of *Scotland*. But in special, we detest and refuse the usurped authoritie of that *Romane* Antichrist upon the scriptures of God, upon the Kirk, the civill Magistrate, and consciences of men: All his tyranous lawes made upon indifferent thingis againis our Christian libertie: His erroneous doctrine againis the sufficiencie of the written word, the perfection of the law, the office of *Christ*, and his blessed Evangell: His corrupted doctrine concerning originall sinne, our natural inhabilitie and rebellion to Godis Law, our justification by faith onlie, our unperfect sanctifi-

*et propugnata est; explicata etiam uberius, in Fidei confessione, plurimis comitiorum publicorum actis confirmata, regisque serenissimi et universorum hujus regni civium publica multorum jam annorum professione approbata. Cui nos Confessionis cultusque divini formulæ, ut veritati divinæ certissima sacrarum autoritate subnixæ, lubentissimis animis in singulis assentimur.*

*Omniaque ideo contraria de religione dogmata aversamur; præsertim vero papismum universum et singula ejus capita, quemadmodum hodie Dei verbo confutata et ab ecclesia Scoticana damnata sunt. Nominatim detestamur antichristi istius Romani in sacras scripturas, in ecclesias, in magistratum politicum, et in hominum conscientias sacrilege vendicatam autoritatem, nefarias omnes de rebus adiaphoris leges, libertati Christianæ derogantes: impium de sacrarum literarum, de legis, de officii Christi, de beati evangelii imperfectione dogma: perversam de peccato originis, de naturæ nostræ impotentia et in legem divinam contumacia, de justificatione per solam fidem: de imperfecta nostra sanctitate et obedientia legi præstanda; de natura, numero et usu*

87. Those five which by the Church of *Rome* are called Sacraments, to wit: *Confirmation*, *Penance*, *Orders*, *Matrimony*, and *Extreme Unction*, are not to be accounted Sacraments of the Gospel; being such as have partly grown from corrupt imitation of the Apostles, partly are states of life allowed in the Scriptures, but yet have not like nature of Sacraments with *Baptism* and the *Lord's Supper*, for that they have not any visible sign or ceremony ordained of God, together with a promise of saving grace annexed thereto.

88. The Sacraments were not ordained of Christ to be gazed upon,

or to be carried about, but that we should duly use them. And in such only as worthily receive the same, they have a wholesome effect and operation; but they that receive them unworthily, thereby draw judgment upon themselves.

#### OF BAPTISM.

89. Baptism is not only an outward sign of our profession, and a note of difference, whereby Christians are discerned from such as are no Christians; but much more a Sacrament of our admission into the Church, sealing unto us our new birth (and consequently our justification, adoption, and sanctification) by the communion which we have with Jesus Christ.

90. The Baptism of Infants is to be retained in the Church, as agreeable to the Word of God.

91. In the administration of Baptism, *exorcism, oil, salt, spittle*, and superstitious *hallowing of the water*, are for just causes abolished; and without them the Sacrament is fully and perfectly administered, to all intents and purposes, agreeable to the institution of our Saviour Christ.<sup>1</sup>

#### OF THE LORD'S SUPPER.

92. The Lord's Supper is not only a sign of the mutual love which Christians ought to bear one towards another, but much more a Sacrament of our preservation in the Church, sealing unto us our spiritual nourishment and continual growth in Christ.

93. The change of the substance of bread and wine into the substance of the body and blood of Christ, commonly called *Transubstantiation*, can not be proved by holy Writ; but is repugnant to plain testimonies of the Scripture, overthroweth the nature of a Sacrament, and hath given occasion to most gross idolatry and manifold superstitions.

94. In the outward part of the holy Communion, the body and blood of Christ is in a most lively manner *represented*; being no otherwise present with the visible elements than things signified and sealed are present with the signs and seals—that is to say, symbolically and relatively. But in the inward and spiritual part the same body and blood is really and substantially *presented* unto all those who have grace

---

<sup>1</sup> Comp. *Eleven Articles*, § viii.

to receive the Son of God, even to all those that believe in his name. And unto such as in this manner do worthily and with faith repair unto the Lord's table, the body and blood of Christ is not only signified and offered, but also truly exhibited and communicated.

95. The body of Christ is given, taken, and eaten in the Lord's Supper only after a heavenly and spiritual manner; and the mean whereby the body of Christ is thus received and eaten is Faith.

96. The wicked, and such as want a lively faith, although they do carnally and visibly (as St. Augustine speaketh) press with their teeth the Sacrament of the body and blood of Christ, yet in nowise are they made partakers of Christ; but rather to their condemnation do eat and drink the sign or Sacrament of so great a thing.

97. Both the parts of the Lord's Sacrament, according to Christ's institution and the practice of the ancient Church, ought to be ministered unto God's people; and it is plain sacrilege to rob them of the mystical cup, for whom Christ hath shed his most precious blood.<sup>1</sup>

98. The Sacrament of the *Lord's Supper* was not by Christ's ordinance reserved, carried about, lifted up, or worshiped.

99. The sacrifice of the Mass, wherein the priest is said to offer up Christ for obtaining the remission of pain or guilt for the quick and the dead, is neither agreeable to Christ's ordinance nor grounded upon doctrine Apostolic; but contrariwise most ungodly and most injurious to that all-sufficient sacrifice of our Saviour Christ, offered once forever upon the cross, which is the only propitiation and satisfaction for all our sins.

100. Private mass—that is, the receiving of the *Eucharist* by the priest alone, without a competent number of communicants—is contrary to the institution of Christ.

OF THE STATE OF THE SOULS OF MEN AFTER THEY BE DEPARTED OUT OF THIS LIFE, TOGETHER WITH THE GENERAL RESURRECTION AND THE LAST JUDGMENT.

101. After this life is ended the souls of God's children be presently received into heaven, there to enjoy unspeakable comforts; the souls of the wicked are cast into hell, there to endure endless torments.

---

<sup>1</sup> Comp. *Eleven Articles*, § x.



102. The doctrine of the Church of Rome concerning *Limbus Patrum*, *Limbus Puerorum*, *Purgatory*, *Prayer for the Dead*, *Pardons*, *Adoration of Images and Relics*, and also *Invocation of Saints*, is vainly invented without all warrant of holy Scripture, yea, and is contrary unto the same.

103. At the end of this world the Lord Jesus shall come in the clouds with the glory of his Father; at which time, by the almighty power of God, the living shall be changed and the dead shall be raised; and all shall appear both in body and soul before his judgment-seat, to receive according to that which they have done in their bodies, whether good or evil.

104. When the last judgment is finished, Christ shall deliver up the kingdom to his Father, and God shall be all in all.

THE DECREE OF THE SYNOD.

If any minister, of what degree or quality soever he be, shall publicly teach any doctrine contrary to these Articles agreed upon, if, after due admonition, he do not conform himself, and cease to disturb the peace of the Church, let him be silenced, and deprived of all spiritual promotions he doth enjoy.

# ARTICULI ARMINIANI sive REMONSTRANTIA.

## THE FIVE ARMINIAN ARTICLES. A.D. 1610.

[The official Dutch text is taken from the first edition of 1612, as printed in *De Remonstrantie en het Remonstrantsma. Historisch onderzoek door Dr. JOANNES TIDEMAN, Predikant bij de Remonstrantsch-Gereformeerde Gemeente te Rotterdam* (Te Haarlem, 1851), pp. 17-90. I procured a copy from my friend, Dr. J. J. van Oosterzee, of Utrecht. The Latin translation of Petrus Bertius was literally copied for me by another friend in Holland, Dr. M. Cohen Stuart, from the *Scripta adversaria Collationis Hagienſis*, Lugd. Batav. 1616. The English translation is made for this edition. An older English version, with the Latin (but with several omissions), is given by Peter Heylyn, in his *Historia Quinquarticularis*, London, 1660, pp. 50-53. The Preface, the five negative Articles, and Conclusion (see Tideman, pp. 8-37) are omitted.

Niemeyer excludes the Remonstrance from his Collection of Reformed Confessions, but it is necessary to the proper understanding of the Canons of the Synod of Dort. Böckel (pp. 545 sqq.) gives a German translation. Comp. Vol. I. † 66, pp. 508 sqq.]

### ART. I.

*Dat Godt door een eeu-  
wich, onveranderlyck beslyft,  
in JESU CHRISTO, synen  
Soone, eer des werelts grondt  
gheleydt was, besloten heeft,  
uyt het ghevallene sondighe  
Menschelyck geslachte, die  
ghene in CHRISTO, om CHRI-  
STUS wille, ende door CHRI-  
STUM salich te maecken, die  
door de ghenade des heylighen  
Gheestes, in den selven  
synen Soone JESUM gheloo-  
ven, ende in den selven ghe-  
loove, ende ghoorsaemheyt  
des gheloofs, door de selve  
ghenade, totten eynde toe  
volherden souden: en daer  
tegens, de onbekeerlycke, en  
ongelovige in de sonde, en  
onder de toorne te laten, en  
te verdoemen, als vraemt van  
CHRISTO: naer 't woord des  
H. Eoangelij by Johannem  
iii. 36: 'Wie in den Sone  
ghelooft, die heeft het eeu-  
wiche leven, ende wie den Soone  
onghehoorsaem is, die en sal*

### ART. I.

*Deus eterno et immuta-  
bili decreto in Christo Jesu  
Filio suo, ante facta mundi  
fundamenta, statuit ex ge-  
nere humano in peccatum  
prolapsa, eos in Christo,  
propter Christum, et per  
Christum salvare, qui per  
gratiam Spiritus Sancti in  
eundem Filium suum credi-  
turi, inque ea ipsa fide et  
obedientia fidei, per eandem  
gratiam, usque ad finem  
essent perseveraturi; contra  
vero contumacia et incredu-  
los, sub peccato et ira relin-  
quere et condemnare, tan-  
quam a Christo alienos; juxta  
verbum Eoangelii Joh.  
iii. 36: 'Qui credit in Fili-  
um, habet vitam æternam,  
qui vero Filio non obtem-  
perat, non videbit vitam, sed  
ira Dei manet super ipsum.'*

### ART. I.

That God, by an eternal, unchangeable purpose in Jesus Christ his Son, before the foundation of the world, hath determined, out of the fallen, sinful race of men, to save in Christ, for Christ's sake, and through Christ, those who, through the grace of the Holy Ghost, shall believe on this his Son Jesus, and shall persevere in this faith and obedience of faith, through this grace, even to the end; and, on the other hand, to leave the incorrigible and unbelieving in sin and under wrath, and to condemn them as alienate from Christ, according to the word of the gospel in John iii. 36: 'He that believeth on the Son hath everlasting life: and he that believeth not the Son shall not see life; but the

het leven niet sien, maer de toorne Gods blyft op hem,' ende andere plaetsen der schrifturen meer.

## ART. II.

*Dat desen volghende, JESUS CHRISTUS de salichmaecker des Werelts, voor alle ende yeder Mensch ghestorven is: alsoo dat hyse alle door den doot des Cruyces, de versoeninghe ende verghewinghe der sonden verworven heeft; alsoo nochtans dat niemant deselve verghevinghe der sonden dadelyck gheniet, dan de Ghelooovighe: mede naer 't Woort des Evangelij by Johannem, Cap. iii. 16: 'Soo lief heeft Godt de Werelt gehadt, dat hy synen eenighen Soone ghegeven heeft, opdat al, die in hem ghelooft, niet en vergae, maer het ewewighe leven hebbe.' Ende in den eersten Brief Johannis int ii. vers 2: 'Hy is de versoeninge voor onse sonden; en niet alleens voor onse, maer voor des gantsche Werelts sonden.*

## ART. III.

*Dat de Mensehe 't salichmaeckende Gheloove van hem selven niet en heeft; noch uyt cracht van synen vryen wille, alsoo hy in den stant der afwyckinghe ende der sonden niet goets, dat waerlyck goet is (gelyck insonderheyt is het salichmaeckende*

*Oui alia quoque Scripturae dicta respondent.*

## ART. II.

*Proinde Jesus Christus, Mundi Salvator, pro omnibus et singulis hominibus mortuus est, omnibusque per mortem crucis promeritus reconciliationem et remissionem peccatorum; ita tamen ut nemo remissionis illius reipsa particeps fiat, praeter credentes, idque etiam secundum verba Evangelii Joannis iii. 16: 'Ita Deus dilexit Mundum, ut Filium suum unigenitum dederit, ut quisquis credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam.' Et epistola prioris Joannis, Cap. ii. v. 2: 'Ipsa est propitiatio pro peccatis nostris, nec pro nostris tantum, sed etiam pro totius Mundi peccatis.'*

## ART. III.

*Homo salvificam fidem non habet a se, neque ex liberi arbitrii sui viribus, quandoquidem in statu apostasiae et peccati nihil boni (quod quidem vere bonum sit, cujusmodi in primis est fides salvifica) ex se et a se potest cogitare, velle aut*

wrath of God abideth on him,' and according to other passages of Scripture also.

## ART. II.

That, agreeably thereto, Jesus Christ, the Saviour of the world, died for all men and for every man, so that he has obtained for them all, by his death on the cross, redemption and the forgiveness of sins; yet that no one actually enjoys this forgiveness of sins except the believer, according to the word of the Gospel of John iii. 16: 'God so loved the world that he gave his only-begotten Son, that whosoever believeth in him should not perish, but have everlasting life.' And in the First Epistle of John ii. 2: 'And he is the propitiation for our sins; and not for ours only, but also for the sins of the whole world.'

## ART. III.

That man has not saving grace of himself, nor of the energy of his free will, inasmuch as he, in the state of apostasy and sin, can of and by himself neither think, will, nor do any thing that is truly good (such as saving Faith emi-

gheloove) uyt ende van hem selven, can dencken, willen ofte doen. Maar dat het van noode is, dat hy van Godt, in CHRISTO; door synen heiligen Geest, werde herboren, en vernieut, in verstant, affectie, oft wille, ende alle crachten, opdat hy het ware goet te recht moge verstaen, bedencken, willen, ende volbrengen, naer 't woordt CHRISTI, Johann. xiii. 5: 'Sonder my en condt ghy niet doen.'

## ART. IV.

Dat dese ghenade Godts is het beginsel, de voortganck ende volbrenginghe alles goets, oock soo verre, dat de wedergeboren Mensche selfs, sonder dese voorgaende ofte toecommende, opweckende, volgende ende medewerckende ghenade, noch het goeds dencken, willen ofte doen can, noch oock eenighe tentation ten quade wederstaen: soodat alle goede daden, ofte werckingen die men bedencken kan de ghenade Godts in CHRISTO moeten toegeschreven worden. Maer soo vele de maniere van de werckinghe derselver ghenade aengaet, die en is niet onwederstandelyck: want daer staet van velen geschreven, dat sy den heiligen Geest wederstaen hebben. Act. vii. ende elders op vele plaetsen.

*facere; sed necessarium est ut a Deo, in Christo, per Spiritum ipsius Sanctum regeneretur atque renovetur, intellectu, affectibus seu voluntate, omnibusque viribus, ut vere bonum recti possit intelligere, meditari, velle atque proficere sicut scriptum est Joh. xv. 5: 'Sine me nihil potestis facere.'*

## ART. IV.

*Hæc Dei gratia est principium, progressus et complementum omnis boni; adeo quidem ut ne ipse quidem regenitus absque præcedente sive præveniente ista, excitante, prosequente et cooperante gratia, bonum cogitare, velle, aut peragere possit, ullisve ad malum tentationibus resistere, ita ut omnia bona opera actionesque, quas quis cogitando potest adsequi, gratiæ Dei in Christo adscribenda sint. Cæterum, quod ad modum operationis ejus gratiæ attinet, non est ille irresistibilis, quandoquidem scriptum est de multis, quod 'Spiritui Sancto restiterint.' Act. vii. et alibi locis compluribus.*

nently is); but that it is needful that he be born again of God in Christ, through his Holy Spirit, and renewed in understanding, inclination, or will, and all his powers, in order that he may rightly understand, think, will, and effect what is truly good, according to the Word of Christ, John xv. 5: 'Without me ye can do nothing.'

## ART. IV.

That this grace of God is the beginning, continuance, and accomplishment of all good, even to this extent, that the regenerate man himself, without preventient or assisting, awakening, following and co-operative grace, can neither think, will, nor do good, nor withstand any temptations to evil; so that all good deeds or movements, that can be conceived, must be ascribed to the grace of God in Christ. But as respects the mode of the operation of this grace, it is not irresistible, inasmuch as it is written concerning many, that they have resisted the Holy Ghost. Acts vii., and elsewhere in many places.

## ART. V.

*Dat die JESU CHRISTO, door een ware gheloove syn inghelyft, ende overulecx syns leedighmaeckenden Gheestes deelchtig zyn ghe worden, overloedighe crucht hebben, omme teghens den satan, de sonde, de Werelt, ende haer eygen vleesche te stryden, en de overwinninge te vercrygen. Welverstaende altydt, door den bystand van de ghenade des heyligen Geestes: ende dat JESUS CHRISTUS haer door synen Gheest in alle tentatien bystaet, de handt biet, ende, so sy maer alleens ten stryde bereyt zyn, ende syn hulpe begeeren, ende in geenen ghebroke zyn, staende hout, alsoo dat se door gheene listichheyt noch gheveld des Satans verleyt, oft vut CHRISTI handen connen ghetrocken worden, naer 't woordt CHRISTI, Joh. x.: 'Niemandt en sales vut myne handen rucken.' Maer of de selve niet en connen, door naelaticheyt, het beginsel haers Wesens in CHRISTO verlaten; de teghenwoordighe Werelt wederom aennemen: van de Heylighe Leere, hen eenmael ghegheven, afcrycken: de goede consciencie verliesen: de ghenade verwaerloosen: soude eerst moeten naerder vut de Heylige Schriftuere*

## ART. V.

*Ei qui Christo vera fide insiti, ac per consequens vivificantis ejus Spiritus participes facti sunt, abunde instructi sunt viribus, quibus adversus Satanam, peccatum, Mundum, suamque carnem possint pugnare, atque adeo etiam victoriam ab iis referre; semper tamen (quod cautum volumus) auxilio gratias Spiritus Sancti; et Jesus Christus ipsis, per Spiritum suum, in omnibus tentationibus adistit, manum porrigit, ac eodem (si modo ad pugnam ipsi parati sint, ejusque opem deposcant, si bique ipsis non desint) fulcit ac confirmat, ita ut nulla fraude aut vi Satanae seduci, aut ex Christi manibus eripi possint, juxta dictum Christi Joh. x.: 'Oves meas nemo rapiet ex manu mea.' Ceterum, utrum iidem non possint per socordiam*

## ART. V.

That those who are incorporated into Christ by a true faith, and have thereby become partakers of his life-giving Spirit, have thereby full power to strive against Satan, sin, the world, and their own flesh, and to win the victory; it being well understood that it is ever through the assisting grace of the Holy Ghost; and that Jesus Christ assists them through his Spirit in all temptations, extends to them his hand, and if only they are ready for the conflict, and desire his help, and are not inactive, keeps them from falling, so that they, by no craft or power of Satan, can be misled nor plucked out of Christ's hands, according to the Word of Christ, John x. 28: 'Neither shall any man pluck them out of my hand.' But whether they are capable, through negligence, of forsaking again the first beginnings of their life in Christ, of again returning to this present evil world, of turning away from the holy doctrine which was delivered them, of losing a good conscience, of be-

<sup>1</sup> Heb. iii. 6, 14; 2 Pet. i. 10; Jude 3; 1 Tim. i. 19; Heb. xi. 18.

*ondersocht zyn, eer wy 't selve met volle verseeckeringhe onses ghemoets souden connen leeren.*

*Deze puncten alsoo voorgedragen ende geleert, houden sy Remonstranten den woorde Godts gelyckformich te wesen, stichtelyck, ende in dese materie ghenoechsaem ter sacheit, sonder dat het van noode zy, oft oock stichtelyck, hooger te climmen, ofte lager te dalen.*

*mus alios cum πληροφορία animi nostri docere.<sup>1</sup>*

*Hos igitur articulos ita propositos et traditos censent Remonstrantes divino Verbo conformos, ædificationi idoneos, et in hoc quidem argumento sufficientes ad salutem; ita ut necessarium non sit, aut ædificationi serviens, vel altius conscendere vel inferius subsidere.*

coming devoid of grace, that must be more particularly determined out of the Holy Scripture, before we ourselves can teach it with the full persuasion of our minds.

These Articles, thus set forth and taught, the Remonstrants deem agreeable to the Word of God, tending to edification, and, as regards this argument, sufficient for salvation, so that it is not necessary or edifying to rise higher or to descend deeper.

<sup>1</sup> The here quoted places, or *loca probantia*, are not, like the others in the former articles, written in the text, but in the *margin*.

## CANONES SYNODI DORDRECHTANÆ.

THE CANONS OF THE SYNOD OF DORT. A.D. 1618 AND 1619.

[We give first the full Latin text of the Acts of the Synod of Dort (Dordrecht) on the five controverted heads of doctrine, viz., the Preface, the Articles of Faith, the Errors Rejected, the Names of Subscribers, the Conclusion, the Sentence against the Remonstrants, and the Approval of the States-General, but distinguishing the several parts by different type. They were officially published May 6, 1619, and often since in Latin, Dutch, German, and English. The original is given in the *Corpus et Syntagma Confess.* ed. II. 1654, in the Oxford *Sylloge Confess.* (pp. 397-454), in Niemeyer's *Collectio* (pp. 690-728); the German in Beck's and Büchel's Collections. To the Latin text we append the English abridgment, as adopted by the Reformed Dutch Church in America.]

JUDICIUM SYNODI NATIONALIS REFORMATARUM ECCLESiarUM BELGICARUM,

*Habitæ Dordrechtii Anno MDCXVIII. et MDCXIX. Cui plurimi insignes Theologi Reformatarum Ecclesiarum Magnæ Britannicæ, Germanicæ, Gallicæ, interfuerunt, de Quinque Doctrinæ Capitibus in Ecclesiis Belgicis Controversis: promulgatum VI. Maii MDCXIX.*

### PRÆFATIO.

IN NOMINE DOMINI ET SERVATORIS NOSTRI JESU CHRISTI. AMEN.

*Inter plurima, quæ Dominus et Servator noster Jesus Christus militanti suæ Ecclesiæ in hac æruginosa peregrinatione dedit solatia, merito celebratur illud, quod ei ad Patrem suum in cæleste sanctuarium abiturus reliquit: Ego, inquit, sum vobiscum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. Hujus suavissimæ promissionis veritas elucet in omnium temporum Ecclesia, quæ quum non solum aperta inimicorum violentia, et hæreticorum impietate, sed etiam aperta seductorum astutia inde ab initio fuerit oppugnata, sane, si unquam salutari promissæ suæ præsentis præsidio eam destituisset Dominus, pridem aut vi tyrannorum fuisset oppressa, aut fraude impostorum in exitium seducta. Sed bonus ille Pastor, qui gregem suum, pro quo animam suam posuit, constantissime diligit, persecutorum rabiem tempestive semper, et exserta sæpe dextera, miraculose repressit, et seductorum vias tortuosas, ac consilii fraudulenta detexit atque dissipavit, utroque se in Ecclesiâ suâ præsentissimum esse demonstrans. Hujus rei illustre documentum exstat in historiis piorum imperatorum, regum, et principum, quos Filius Dei in subsidium Ecclesiæ suæ toties excitavit, sancto domus suæ zelo accendit, eorumque opera, non tantum tyrannorum furores compescuit, sed etiam Ecclesiæ cum falsis doctoribus religionem variè adulterantibus confictanti, sanctarum synodorum remedia procuravit, in quibus fideles Christi servi conjunctis precibus, consiliis, et laboribus pro Ecclesiâ et veritate Dei fortiter steterunt, Satane ministris, licet in angelos lucis se transformantibus, intrepide se opposuerunt, errorum et discordiæ semina sustulerunt, Ecclesiam in religionis puræ concordia conservarunt, et sincerum Dei cultum ad posteritatem illibatam transmiserunt.*

*Simili beneficio fidelis noster Servator Ecclesiæ Belgicæ, annos aliquam multos afflictissimæ, gratiosam suam præsentiam hoc tempore testatus est. Hanc enim Ecclesiam a Romani antichristi tyrannide et horribili paputus idololatria potenti Dei manu vindicatam, in belli diuturni periculis toties miraculose custoditam, et in veræ doctrinæ atque disciplinæ concordia ad Dei sui laudem, admirabile reipub. incrementum, totiusque reformati orbis gaudium efflorescentem, JACOBUS ARMINIUS ejusque sectatores, nomen Remonstrantium præ se ferentes, variis, tam veteribus, quam novis erroribus, primum tecte, deinde aperte tentarunt, et scandalosis dissensionibus ac schismatibus pertinaciter turbatam, in tantum discrimen adduxerunt, ut florentissimæ Ecclesiæ, nisi Servatoris nostri miseratio opportune intervenisset, horribili dis-*

*sidiorum et schismatum incendio tandem conflagrasset. Benedictus autem sit in sæcula Dominus, qui postquam ad momentum faciem suam a nobis (qui multis modis iram et indignationem ejus provocaveramus) abscondisset, universo orbi testatum fecit, se fœderis sui non oblivisci, et suspiria suorum non spernere. Cum enim vix ulla remediî spes humanitus appareret, illustrissimis et præpotentibus Belgii fœderati ordinibus generalibus hanc mentem inspiravit, ut consilio et directione illustrissimi et fortissimi principis Arausiacani legitimis mediis, quæ ipsorum apostolorum, et quæ eos secutæ Ecclesiæ Christianæ exemplis longo temporum decursu sunt comprobata, et magno cum fructu in Ecclesia etiam Belgica antehac usurpata, præventibus hæc malis obviam ire decreverint, synodumque ex omnibus, quibus præsent, provinciis, auctoritate sua, Dordrechtum convocarint, expetitis ad eam et favore serenissimi ac potentissimi Magnæ Britannæ regis JACOBI, et illustrissimorum principum, comitum, et rerumpublicarum, impetratis plurimis gravissimis theologis, ut communi tot Reformatæ Ecclesiæ theologorum judicio, ista ARMINII ejusque sectatorum dogmata accurate, et ex solo Dei verbo, dijudicarentur, vera doctrina stabiliretur, et falsa rejiceretur, Ecclesiisque Belgicis concordia, pax et tranquillitas, divina benedictione, restitueretur. Hoc est illud Dei beneficium, in quo exultant Ecclesiæ Belgicæ, et fidelis Servatoris sui miserationes humiliter agnoscunt, ac grate predicant.*

*Hæc igitur veneranda Synodus (prævia per summi magistratus auctoritatem in omnibus Belgicis Ecclesiis, ad iræ Dei deprecationem et gratiosi auxilii implorationem, precum et jejuniî indictione et celebratione) in nomine Domini Dordrechtî congregata, divini Numinis et salutis Ecclesiæ accensa amore, et post invocatum Dei nomen, sancto juramento obstricta, se solam Scripturam sacram pro judicii norma habituram, et in causæ hujus cognitione et judicio, bona integraque conscientia versaturam esse, hoc egit sedulo magnaue patientia, ut præcipuos horum dogmatum patronos, coram se citatos, induceret ad sententiam suam de Quinque notis doctrinæ Capitibus, sententiæque rationes, plenius exponendas. Sed cum Synodi judicium repudiarent, atque ad interrogatoria, eo quo æquum erat, modo respondere detrectarent, neque Synodi monitiones, nec generosorum atque amplissimorum ordinum generalium Delegatorum mandata, imo ne ipsorum quidem illustrissimorum et præpotentium DD. ordinum generalium imperia, quicquam apud illos proficerent, aliam viam eorundem Dominorum jussu, et ex consuetudine jam olim in synodis antiquis recepta, ingredi coactus fuit; atque ex scriptis, confessionibus, ac declarationibus, partim antea editis, partim etiam huic Synodo exhibitis, examen illorum quinque dogmatum institutum est. Quod cum jam per singularem Dei gratiam, maxima diligentia, fide, ac conscientia, omnium et singulorum consensu absolutum sit, Synodus hæc ad Dei gloriam, et ut veritatis salutaris integritati, conscientiarum tranquillitati, et paci ac saluti Ecclesiæ Belgicæ consulatur, sequens judicium, quo et vera verboque Dei consentanea de prædictis Quinque Doctrinæ Capitibus sententia exponitur, et falsa verboque Dei dissentanea rejicitur, statuit promulgandum.*

## SENTENTIA, DE DIVINA PRÆDESTINATIONE, ET ANNEXIS EI CAPITIBUS,

*Quam Synodus Dordrechtana Verbo Dei consentaneam, atque in Ecclesiis Reformatis hactenus receptam esse, judicat, quibusdam Articulis exposita.*

### PRIMUM DOCTRINÆ CAPUT, DE DIVINA PRÆDESTINATIONE.

#### ARTICULUS PRIMUS.

Cum omnes homines in Adamo peccaverint, et rei sint facti maledictionis et mortis æternæ, Deus nemini fecisset injuriam, si universum genus humanum in peccato et maledictione relinquere, ac propter pec-



catum damnare voluisset, juxta illa Apostoli, *Totus mundus est obnoxius condemnationi Dei.* Rom. iii. 19. *Omnes peccaverunt et destituuntur gloria Dei.* Ver. 23. Et, *Stipendium peccati mors est.* Rom. vi. 23.

## II.

Verum in hoc manifestata est charitas Dei, quod Filium suum unigenitum in mundum misit, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. 1 Johan. iv. 9; Johan. iii. 16.

## III.

Ut autem homines ad fidem adducantur, Deus clementer lætissimi hujus nuntii præcones mittit, ad quos vult, et quando vult, quorum ministerio homines ad resipiscentiam et fidem in Christum crucifixum vocantur. *Quomodo enim credent in eum, de quo non audierint? quomodo autem audient absque prædicante? quomodo prædicabunt, nisi fuerint missi?* Rom. x. 14, 15.

## IV.

Qui huic Evangelio non credunt, super eos manet ira Dei. Qui vero illud recipiunt, et Servatorem Jesum vera ac viva fide amplectuntur, illi per ipsum ab ira Dei et interitu liberantur, ac vita æterna donantur.

## V.

Incredulitatis istius, ut et omnium aliorum peccatorum, causa seu culpa nequiquam est in Deo, sed in homine. Fides autem in Jesum Christum et salus per ipsum, est gratuitum Dei donum, sicut scriptum est: *Gratia salvati estis per fidem, et hoc non ex vobis, Dei donum est.* Ephes. ii. 8. Item: *Gratis datum est vobis in Christum credere.* Phil. i. 29.

## VI.

Quod autem aliqui in tempore fide a Deo donantur, aliqui non donantur, id ab æterno ipsius decreto provenit; *Omnia enim opera sua novit ab æterno:* Actor. xv. 18; Ephes. i. 11; secundum quod decretum electorum corda, quantumvis dura, gratiose emollit, et ad credendum inflectit, non electos autem justo judicio suæ malitiæ et duritiæ relinquit. Atque hic potissimum sese nobis aperit profunda, misericors pariter et justa hominum æqualiter perditorum discretio; sive decre-

tum illud *electionis* et *reprobationis* in verbo Dei revelatum. Quod ut perversi, impuri, et parum stabiles in suum detorquent exitium, ita sanctis et religiosis animabus ineffabile præstat solatium.

## VII.

Est autem electio immutabile Dei propositum, quo ante jacta mundi fundamenta ex universo genere humano, ex primæva integritate in peccatum et exitium sua culpa prolapso, secundum liberrimum voluntatis suæ beneplacitum, ex mera gratia, certam quorundam hominum multitudinem, aliis nec meliorum, nec digniorum, sed in communi miseria cum aliis jacentium, ad salutem elegit in Christo, quem etiam ab æternō Mediatorem et omnium electorum caput, salutisque fundamentum constituit; atque ita eos ipsi salvandos dare, et ad ejus communionem per verbum et Spiritum suum efficaciter vocare ac trahere; seu vera et ipsum fide donare, justificare, sanctificare, et potenter in Filii sui communione custoditos tandem glorificare decrevit, ad demonstrationem suæ misericordiæ, et laudem divitiarum gloriosæ suæ gratiæ, sicut scriptum est: *Elegit nos Deus in Christo, ante jacta mundi fundamenta, ut essemus sancti et inculpati in conspectu ejus, cum charitate; qui prædestinavit nos quos adoptaret in filios, per Jesum Christum, in sese, pro beneplacito voluntatis suæ, ad laudem gloriosæ suæ gratiæ, qua nos gratis sibi acceptos fecit in illo dilecto.* Ephes. i. 4, 5, 6. Et alibi: *Quos prædestinavit, eos etiam vocavit; et quos vocavit, eos etiam justificavit; quos autem justificavit, eos etiam glorificavit.* Rom. viii. 30.

## VIII.

Hæc electio non est multiplex, sed una et eadem omnium salvandorum in Vetere et Novo Testamento, quandoquidem Scriptura unicum prædicat beneplacitum, propositum, et consilium voluntatis Dei, quo nos ab æterno elegit et ad gratiam et ad gloriam; et ad salutem et ad viam salutis, quam præparavit ut in ea ambulemus.

## IX.

Eadem hæc electio facta est non ex prævisa fide, fideique obedientia, sanctitate, aut alia aliqua bona qualitate et dispositione, tanquam causa seu conditione in homine eligendo prærequisita, sed ad fidem,

fideique obedientiam, sanctitatem, etc. Ac proinde electio est fons omnis salutaris boni: unde fides, sanctitas, et reliqua dona salvifica, ipsa denique vita æterna, ut fructus et effectus ejus profluunt, secundum illud Apostoli: *Elegit nos* (non quia eramus, sed) *ut essemus sancti et inculpata in conspectu ejus in charitate.* Ephes. i. 4.

## X.

Causa vero hujus gratuitæ electionis, est solum Dei beneplacitum, non in eo consistens, quod certas qualitates seu actiones humanas, ex omnibus possibilibus, in salutis conditionem elegit; sed in eo, quod certas quasdam personas ex communi peccatorum multitudine sibi in peculium adscivit, sicut scriptum est: *Nondum natis pueris, cum neque boni quippiam fecissent neque mali, etc., dictum est* (nempe Rebeccæ), *Major serviet minori, sicut scriptum est, Jacob dilexi, Esau odio habui.* Rom. ix. 11, 12, 13. Et, *Crediderunt quotquot erant ordinati ad vitam æternam.* Act. xiii. 48.

## XI.

Atque ut Deus ipse est sapientissimus, immutabilis, omniscius, et omnipotens: ita electio ab ipso facta nec interrumpi, nec mutari, revocari, aut abrumpi, nec electi abjici, nec numerus eorum minui potest.

## XII.

De hac æterna et immutabili sui ad salutem electione, electi suo tempore, variis licet gradibus et dispari mensura, certiores redduntur, non quidem arcana et profunditates Dei curiose scrutando; sed fructus electionis infallibiles, in verbo Dei designatos, ut sunt vera in Christum fides, filialis Dei timor, dolor de peccatis secundum Deum, esuries et sitis justitiæ, etc., in sese cum spiritali gaudio et sancta voluptate observando.

## XIII.

Ex hujus electionis sensu et certitudine, filii Dei majorem indes sese coram Deo humiliandi, abyssum misericordiarum ejus adorandi, seipsos purificandi, et eum, qui ipsos prior tantopere dilexit, vicissim ardentem diligendi, materiam desumunt: tantum abest, ut hac electionis doctrina atque ejus meditatione in mandatorum divinorum observatione segniores, aut carnaliter securi, reddantur. Quod iis justo Dei

judicio solet accidere, qui de electionis gratia, vel temere præsumentes, vel otiose et proterve fabulantes, in viis electorum ambulare nolunt.

## XIV.

Ut autem hæc de divina electione doctrina sapientissimo Dei consilio per prophetas, Christum ipsum, atque Apostolos, sub Veteri æque atque sub Novo Testamento, est prædicata, et sacrarum deinde literarum monumentis commendata: ita et hodie in Ecclesia Dei, cui ea peculiariter est destinata, cum spiritu discretionis, religiose et sancte, suo loco et tempore, missa omni curiosa viarum altissimi scrutatione, est proponenda, idque ad sanctissimi nominis divini gloriam, et vividum populi ipsius solatium.

## XV.

Cæterum æternam et gratuitam hanc electionis nostri gratiam eo vel maxime illustrat, nobisque commendat Scriptura Sacra, quod porro testatur non omnes homines esse electos, sed quosdam non electos, sive in æterna Dei electione præteritos, quos scilicet Deus ex liberrimo, justissimo, irreprehensibili, et immutabili beneplacito decrevit in comunni miseria, in quam se sua culpa præcipitarunt, relinquere, nec salvifica fide et conversionis gratia donare, sed in viis suis, et sub justo judicio relictos, tandem non tantum propter infidelitatem, sed etiam cætera omnia peccata, ad declarationem justitiæ suæ damnare, et æternum punire. Atque hoc est decretum *reprobationis*, quod Deum nequam peccati authorem (quod cogitatu blasphemum est) sed tremendum, irreprehensibilem, et justum judicem ac vindicem constituit.

## XVI.

Qui vivam in Christum fidem, seu certam cordis fiduciam, pacem conscientiæ, studium filialis obedientiæ, gloriationem in Deo per Christum in se nondum efficaciter sentiunt, mediis tamen, per quæ Deus ista se in nobis operaturum promisit, utuntur, ii ad reprobationis mentionem non consternari, nec se reprobis accensere, sed in usu mediornm diligenter pergere, ac horam uberioris gratiæ ardentem desiderare et reverenter humiliterque expectare debent. Multo autem minus doctrina de reprobatione terreri debent ii, qui cum serio ad Deum converti, ei unice placere, et e corpore mortis eripi desiderant, in via tamen

pietatis et fidei eo usque, quo volunt, pervenire nondum possunt, siquidem linum fumigans se non extincturum, et arundinem quassatam se non fracturum, promisit misericors Deus. Iis autem hæc doctrina merito terrori est, qui Dei et Servatoris Jesu Christi obliti, mundi curis et carnis voluptatibus se totos mauciparunt, quamdiu ad Deum serio non convertuntur.

## XVII.

Quandoquidem de voluntate Dei ex verbo ipsius nobis est judicandum, quod testatur liberos fidelium esse sanctos, non quidem natura, sed beneficio fœderis gratuiti, in quo illi cum parentibus comprehenduntur, pii parentes de electione et salute suorum liberorum, quos Deus in infantia ex hac vita evocat, dubitare non debent.

## XVIII.

Adversus hanc gratuitæ electionis gratiam, et justæ reprobationis severitatem, obmurmuranti opponimus hoc apostolicum: *O homo! tu quis es qui ex adverso responsas Deo?* Rom. ix. 20. Et illud Servatoris nostri, *An non licet mihi quod volo facere in meis?* Matt. xx. 15. Nos vero hæc mysteria religiose adorantes, cum Apostolo exclamamus: *O profunditatem divitiarum tum sapientiæ tum cognitionis Dei! Quam imperscrutabilia sunt Dei judicia, et ejus viæ impervestigabiles! Quis enim cognovit mentem Domini? Aut quis fuit ei a consiliis? Aut quis prior dedit ei ut reddatur ei? Nam ex eo, et per eum, et in eum sunt omnia. Ipsi sit gloria in sæcula. Amen.* Rom. xi. 33–36.

## REJECTIO ERRORUM,

*Quibus Ecclesie Belgicæ sunt aliquamdiu perturbatæ. Exposita doctrina Orthodoxa de Electione et Reprobatione, Synodus rejicit Errores eorum:*

## I.

Qui docent, 'Voluntatem Dei de servandis credituris, et in fide fideique obedientia perseveraturis, esse totum et integrum electionis ad salutem decretum; nec quicquam aliud de hoc decreto in verbo Dei esse revelatum.' Hi enim simplicioribus imponunt, et Scripturæ sacræ manifeste contradicunt, testanti Deum non tantum servare velle credituros, sed etiam certos quosdam homines ab æterno elegisse, quos præ aliis in tempore fide in Christum et perseverantia donaret; sicut scriptum est, *Manifestum feci nomen tuum hominibus, quos dedisti*

*mihî.* Johan. xvii. 6. Item, *Crediderunt quotquot ordinati erant ad vitam æternam.* Act. xiii. 48. Et, *Elegit nos ante facta mundi fundamenta, ut essemus sancti, etc.* Ephes. 1. 4.

## II.

Qui docent, 'Electionem Dei ad vitam æternam esse multiplicem; aliam generalem et indefinitam, aliam singularem et definitam; et hanc rursus vel incompletam, revocabilem, non peremptoriam, sive conditionatam: vel completam, irrevocabilem, peremptoriam, seu absolutam.' Item, 'Aliam electionem esse ad fidem, aliam ad salutem; ita ut electio ad fidem justificantem absque electione peremptoria ad salutem esse possit.' Hoc enim est humani cerebri commentum extra Scripturas excogitatum, doctrinam de electione corrumpens, et auream hanc salutis catenam dissolvens: *Quos prædestinavit, eos etiam vocavit: et quos vocavit, eos etiam justificavit: quos autem justificavit, eos etiam glorificavit.* Rom. viii. 30.

## III.

Qui docent, 'Dei beneplacitum ac propositum, cujus Scriptura meminit in doctrina electionis, non consistere in eo, quod Deus certos quosdam homines præ aliis elegerit, sed in eo, quod Deus ex omnibus possibilibus conditionibus (inter quas etiam sunt opera legis) sive ex omnium rerum ordine actum fidei, in sese ignobilem, et obedientiam fidei imperfectam, in salutis conditionem elegerit; eamque gratiose pro perfecta obedientia reputare, et vitæ æternæ præmio dignam censere voluerit.' Hoc enim errore pernicioso beneplacitum Dei et meritum Christi enervatur, et homines inutilibus quæstionibus a veritate justificationis gratuita, et simplicitate Scripturarum avocantur; illudque Apostoli falsi arguitur; *Deus nos vocavit vocatione sancta; non ex operibus, sed ex suo proposito et gratia, quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora sæculorum.* 2 Tim. i. 9.

## IV.

Qui docent, 'In electione ad fidem hanc conditionem prærequiri, ut homo lumine naturæ recte utatur, sit probus, parvus, humilis, et ad vitam æternam dispositus, quasi ab ipsis electio aliquatenus pendeat.' Pelagium enim sapiunt, et minime obscure falsi insimulant Apostolum scribentem: *Versati sumus olim in cupiditatibus carnis nostræ, facientes quæ carni et cogitationibus libebant, eramusque natura filii iræ, ut et reliqui. Sed Deus, qui dives est misericordia, propter multam charitatem suam, qua dilexit nos, etiam nos cum in offensis mortui essemus, una vivificavit cum Christo, cujus gratia estis servati, unaque suscitavit, unaque collocavit in calis in Christo Jesu; ut ostenderet in sæculis supervenientibus supereminentes illas opes suæ gratiæ, pro sua erga nos benignitate in Christo Jesu. Gratia enim estis servati per fidem (et hoc non ex vobis, Dei donum est), non ex operibus, ut ne quis glorietur.* Ephes. ii. 8-9.

## V.

Qui docent, 'Electionem singularium personarum ad salutem, incompletam et non peremptoriam, factam esse ex prævisa fide, resipiscentia, sanctitate et pietate inchoata, aut aliquamdiu continuata: completam vero et peremptoriam ex prævisæ fidei, resipiscentiæ, sanctitatis, et pietatis finali perseverantia: et hanc esse gratiosam et evangelicam dignitatem, propter quam qui eligitur dignior sit illo qui non eligitur: ac proinde fidem, fidei obedientiam, sanctitatem, pietatem, et perseverantiam non esse fructus sive effectus electionis immutabilis ad gloriam, sed conditiones, et causas sine quibus non, in eligendis complete prærequisitas, et prævisas, tanquam præstitas.' Id quod toti Scripturæ repugnat, quæ hæc et alia dicta passim auribus et cordibus nostris ingerit: *Electio non est ex operibus, sed ex vocante.* Rom. ix. 11. *Credebant quotquot ordinati erant ad vitam æternam.* Act. xiii. 48. *Elegit nos in semetipso ut sancti essemus.* Ephes. i. 4. *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* Johan. xv. 16. *Si ex gratia, non ex operibus.* Rom. xi. 6. *In hoc est charitas, non quod nos dilexerimus Deum, sed quod ipse dilexit nos, et misit Filium suum* 1 Johan. iv. 10.

## VI.

Qui docent, 'Non omnem electionem ad salutem immutabilem esse, sed quosdam electos, nullo Dei decreto obstante, perire posse et æternum perire.' Quo crasso errore et DEUM mutabilem faciunt, et consolationem piorum de electionis suæ constantia subvertunt, et scripturis sacris contradicunt docentibus, *Electos non posse seduci: Matt. xxiv. 24. CHRISTUM datos sibi a Patre non perdere: Johan. vi. 39. DEUM quos prædestinavit, vocavit et justificavit, eos etiam glorificare. Rom. viii. 30.*

## VII.

Qui docent, 'Electionis immutabilis ad gloriam nullum in hac vita esse fructum, nullum sensum, nullam certitudinem, nisi ex conditione mutabili et contingente.' Præterquam enim quod absurdum sit ponere certitudinem incertam, adversantur hæc experientiæ sanctorum, qui cum Apostolo ex sensu electionis sui exultant, Deique hoc beneficium celebrant, qui gaudent cum discipulis, secundum Christi admonitionem, *quod nomina sua scripta sunt in calicis: Luc. x. 20; qui sensum denique electionis ignitis tentationum diabolicarum telis opponunt, quærentes, Quis intentabit crimina adversus electos Dei? Rom. viii. 33.*

## VIII.

Qui docent, 'Deum neminem ex mera sua voluntate decrevisse in lapsu Adæ et in communi peccati et damnationis statu relinquere, aut in gratiæ ad fidem et conversionem necessariæ communicatione præterire.' Stat enim illud, *Quorum vult, miseretur; quos vult, indurat. Rom. ix. 18. Et illud, Vobis datum est nosse mysteria regni calorum, illis autem non est datum. Matt. xiii. 11. Item, Glorifico te, Pater, Domine cali et terræ, quod hæc occultaveris sapientibus et intelligentibus, et ea detexeris infantibus: etiam, Pater, quia ita placuit tibi. Matt. xi. 25, 26.*

## IX.

Qui docent, 'Causam cur Deus ad hanc potius, quam ad aliam gentem Evangelium mittat, non esse merum et solum Dei beneplacitum, sed quod hæc gens melior et dignior sit ea, cui Evangelium non communicatur.' Reclamat enim Moses, populum Israeliticum sic alloquens, *En Jehovæ Dei tui sunt cali, et cali calorum, terra, et quicquid est in ea: Tantum in majores tuos propensus fuit amore Jehova diligendo eos; unde selegit semen eorum post eos, vos inquam, præ omnibus populis, sicut est hodie. Deut. x. 14, 15. Et Christus: Væ tibi Chorazin, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro et Sidone factæ essent virtutes illæ quæ in vobis factæ sunt, in sacco et cinere olim penitentiam egissent. Matt. xi. 21.*

---

Ita nos sentire et judicare, manuumstrarum subscriptione testamur.

JOHANNES BOGERMANNUS, *Pastor Ecclesiæ Leoverdiensis et Synodi Præses.*

JACOBUS ROLANDUS, *Pastor Ecclesiæ Amstelodamensis et Præsidis Assessor.*

HERMANNUS FAUKELIUS, *Pastor Ecclesiæ Middelburgensis et Præsidis Assessor.*

SEBASTIANUS DAMMAN, *Pastor Ecclesiæ Zutphaniensis et Synodi Scriba.*

FESTUS HOMMIUS, *Pastor Ecclesiæ Leydensis et Synodi Scriba.*

## EX MAGNA BRITANNIA.

GEORGIUS *Episcopus LANDAVENSIS.*

JOHANNES DAVENANTIUS, *Presbyter; Doctor ac Sacræ Theologiæ publicus Professor in Academia Cantabrigiensi et Collegii Reginalis ibidem Præses.*

SAMUEL WARDUS, *Presbyter, SS. Theologiæ Doctor, Archidiaconus Fauntommensis, et Collegii Sidneyani in Academia Cantabrigiensi Præfectus.*

THOMAS GOADUS, *Presbyter, SS. Theologiæ Doctor, Cathedralis Ecclesiæ Paulinæ Londinensis Prætor.*

GUALTERUS BALCANQUALLUS, *Scoto-Britannus, Presbyter, S. Theologiæ Baccalaureus.*

## EX ELECTORALI PALATINATU.

ABRAHAMUS SCULTETUS, *S. Theologiæ Doctor et Professor in Academia Heydelbergensi.*

PAULUS TOSSANUS, *S. Theologiæ Doctor, et Consiliarius in Senatu Ecclesiastico inferioris Palatinatus.*

HENRICUS ALTINGIUS, *S. Theologiæ Doctor et Professor in Academia Heydelbergensi.*

## EX HASSIA.

GEORGIUS CRUCIGER, *S. Theologiæ Doctor, Professor, et pro tempore Rector Academia Marpurgensis.*

PAULUS STEINIUS, *Concionator Aulicus et S. Theologiæ in Collegio Nobilitatis Adolphico Mauritiano Professor, Cussellii.*

DANIEL ANGELOCATOR, *Ecclesiæ Marpurgensis Pastor, et vicinarum ad Lanum et Ederam Superintendens.*

RODOLPHUS GOELENIUS, Senior, *Philosophiæ purioris in Academia Marpurgensi Antecessor primarius, et nunc Decanus.*

## EX HELVETIA.

JOANNES JACOBUS BREYTINGERUS, *Ecclesiæ Tigurinae Pastor.*

MARCUS RUTIMEYERUS, *S. Theologiæ Doctor et Ecclesiæ Bernensis Minister.*

SEBASTIANUS BECKIUS, *SS. Theologiæ Doctor, et Novi Testamenti Professor in Academia Basiliensi, ibidemque Facultatis Theologiæ Decanus.*

WOLFGANGUS MAYERUS, *SS. Theologiæ Doctor, Ecclesiæ Basiliensis Pastor.*

JOHANNES CONRADUS KOCHIUS, *Ecclesiæ Schaphusianæ Minister.*

## A CORRESPONDENTIA WEDDERAVICA.

JOHANNES HENRICUS ALSTEDIUS, *in illustri Schola Nassovica, quæ est Herbornæ, Professor ordinarius.*

GEORGIUS FABRICIUS, *Ecclesiæ Windeccensis in Comitatu Hanovico Pastor, et vicinarum Inspector.*

## EX REPUBLICA ET ECCLESIA GENEVENSIS.

JOHANNES DEODATUS, *in Ecclesiæ Genevensi Pastor, et in eadem Schola SS. Theologiæ Professor.*

THEODORUS TRONCHINUS, *Divini verbi Minister in Ecclesiæ Genevensi, et ibidem SS. Theologiæ Professor.*

## EX REPUBLICA ET ECCLESIA BREMENSIS.

MATTHIAS MARTINIUS, *illustri Scholæ Bremensis Rector, et in ea Divinarum literarum Professor.*

HENRICUS ISSELBURG, *SS. Theologiæ Doctor, in Bremensi Ecclesiæ ad B. Virginis Jesu Christi servus et in Schola Novi Testamenti Professor.*

LUDOVICUS CROCIUS, *SS. Theologiæ Doctor, Ecclesiæ Bremensis ad S. Martini Pastor, et in illustri Schola Veteris Testamenti et Philosophiæ practicæ Professor.*

## EX REPUBLICA ET ECCLESIA EMDANA.

DANIEL BERNARDUS EILSHEMIUS, *Emdanæ Ecclesiæ Pastor Senior*

RITZIUS LUCAS GRIMERSHEMIUS, *Emdanæ Ecclesiæ Pastor.*

## SS. THEOLOGÆ PROFESSORES BELGICI.

JOHANNES POLYANDER, *SS. Theologiæ Doctor, atque in Academia Leydensi Professor.*

SIBRANDUS LUBERTUS, *SS. Theologiæ Doctor, et Professor in Academia Frisiorum.*

FRANCISCUS GOMARUS, *Sacrosanctæ Theologiæ Doctor, et Professor in Academia Groningæ et Omlandicæ.*

ANTONIUS TYSIUS, *Sacræ Theologiæ in illustri Schola Geldro-Velavica, quæ est Hardervici, Professor.*

ANTONIUS WALEUS, *Pastor Ecclesiæ Middelburgensis, et ex ejusdem urbis illustri Schola inter Theologos ad Synodum evocatus.*

## EX DUCATU GELDRIÆ, ET COMITATU ZUTPHANÆ.

GUILIELMUS STEPHANI, *SS. Theologiæ Doctor, et Arnhemensis Ecclesiæ Pastor.*

ELLARDUS A MEHEN, *Ecclesiæ Hardrovicensis Pastor.*

JOHANNES BOUILLET, *Pastor Ecclesiæ Warnsfeldensis.*

JACOBUS VERHEYDEN, Senior, *Ecclesiæ Noviomagensis et Scholæ Rector.*

## EX HOLLANDIA AUSTRALI.

BALTHASAR LYDIUS, *M. F. Pastor Ecclesiæ Dei in urbe Dordrecht.*

HENRICUS ARNOLDI, *Ecclesiastes Delphensis.*

GISBERTUS VOETIUS, *Ecclesiæ Heusdanæ Pastor.*

ARNOLDUS MUSIUS AB HOLY, *Baillivus Suyd-Hollandiæ Senior Ecclesiæ Dordrechtanæ.*

JOHANNES DE LAET, *Senior Ecclesiæ Leydensis.*



## EX HOLLANDIA BORREALL.

JACOBUS TRIGLANDIUS, *Pastor Ecclesiae Amstelodamensis.*  
 ABRAHAMUS A DORESLAER, *Pastor Ecclesiae Enchusanae.*  
 SAMUEL BARTHOLDUS, *Pastor Ecclesiae Monachodammensis.*  
 THEODORUS HEYNGIUS, *Senior Ecclesiae Amstelodamensis.*  
 DOMINICUS AB HEEMSKERCK, *Senior Ecclesiae Amstelodamensis.*

## EX ZELANDIA.

GODEFRIDUS UDEMANNUS, *Pastor Ecclesiae Ziericzeanae.*  
 CORNELIUS REGIUS, *Ecclesiae Goesanae Pastor.*  
 LAMBERTUS DE RYCKE, *Ecclesiae Bergizomiana Pastor.*  
 JOSIAS VOSBERGIUS, *Senior Ecclesiae Middelburgensis.*  
 ADRIANUS HOFFERUS, *urbis Zivriae Senator, et Ecclesiae ibidem Senior.*

## EX PROVINCIA ULTRAJECTINA.

JOHANNES DIRBERZIUS, *Pastor Dordracenus, Synodi Orthodoxae Ultrajectinae Deputatus.*  
 ARNOLDUS OORTCAMPIUS, *Ecclesiae Amersfortiana Pastor.*

## EX FRISIA.

FLORENTIUS JOHANNES, *Jesu Christi crucifixi Servus in Ecclesia Sneccana.*  
 PHILIPPUS DANIELIS EILSHEMIUS, *Pastor Ecclesiae Hartlingensis.*  
 KEMPO HARINXMA A DONIA, *Senior Ecclesiae Leoverdiensis.*  
 TACITUS AB AYSMA, *Senior Ecclesiae in Buirgirt Hichtum, et Hartwardt.*

## EX TRANSISALANIA.

CASPARUS SIBELIUS, *Pastor Ecclesiae Daventriensis.*  
 HERMANNUS WIFERDINGIUS, *Ecclesiae Suollanae in Evangelio Christi Minister.*  
 HIERONYMUS VOGELLIUS, *Hassellana Ecclesia Pastor, tempore deputationis inserviens Ecclesiae Orthodoxae Campensi.*  
 JOHANNES LANGIUS, *Ecclesiastes Vollenhovanus.*  
 WILHELMUS A BROECKHUYSEN TEN DOERNE, *linguam Senior deputatus.*  
 JOHANNES A LAUWICK, *linguam Senior deputatus.*

## EX CIVITATE GRONINGANA, ET OMLANDIIS.

CORNELIUS HILLENIUS, *Servus Jesu Christi in Ecclesia Groningana.*  
 GEORGIUS PLACIUS, *Pastor Ecclesiae Appingadammonensis.*  
 WOLFGANGUS AGRICOLA, *Pastor Ecclesiae Bedumanae.*  
 WIGBOLDUS HOMERUS, *Ecclesiae Midwoldanae Pastor.*  
 EGBERTUS HALBES, *Ecclesiae Groninganae Senior.*  
 JOHANNES RUFELAERT, *Senior Ecclesiae Stedumanae.*

## EX DRENTIA.

THEMO AB ASSCHIEBERG, *Pastor Ecclesiae Meppelensis.*  
 PATROCLUS ROMELINGIUS, *Pastor Ecclesiae Rhuinensis.*

## EX ECCLESIIS GALLO-BELGICIS.

DANIEL COLONIUS, *Pastor Ecclesiae Leydensis, et Regens Collegii Gallo-Belgici in Academia Leydensi.*  
 JOHANNES CRUCIUS, *Pastor Ecclesiae Haerlemensis.*  
 JOHANNES DOUCHER, *Pastor Ecclesiae Flisinganae.*  
 JEREMIAS DE POURS, *Ecclesiae Gallo-Belgicae Middelburgensis Pastor.*  
 EVERARDUS BECKERUS, *Senior Ecclesiae Gallo-Belgicae Middelburgensis.*  
 PETRUS PONTANUS, *Senior Ecclesiae Amstelodamensis.*

SECUNDUM DOCTRINÆ CAPUT, DE MORTE CHRISTI, ET HOMINUM PER EAM  
REDEMPTIONE.

*Articulus Primus.*

Deus non tantum est summe misericors, sed etiam summe justus. Postulat autem ejus justitia (prout se in verbo revelavit), ut peccata nostra, adversus infinitam ejus majestatem commissa, non tantum temporalibus, sed etiam æternis, tum animi, tum corporis, pœnis puniantur: quas pœnas effugere non possumus, nisi justitiæ Dei satisfiat.

II.

Cum vero ipsi satisfacere, et ab ira Dei nos liberare non possimus, Deus ex immensa misericordia Filium suum unigenitum nobis Sponsorem dedit, qui, ut pro nobis satisfaceret, peccatum et maledictio in cruce pro nobis, seu vice nostra, factus est.

III.

Hæc mors Filii Dei est unica et perfectissima pro peccatis victima et satisfactio, infiniti valoris et pretii, abunde sufficiens ad totius mundi peccata expianda.

IV.

Ideo autem hæc mors tanti est valoris et pretii, quia persona, quæ eam subiit, non tantum est verus et perfecte sanctus homo, sed etiam unigenitus DEI Filius, ejusdem æternæ et infinitæ cum Patre et Spiritu S. essentiæ, qualem nostrum Servatorem esse oportebat. Deinde, quia mors ipsius fuit conjuncta cum sensu iræ Dei et maledictionis, quam nos peccatis nostris eramus commeriti.

V.

Cæterum promissio Evangelii est, ut quisquis credit in Christum crucifixum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Quæ promissio omnibus populis et hominibus, ad quos Deus pro suo beneplacito mittit Evangelium, promiscue et indiscriminatim annunciari et proponi debet cum resipiscentiæ et fidei mandato.

## VI.

Quod autem multi per Evangelium vocati non respiscunt, nec in Christum credunt, sed infidelitate pereunt, non fit hoc hostiæ CHRISTI in cruce oblatæ defectu, vel insufficientia, sed propria ipsorum culpa.

## VII.

Quotquot autem vere credunt, et per mortem CHRISTI a peccatis, et interitu liberantur ac servantur, illis hoc beneficium, ex sola Dei gratia, quam nemini debet, ab æterno ipsis in CHRISTO data, obtingit.

## VIII.

Fuit enim hoc Dei Patris liberrimum consilium, et gratiosissima voluntas atque intentio, ut mortis pretiosissimæ Filii sui vivifica et salvifica efficacia sese exereret in omnibus electis, ad eos solos fide justificante donandos, et per eam ad salutem infallibiliter perducendos: hoc est, voluit Deus, ut Christus per sanguinem crucis (quo novum fœdus confirmavit) ex omni populo, tribu, gente, et lingua, eos omnes et solos, qui ab æterno ad salutem electi, et a Patre ipsi dati sunt, efficaciter redimeret, fide (quam, ut et alia Spiritus Sancti salvifica dona, ipsis morte sua acquisivit) donaret, ab omnibus peccatis, tum originali, tum actualibus, tam post, quam ante fidem commissis sanguine suo munderet, ad finem usque fideliter custodiret, tandemque absque omni labe et macula gloriosos coram se sisteret.

## IX.

Hoc consilium, ex æterno erga electos amore profectum ab initio mundi in præsens usque tempus, frustra obnitentibus inferorum portis, potenter impletum fuit, et deinceps quoque implebitur: ita quidem ut electi suis temporibus in unum colligantur, et semper sit aliqua credentium Ecclesia in sanguine Christi fundata, quæ illum Servatorem suum, qui pro ea, tanquam Sponsus pro sponsa, animam suam in cruce exposuit, constanter diligit, perseveranter colat, atque hic et in omnem æternitatem celebret.

## REJECTIO ERRORUM.

*Exposita doctrina orthodoxa, rejicit Synodus errores eorum:*

## I.

Qui docent, 'Quod Deus Pater Filium suum in mortem crucis destinaverit, sine certo ac definito consilio quemquam nominatim salvandi, adeo ut impetrationi mortis Christi sua necessitas, utilitas, dignitas sarta tecta, et numeris suis perfecta, completa atque integra constare potuisset, etiamsi impetrata redemptio nulli individuo unquam actu ipso fuisset applicata.' Hæc enim assertio in Dei Patris sapientiam meritumque Jesu Christi contumeliosa, et Scripturæ contraria est. Sic enim ait Servator: *Ego animam pono pro ovibus, et agnosco eas.* Johan. x. 15, 27. Et de Servatore Esaias propheta: *Cum posuerit se sacrificium pro reatu, videbit semen, prolongabit dies, et voluntas Jehovæ in manu ejus prosperabitur.* Esai. liii. 10. Denique, articulum Fidei, quo Ecclesiam credimus, evertit.

## II.

Qui docent, 'Non fuisse hunc finem mortis Christi, ut novum gratiæ fœdus suo sanguine reipsa sanciret, sed tantum, ut nudum jus Patri acquireret, quodcumque fœdus, vel gratiæ, vel operum, cum hominibus denuo ineundi.' Hoc enim repugnat Scripturæ, quæ docet, Christum *melioris*, id est, novi fœderis Sponsorem et Mediatorem factum esse. Heb. vii. 22. Et, *Testamentum in mortuis demum ratum esse.* Heb. ix. 15, 17.

## III.

Qui docent, 'Christum per suam satisfactionem, nullis certo meruisse ipsam salutem et fidem, qua hæc Christi satisfactio ad salutem efficaciter applicetur, sed tantum Patri acquisivisse potestatem vel plenariam voluntatem, de novo cum hominibus agendi, et novas, quas-cunque vellet conditiones, præscribendi, quarum præstatio a libero hominis arbitrio pendeat, atque ideo fieri potuisse, ut vel nemo, vel omnes eas implerent.' Hi enim de morte Christi nimis abjecte sentiunt, primarium fructum seu beneficium per eam partum nullatenus agnoscunt, et Pelagianum errorem ab inferis revocant.

## IV.

Qui docent, 'Fœdus illud novum gratiæ, quod Deus Pater, per mortis Christi interventum cum hominibus pepigit, non in eo consistere, quod per fidem, quatenus meritum Christi apprehendit, coram Deo justificemur et salvemur; sed in hoc, quod Deus, abrogata perfectæ obedientiæ legalis exactione, fidem ipsam et fidei obedientiam imperfectam pro perfecta legis obedientia reputet, et vitæ æternæ præmio gratiose dignam censeat.' Hi enim contradicunt Scripturæ, *Justificantur gratis, ejus gratia, per redemptionem factam in Jesu Christo, quem proposuit Deus placamentum per fidem in sanguine ejus.* Rom. iii. 24, 25. Et cum impio Socino, novam et peregrinam hominis coram Deo justificationem, contra totius Ecclesiæ consensum, inducant.

## V.

Qui docent, 'Omnes homines in statum reconciliationis et gratiam fœderis esse assumptos, ita ut nemo propter peccatum originale sit damnationi obnoxius, aut damnandus, sed omnes ab istius peccati reatu sint immunes.' Hæc enim sententia repugnat Scripturæ, affirmanti *nos natura esse filios iræ.* [Ephes. ii. 3.]

## VI.

Qui impetrationis et applicationis distinctionem usurpant, ut incantis et imperitis hanc opinionem instillent: Deum, quantum ad se attinet, omnibus hominibus ex æquo ea beneficia voluisse conferre, quæ per mortem Christi acquiruntur; quod autem quidam præ aliis participes fiant remissionis peccatorum, et vitæ æternæ, discrimen illud pendere ex libero eorum

arbitrio, se ad gratiam indifferenter oblatam applicante, non autem ex singulari misericordiae dono, efficaciter in illis operante, ut præ aliis gratiam illam sibi applicent. Nam isti, dum simulat se distinctionem hanc sano sensu proponere, populo perniciosum Pelagianismi venenum conantur propinare.

## VII.

Qui docent, 'CHRISTUM, pro iis, quos DEUS summe dilexit, et ad vitam æternam elegit, mori nec potuisse, nec debuisse, nec mortuum esse, cum talibus morte CHRISTI non sit opus.' Contradiciunt enim Apostolo dicenti: *Christus dilexit me, et tradidit seipsum pro me.* Galat. ii. 20. Item, *Quis est, qui crimina intentet adversus electos DEI? DEUS est is, qui justificat. Quis est qui condemnet? CHRISTUS est, qui mortuus est.* Rom. viii. 33, 34: nimirum, pro illis. Et Salvatori asseveranti, *Ego pono animam meam pro ovibus meis,* Johan. x. 15. Et, *Hoc est præceptum meum, ut diligatis alii alios, sicut ego dilexi vos. Majorem dilectionem nemo habet, quam ut ponat animam suam pro amicis.* Johan. xv. 12, 13.

---

*Huic capiti eadem quæ prius subscribuntur nomina.*

---

TERTIUM ET QUARTUM DOCTRINÆ CAPUT, DE HOMINIS CORRUPTIONE,  
ET CONVERSIONE AD DEUM EJUSQUE MODO.

*Articulus Primus.*

Homo ab initio ad imaginem DEI conditus vera et salutari sui Creatoris et rerum spiritualium notitia in mente, et justitia in voluntate et corde, puritate in omnibus affectibus exornatus, adeoque totus sanctus fuit; sed Diaboli instinctu, et libera sua voluntate a Deo desciscens, eximiis istis donis seipsum orbavit: atque e contrario eorum loco cœcitatem, horribiles tenebras, vanitatem, ac perversitatem judicii in mente, malitiam, rebellionem, ac duritiem in voluntate et corde, impuritatem denique in omnibus affectibus contraxit.

## II.

Qualis autem post lapsum fuit homo, tales et liberos procreavit, nempe corruptus corruptos; corruptione ab Adamo in omnes posteros [solo Christo excepto] non per imitationem [quod Pelagiani olim voluerunt], sed per vitiosæ naturæ propagationem, justo Dei judicio, derivata.

## III.

Itaque omnes homines in peccato concipiuntur, et filii iræ nascuntur, inepti ad omne bonum salutare, propensi ad malum, in peccatis et ortni, et peccati servi; et absque Spiritus Sancti regenerantis gratia, ad Deum redire, naturam depravatam corrigere, vel ad ejus correctionem se disponere nec volunt, nec possunt.

## IV.

Residuum quidem est post lapsum in homine lumen aliquod naturæ, cujus beneficio ille notitias quasdam de Deo, de rebus naturalibus, de discrimine honestorum et turpium retinet, et aliquod virtutis ac disciplinæ externæ studium ostendit: sed tantum abest, ut hoc naturæ lumine ad salutarem Dei cognitionem pervenire, et ad eum se convertere possit, ut ne quidem eo in naturalibus ac civilibus recte utatur, quinimo quaecumque id demum sit, id totum variis modis contamineat, atque in injustitia detineat, quod dum facit, coram Deo inexcusabilis redditur.

## V.

Quæ luminis naturæ, eadem hæc Decalogi per Mosen a Deo Judæis peculiariter traditi est ratio: cum enim is magnitudinem quidem peccati retegat, ejusque hominem magis ac magis reum peragat, sed nec remedium exhibeat, nec vires emergendi ex miseria conferat, adeoque per carnem infirmatus transgressorem maledictione relinquat, non potest homo per eum salutarem gratiam obtinere.

## VI.

Quod igitur nec lumen naturæ, nec lex potest, id Spiritus Sancti virtute præstat Deus, per sermonem, sive ministerium reconciliationis, quod est Evangelium de Messia, per quod placuit Deo homines credentes tam in Veteri, quam in Novo Testamento servare.

## VII.

Hoc voluntatis suæ mysterium Deus in Veteri Testamento paucioribus patefecit, in Novo Testamento pluribus, sublato jam populorum discrimine, manifestat. Cujus dispensationis causa, non in gentis unius præ alia dignitate, aut meliore hominis naturæ usu, sed in liberissimo beneplacito, et gratuita dilectione Dei est collocanda. Unde illi, quibus præter et contra omne meritum tanta fit gratia, eam humili et grato corde agnoscere, in reliquis autem, quibus ea gratia non fit, severitatem et justitiam judiciorum Dei cum Apostolo adorare, nequaquam vero curiose scrutari debent.

## VIII.

Quotquot autem per Evangelium vocantur, serio vocantur. Serio

enim et verissime ostendit DEUS verbo suo, quid sibi gratum sit, nimirum, ut vocati ad se veniant. Serio etiam omnibus ad se venientibus et credentibus requiem animarum, et vitam æternam promittit.

## IX.

Quod multi per ministerium Evangelii vocati, non veniunt et non convertuntur, hujus culpa non est in Evangelio, nec in Christo per Evangelium oblato, nec in Deo per Evangelium vocante, et dona etiam varia iis conferente, sed in vocatis ipsis, quorum aliqui verbum vitæ non admittunt securi; alii admittunt quidem, sed non in cor immittunt, ideoque post evanidum fidei temporariæ gaudium resiliunt; alii spinis curarum et voluptatibus sæculi semen verbi suffocant, fructusque nullos proferunt; quod Servator noster seminis parabola docet, *Matt. xiii.*

## X.

Quod autem alii, per ministerium Evangelii vocati, veniunt et convertuntur, id non est adscribendum homini, tanquam seipsum per liberum arbitrium ab aliis pari vel sufficiente gratia ad fidem et conversionem instructis discernenti (quod superba Pelagii hæresis statuit), sed Deo, qui ut suos ab æterno in Christo elegit, ita eosdem in tempore efficaciter vocat, fide et resipiscentia donat, et e potestate tenebrarum erutos in Filii sui regnum transfert, ut virtutes ejus, qui ipsos e tenebris in admirandam hanc lucem vocavit, prædicent, et non in se, sed in Domino, gloriantur. Scriptura apostolica passim id testante.

## XI.

Cæterum, quando Deus hoc suum beneplacitum in electis exequitur, seu veram in iis conversionem operatur, non tantum Evangelium illis externe prædicari curat, et mentem eorum per Spiritum Sanctum potenter illuminat, ut recte intelligant et dijudicent quæ sunt Spiritus Dei, sed ejusdem etiam Spiritus regenerantis efficacia ad intima hominis penetrat, cor clausum aperit, durum emollit, præputiatum circumcidit, voluntati novas qualitates infundit, facitque eam ex mortua vivam, ex mala bonam, ex nolente volentem, ex refractaria morigeram, agitque et roborat eam, ut, ceu arbor bona, fructus bonarum actionum proferre possit.

## XII.

Atque hæc est illa tantopere in Scripturis prædicata regeneratio, nova creatio, suscitatio e mortuis, et vivificatio, quam Deus sine nobis, in nobis operatur. Ea autem neutiquam fit per solam forinsecus insonantem doctrinam, moralem suasionem, vel talem operandi rationem, ut post Dei (quoad ipsum) operationem, in hominis potestate maneat regenerari vel non regenerari, converti vel non converti; sed est plane supernaturalis, potentissima simul et suavissima, mirabilis, arcana, et ineffabilis operatio, virtute sua, secundum Scripturam (quæ ab Authore hujus operationis est inspirata) nec creatione, nec mortuorum resuscitatione minor, aut inferior, adeo ut omnes illi, in quorum cordibus admirando hoc modo Deus operatur, certo, infallibiliter, et efficaciter regenerentur, et actu credant. Atque tum voluntas jam renovata, non tantum agitur et movetur a Deo, sed a Deo acta, agit et ipsa. Quamobrem etiam homo ipse per gratiam istam acceptam credere et resistere recte dicitur.

## XIII.

Modum hujus operationis fideles in hac vita plene comprehendere non possunt; in eo interim acquiescentes, quod per istam Dei gratiam, se corde credere, et Servatorem suum diligere, sciant ac sentiant.

## XIV.

Sic ergo fides Dei donum est, non eo quod a Deo hominis arbitrio offeratur, sed quod homini reipsa conferatur, inspiretur, et infundatur. Non etiam quod Deus potentiam credendi tantum conferat, consensum vero seu actum credendi ab hominis deinde arbitrio expectet, sed, quod et velle credere, et ipsum credere in homine is efficiat, qui operatur et velle et facere, adeoque omnia operatur in omnibus.

## XV.

Hanc gratiam Deus nemini debet. Quid enim debeat ei, qui prior dare nihil potest, ut ei retribuatur? Imo quid debeat ei, qui de suo nihil habet, præter peccatum et mendacium? Qui ergo gratiam illam accipit, soli Deo æternas debet et agit gratias; qui illam non accipit, is aut hæc spiritualia omnino non curat, et in suo sibi placet: aut securus se habere inaniter gloriatur, quod non habet. Porro de iis, qui externe fidem profitentur, et vitam emendant, optime secundum exemplum



apostolorum judicandum et loquendum est, penetralia enim cordium nobis sunt incomperta. Pro aliis autem qui nondum sunt vocati, orandus est Deus, qui quæ non sunt vocat tanquam sint. Neutiquam vero adversus eos est superbiendum, ac si nosmetipsos discrevissemus.

## XVI.

Sicuti vero per lapsum homo non desiit esse homo, intellectu et voluntate præditus, nec peccatum, quod universum genus humanum pervasit, naturam generis humani sustulit, sed depravavit, et spiritualiter occidit; ita etiam hæc divina regenerationis gratia, non agit in hominibus tanquam truncis et stipitibus, nec voluntatem ejusque proprietates tollit, aut invitam violenter cogit, sed spiritualiter vivificat, sanat, corrigit, suaviter simul ac potenter flectit: ut ubi antea plene dominabatur carnis rebellio et resistentia, nunc regnare incipiat prompta, ac sincera Spiritus obedientia; in quo vera et spiritualis nostræ voluntatis instauratio et libertas consistit. Qua ratione nisi admirabilis ille omnis boni opifex nobiscum ageret, nulla spes esset homini surgendi e lapsu per liberum arbitrium, per quod se, cum staret, præcipitavit in exitiun.

## XVII.

Quemadmodum etiam omnipotens illa Dei operatio, qua vitam hanc nostram naturalem producit et sustentat, non excludit sed requirit usum mediorum, per quæ Deus pro infinita sua sapientia et bonitate virtutem istam suam exercere voluit: ita et hæc prædicta supernaturalis Dei operatio, qua nos regenerat, neutiquam excludit, aut evertit usum Evangelii, quod sapientissimus Deus in semen regenerationis, et cibum animæ ordinavit. Quare, ut Apostoli, et qui eos secuti sunt doctores, de gratia hæc Dei ad ejus gloriam et omnis superbix depressionem, pie populum docuerunt, neque tamen interim sanctis Evangelii monitis, sub verbi, sacramentorum, et disciplinæ exercitio eum continere neglexerunt: sic etiamnum, absit, ut docentes aut discentes in Ecclesia DEUM tentare præsumant, ea separando, quæ Deus pro suo beneplacito voluit esse conjunctissima. Per monita enim confertur gratia, et quo nos officium nostrum facimus promptius, hoc ipso Dei in nobis operantis beneficium solet esse illustrius, rectissimeque ejus opus procedit. Cui soli omnis, et mediorum, et salutaris eorum fructus atque efficacix debetur gloria in sæcula. Amen.

## REJECTIO ERRORUM.

*Exposita doctrina orthodoxa, Synodus rejicit errores eorum :*

## I.

Qui docent, 'Proprie dici non posse, quod peccatum originis per se sufficiat toti generi humano condemnando, aut temporales et æternas pœnas promerendo.' Contradiciunt enim Apostolo, dicenti, Rom. v. 12: *Per unum hominem peccatum in mundum introiit, ac per peccatum mors, et ita in omnes homines mors transiit, in quo omnes peccaverunt.* Et vers. 16: *Reatus ex uno introiit ad condemnationem.* Item, Rom. vi. 23: *Peccati stipendium mors est.*

## II.

Qui docent, 'Dona spiritualia, sive habitus bonos, et virtutes, ut sunt bonitas, sanctitas, justitia, in voluntate hominis, cum primum crearetur, locum habere non potuisse, ac proinde nec in lapsu ab ea separari.' Pugnat enim hoc cum descriptione imaginis Dei, quam Apostolus ponit Ephes. iv. 24; ubi illam describit ex justitia et sanctitate, quæ omnino in voluntate locum habent.

## III.

Qui docent, 'Dona spiritualia non esse in morte spirituali ab hominis voluntate separata, cum ea in sese nunquam corrupta fuerit, sed tantum per tenebras mentis, et affectuum inordinationem impedita; quibus impedimentis sublati, liberam suam facultatem sibi insitam exerere, id est, quodvis bonum sibi propositum ex se, aut velle, sive eligere, aut non velle, sive non eligere possit.' Novum hoc et erroneum est, atque eo facit ut extollantur vires liberi arbitrii, contra Jeremiæ prophetæ dierum, cap. xvii. 9: *Fraudulentum est cor ipsum supra omnia et perversum.* Et Apostoli, Ephes. ii. 3: *Inter quos (homines contumaces) et nos omnes conversati sumus olim in cupiditatibus carnis nostræ, facientes voluntates carnis ac cogitationum.*

## IV.

Qui docent, 'Hominem irrogenitum non esse proprie nec totaliter in peccatis mortuum, aut omnibus ad bonum spirituale viribus destitutum, sed posse justitiam vel vitam esurire ac sitire, sacrificiumque Spiritus contriti, et contribulati, quod Deo acceptum est, offerre.' Adversantur enim hæc apertis Scripturæ testimoniis, Ephes. ii. 1, 5: *Eratis mortui in offensis et peccatis.* Et Gen. vi. 5 et viii. 21: *Imaginatio cogitationum cordis hominis tantummodo mala est omni die.* Adhæc liberationem ex miseria et vitam esurire ac sitire, Deoque sacrificium Spiritus contriti offerre, regenitorum est, et eorum qui beati dicuntur. Psa. li. 19 et Matt. v. 6.

## V.

Qui docent, 'Hominem corruptum et animalem gratia communi, quæ ipsis est lumen naturæ, sive donis post lapsum relictis, tam recte uti posse, ut bono isto usu majorem gratiam, puta evangelicam, sive salutarem, et salutem ipsam gradatim obtinere possit. Et hac ratione DEUM se ex parte sua paratum ostendere, ad Christum omnibus revelandum, quandoquidem media ad Christi revelationem, fidem, et resipiscentiam necessaria, omnibus sufficienter et efficaciter administret.' Falsum enim hoc esse præter omnium temporum experientiam Scriptura testatur. Psa. cxlvii. 19, 20: *Indicat verba sua Jacobo, statuta sua et jura sua Israeli, non fecit ita ulli genti, et jura ista non noverunt.* Act. xiv. 16: *Deus sivit præteritis ætatibus omnes gentes suis ipsarum viis incedere.* Act. xvi. 6, 7: *Prohibiti sunt (Paulus cum suis) a Spiritu Sancto loqui sermonem DEI in Asia.* Et, *Quum venissent in Mysiam, tentabant ire versus Bithyniam, sed non permisit eis Spiritus.*

## VI.

Qui docent, 'In vera hominis conversione, non posse novas qualitates, habitus, seu dona in voluntatem ejus a Deo infundi, atque adeo fidem, qua primum convertitur, et a qua fideles

nominamur, non esse qualitatem seu donum a Deo infusum; sed tantum actum hominis, neque aliter donum dici posse, quam respectu potestatis ad ipsam perveniendi.' Contradictum enim hæc sacris literis, quæ testantur DEUM novas qualitates fidei, obedientiæ, ac sensus amoris sui cordibus nostris infundere. Jer. xxxi. 33: *Indam legem meam menti eorum, ac cordi eorum inscribam eam.* Esa. xlv. 3: *Effundam aquas super sitientem, et fluentia super aridam; effundam Spiritum meum super semen tuum.* Rom. v. 5: *Charitas Dei effusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.* Repugnant etiam continuæ praxi Ecclesiæ, sic apud prophetam orantis: *Converte me, Domine, et convertar.* Jer. xxxi. 18.

## VII.

Qui docent, 'Gratiam, qua convertimur ad Deum, nihil aliud esse quam lenem suasionem; seu' (ut alii explicant) 'nobilissimum agendi modum in conversione hominis, et naturæ humanæ convenientissimum esse, qui fiat suasionibus; nihilque obstare quo minus vel sola moralis gratia homines animales reddat spirituales; imo Deum non aliter quam morali ratione consensum voluntatis producere: atque in eo consistere operationis diviniæ efficaciam, qua Satanæ operationem superet, quod Deus æterna bona, Satan autem temporaria promittat.' Omnino enim hoc Pelagianum est, et universæ Scripturæ contrarium, quæ præter huic etiam alium, et longe efficaciorum ac diviniorem Spiritus Sancti agendi modum, in hominis conversione agnoscit. Ezech. xxxvi. 26: *Dabo vobis cor meum, et spiritum novum dabo in medio vestri, et auferam cor lapideum, daboque cor carneum, etc.*

## VIII.

Qui docent, 'Deum in hominis regeneratione eas suæ omnipotentis vires non adhibere, quibus voluntatem ejus ad fidem et conversionem potenter et infallibiliter flectat; sed positus omnibus gratiæ operationibus, quibus Deus ad hominem convertendum utitur, hominem tamen Deo, et Spiritui regenerationem ejus intendenti, et regenerare ipsum volenti, ita posse resistere, et actu ipso sæpe resistere, ut sui regenerationem prorsus impediat, atque adeo in ipsius manere potestate, ut regeneretur vel non regeneretur.' Hoc enim nihil aliud est, quam tollere omnem efficaciam gratiæ Dei in nostri conversione, et actionem Dei omnipotentis subijcere voluntati hominis, idque contra Apostolos, qui docent, *Nos credere pro efficacia fortis roboris Dei.* Ephes. i. 19. Et, *Deum bonitatis suæ gratuitam benevolentiam et opus fidei potenter in nobis complere.* 2 Thess. i. 11. Item, *Divinam ipsius vim omnia nobis donasse, quæ ad vitam et pietatem pertinent.* 2 Pet. i. 3.

## IX.

Qui docent, 'Gratiam et liberum arbitrium esse causas partiales simul concurrentes ad conversionis initium; nec gratiam ordine causalitatis efficientiam voluntatis antecedere;' id est, 'Deum non prius hominis voluntatem efficaciter juvare ad conversionem, quam voluntas ipsa hominis se movet ac determinat.' Hoc enim dogma Ecclesia prisca in Pelagianis jam olim condemnavit, ex Apostolo Rom. ix. 16: *Non est volentis nec currentis, sed Dei miserentis.* Et, 1 Cor. iv. 7: *Quis te discernit? Et, Quid habes quod non acceperis?* Item, Phil. ii. 13: *Deus est qui in vobis operatur ipsum velle et perficere pro suo beneplacito.*

---

*Huic capiti eadem quæ prius subscribuntur nomina.*

## QUINTUM DOCTRINÆ CAPUT, DE PERSEVERANTIA SANCTORUM.

*Articulus Primus.*

Quos Deus secundum propositum suum, ad communionem Filii sui Domini nostri Jesu Christi, vocat, et per Spiritum Sanctum regenerat, eos quidem et a peccati dominio et servitute, non autem a carne, et corpore peccati, penitus in hac vita liberat.

## II.

Hinc quotidiana infirmitatis peccata oriuntur, et optimis etiam sanctorum operibus nævi adhærescunt: quæ illis perpetuam sese coram Deo humiliandi, ad Christum crucifixum confugiendi, carnem magis ac magis per Spiritum precum et sancta pietatis exercitia mortificandi, et ad perfectionis metam suspirandi, materiam suggerunt; tantisper dum hoc mortis corpore soluti, cum Agno Dei in cœlis regnent.

## III.

Propter istas peccati inhabitantis reliquias, et mundi insuper ac Satanæ tentationes, non possent conversi in ista gratia perstare, si suis viribus permitterentur. Sed fidelis est Deus, qui ipsos in gratia semel collata misericorditer confirmat, et in eadem usque ad finem potenter conservat.

## IV.

Etsi autem illa potentia Dei vere fideles in gratia confirmantis et conservantis, major est, quam quæ a carne superari possit; non semper tamen conversi ita a Deo aguntur et moventur, ut non possint in quibusdam actionibus particularibus a ductu gratiæ, suo vitio, recedere, et a carnis concupiscentiis seduci, iisque obsequi. Quapropter ipsis perpetuo est vigilandum et orandum, ne in tentationes inducantur. Quod cum non faciunt, non solum a carne, mundo, et Satana, in peccata etiam gravia et atrocia abripi possunt, verum etiam interdum justa Dei permissione abripiuntur. Quod tristes Davidis, Petri, aliorumque sanctorum lapsus, in sacra Scriptura descripti, demonstrant.

## V.

Talibus autem enormibus peccatis Deum valde offendunt, reatum

mortis incurrunt, Spiritum S. contristant, fidei exercitium interrumpunt, conscientiam gravissime vulnerant, sensum gratiæ nonnunquam ad tempus amittunt: donec per seriam resipiscentiam in vitam revertentibus paternus Dei vultus rursus affulgeat.

#### VI.

Deus enim, qui dives est misericordia, ex immutabili electionis proposito, Spiritum Sanctum, etiam in tristibus lapsibus, a suis non prorsus aufert, nec eousque eos prolabi sinit, ut gratia adoptionis, justificationis statu excidant, aut peccatum ad mortem, sive in Spiritum Sanctum committant, et ab eo penitus deserti in exitium æternum sese præcipitent.

#### VII.

Primo enim in istis lapsibus conservat in illis semen illud suum immortale, ex quo regeneriti sunt, ne illud pereat aut excutiatur. Deinde per verbum et Spiritum suum, eos certo et efficaciter renovat ad pœnitentiam, ut de admissis peccatis ex animo secundum Deum doleant, remissionem in sanguine Mediatoris, per fidem, contrito corde, expetant, et obtineant, gratiam Dei reconciliati iterum sentiant, miserationes per fidem ejus adorent, ac deinceps salutem suam cum timore et tremore studiosius operentur.

#### VIII.

Ita non suis meritis, aut viribus, sed ex gratuita Dei misericordia id obtinent, ut nec totaliter fide et gratia excidant, nec finaliter in lapsibus maneat aut pereant. Quod quoad ipsos non tantum facile fieri posset, sed et indubie fieret; respectu autem Dei fieri omnino non potest: cum nec consilium ipsius mutari, promissio excidere, vocatio secundum propositum revocari, Christi meritum, intercessio, et custodia irrita reddi nec Spiritus Sancti obsignatio frustranea fieri aut deleri possit.

#### IX.

De hac electorum ad salutem custodia, vereque fidelium in fide perseverantia, ipsi fideles certi esse possunt, et sunt pro mensura fidei, qua certo credunt se esse et perpetuo mansuros vera et viva Ecclesiæ membra, habere remissionem peccatorum, et vitam æternam.

## X.

Ac proinde hæc certitudo non est ex peculiari quadam revelatione præter aut extra verbum facta, sed ex fide promissionum Dei, quas in verbo suo copiosissime in nostrum solatium revelavit: ex testimonio *Spiritus Sancti testantis cum spiritu nostro nos esse Dei filios et hæredes*. Rom. viii. 16. Denique ex serio et sancto bonæ conscientiæ et bonorum operum studio. Atque hoc solido obtinendæ victoriæ solatio, et infallibili æternæ gloriæ arrha, si in hoc mundo electi Dei destituerentur, omnium hominum essent miserrimi.

## XI.

Interim testatur Scriptura fideles in hac vita cum variis carnis dubitationibus conflictari, et in gravi tentatione constitutos hanc fidei plerophoriam, ac perseverantiæ certitudinem, non semper sentire. Verum Deus, Pater omnis consolationis, *supra vires tentari eos non sinit, sed cum tentatione præstat evasionem*. 1 Cor. x. 13. Ac per Spiritum Sanctum perseverantiæ certitudinem in iisdem rursus excitat.

## XII.

Tantum autem abest, ut hæc perseverantiæ certitudo vere fideles superbos, et carnaliter securos reddat, ut e contrario humilitatis, filialis reverentiæ, veræ pietatis, patientiæ in omni lucta, precum ardentium, constantiæ in cruce et veritatis confessione, solidique in Deo gaudii vera sit radix: et consideratio istius beneficii sit stimulus ad serium et continuum gratitudinis et bonorum operum exercitium, ut ex Scripturæ testimoniis et sanctorum exemplis constat.

## XIII.

Neque etiam in iis, qui a lapsu instaurantur, lasciviam aut pietatis injuriam procreat rediviva perseverantiæ fiducia; sed multo majorem curam de viis Domini solícite custodiendis, quæ præparatæ sunt ut in illis ambulando perseverantiæ suæ certitudinem retineant, ne propter paternæ benignitatis abusum propitii Dei facies (cujus contemplatio piis vita dulcior, subductio morte acerbior) denuo ab ipsis avertatur, et sic in graviores animi cruciatus incidant.

## XIV.

Quemadmodum autem Deo placuit, opus hoc suum gratiæ per prædicationem Evangelii in nobis inchoare; ita per ejusdem auditum, lectionem, meditationem, adhortationes, minas, promissa, nec non per usum sacramentorum illud conservat, continuat, et perficit.

## XV.

Hanc de vere credentium ac sanctorum perseverantia, ejusque certitudine, doctrinam, quam Deus ad nominis sui gloriam, et piarum animarum solatium, in verbo suo abundantissime revelavit, cordibusque fidelium imprimit, caro quidem non capit, Satanas odit, mundus ridet, imperiti et hypocritæ in abusum rapiunt, spiritusque erronei oppugnant; sed sponsa Christi ut inæstinabilis pretii thesaurum tenerrime semper dilexit, et constanter propugnavit: quod ut porro faciat procurabit Deus, adversus quem nec consilium valere, nec robur ullum prævalere potest. Cui soli Deo, Patri, Filio, et Spiritui Sancto sit honor et gloria in sempiternum. Amen.

---

 REJECTIO ERRORUM CIRCA DOCTRINAM DE PERSEVERANTIA SANCTORUM.

*Exposita doctrina orthodoxa, Synodus rejicit errores eorum:*

## I.

Qui docent, 'Perseverantiam vere fidelium non esse effectum electionis, aut donum Dei morte Christi partum, sed esse conditionem novi fœderis, ab homine ante sui electionem ac justificationem' (ut ipsi loquuntur) 'peremptoriam, libera voluntate præstandam.' Nam sacra Scriptura testatur eam ex electione sequi, et vi mortis, resurrectionis et intercessionis Christi electis donari. Rom. xi. 7: *Electio assecuta est, reliqui occalluerunt.* Item, Rom. viii. 32: *Qui proprio Filio non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit ipsum, quomodo non cum eo nobis omnia donabit? Quis intentabit crimina adversus electos Dei? Deus est qui justificat. Quis est qui condemnet? Christus in est qui mortuus est, imo qui etiam resurrexit, qui etiam sedet ad dexteram Dei, qui etiam intercedit pro nobis: Quis nos separabit a dilectione Christi?*

## II.

Qui docent, 'Deum quidem hominem fidelem sufficientibus ad perseverandum viribus instruere, ac paratum esse eas in ipso conservare si officium faciat: positis tamen illis omnibus, quæ ad perseverandum in fide necessaria sunt, quæque Deus ad conservandam fidem adhibere vult, pendere semper a voluntatis arbitrio, ut perseveret, vel non perseveret.' Hæc enim sententia manifestum Pelagianismum continet; et homines, dum vult facere liberos, facit sacrilegos, contra perpetuum evangelicæ doctrinæ consensum, quæ omnem gloriandi materiam homini adimit, et hujus beneficii laudem soli divinæ gratiæ transcribit; et contra Apostolum testantem: *Deum esse qui confirmabit nos usque in finem inculpato in die Domini nostri Jesu Christi.* 1 Cor. i. 8.

## III.

Qui docent, 'Vere credentes et regenitos non tantum posse a fide justificante, item gratia, et salute totaliter et finaliter excidere, sed etiam seipsa non raro ex iis excidere, atque in æternum perire.' Nam hæc opinio ipsam justificationis ac regenerationis gratiam, et perpetuam Christi custodiam irritam reddit, contrâ diserta Apostoli Pauli verba, Rom. v. 8, 9: *Si Christus pro nobis mortuus est, quum adhuc essemus peccatores, multo igitur magis, jam justificati in sanguine ejus, servabimur per ipsum ab ira.* Et contra Apostolum Johannem, 1 John iii. 9: *Omnis qui natus est ex Deo, non dat operam peccato: quia semen ejus in eo manet, nec potest peccare, quia ex Deo genitus est.* Nec non contra verba Jesu Christi, Johan. x. 28, 29: *Ego vitam æternam do ovibus meis, et non peribunt in æternum, nec rapiet eas quisquam de manu mea; Pater meus, qui mihi eas dedit, major est omnibus, nec ullus potest eas rapere de manu Patris mei.*

## IV.

Qui docent, 'Vere fideles ac regenitos posse peccare peccato ad mortem, vel in Spiritum Sanctum.' Quum idem Apostolus Johau. [Ep. I.] cap. v. postquam vers. 16, 17 peccantium ad mortem meminisset, et pro iis orare vetuisset, statim ver. 18 subjungat: *Scimus quod quisquis natus est ex Deo, non peccat* (nempe illo peccati genere), *sed qui genitus est ex Deo, conservat seipsum, et malignus ille non tangit eum.*

## V.

Qui docent, 'Nullam certitudinem futuræ perseverantiæ haberi posse in hac vita, absque speciali revelatione.' Per hanc enim doctrinam vere fidelium solida consolatio in hac vita tollitur, et pontificiorum dubitatio in Ecclesiam reducitur. Sacra vero Scriptura passim hanc certitudinem, non ex speciali et extraordinaria revelatione, sed ex propriis filiorum Dei signis, et constantissimis Dei promissionibus petit. Imprimis Apostolus Paulus, Rom. viii. 39: *Nulla res creata potest nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu, Domino nostro.* Et Johannes, Epist. I. iii. 24: *Qui servat mandata ejus, in eo manet, et ille in eo: et per hoc novimus ipsum in nobis manere, ex Spiritu quem dedit nobis.*

## VI.

Qui docent, 'Doctrinam de perseverantiæ ac salutis certitudine, ex natura et indole sua, esse carnis pulvinar, et pietati, bonis moribus, precibus aliisque sanctis exercitiis noxiam; contra vero de ea dubitare, esse laudabile.' Hi enim demonstrant se efficaciam divinæ gratiæ, et inhabitantis Spiritus S. operationem ignorare: et contradicunt Apostolo Johanni contrarium disertis verbis affirmanti, Epist. I. iii. 2, 3: *Dilecti mei, nunc julii Dei sumus; sed nondum patefactum est id quod erimus: scimus autem fore, ut quum ipse patefactus fuerit, similes ei simus, quoniam videbimus eum, sicuti est.* Et quisquis habet hanc spem in eo, purificat seipsum, sicut et ille purus est. Hi præterea sanctorum tam Veteris quam Novi Testamenti exemplis redarguuntur, qui licet de sua perseverantiâ et salute essent certi, in precibus tamen, aliisque pietatis exercitiis, assidui fuerunt.

## VII.

Qui docent, 'Fidem temporariorum a justificante et salvifica fide non differre nisi sola duratione.' Nam Christus ipse Mat. xiii. 20 et Luc. viii. 13 ac deinceps, triplex præterea inter temporarios et veros fideles discrimen manifesto constituit, quum illos dicit semen recipere in terra petrosa, hos in terra bona, seu corde bono: illos carere radice, hos radicem firmam habere: illos fructibus esse vacuos, hos fructum suum diversa mensura, constanter seu perseveranter proferre.

## VIII.

Qui docent, 'Non esse absurdum, hominem priore regeneratione extincta, iterato, imo sæpius renasci.' Hi enim per hanc doctrinam negant seminis Dei, per quod nascimur, in-



corruptibilitatem: adversus testimonium Apostoli Petri, Epist. I. i. 23: *Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili.*

## IX.

Qui docent, 'Christum nunquam rogasse pro infallibili credentium in fide perseverantia.' Contradicunt enim ipsi Christo, dicenti, Luc. xxii. 32: *Ego rogavi pro te, Petre, ne deficiat fides tua;* et Evangelistæ Johanni, testanti, Johan. xvii. 20, Christum non tantum pro apostolis, sed etiam pro omnibus, per sermonem ipsorum credituris, orasse, ver. 11: *Pater sancte, conserva eos in nomine tuo;* Et ver. 15: *Non oro ut eos tollas e mundo, sed ut conserves eos a malo.*

## CONCLUSIO.

Atque hæc est perspicua, simplex, et ingenua Orthodoxæ de Quinque Articulis in Belgio controversis doctrinæ declaratio, et errorum, quibus Ecclesiæ Belgicæ aliquamdiu sunt perturbatæ, rejectio, quam Synodus ex verbo Dei desumptam, et Confessionibus Reformatarum Ecclesiarum consentaneam esse judicat. Unde liquido apparet eos, quos id miuime decuit, citra omnem veritatem, æquitatem, et charitatem, populo inculcatum voluisse:

'Doctrinam Ecclesiarum Reformatarum de prædestinatione et annexis ei capitibus, proprio quodam genio atque impulsu, animos hominum ab omni pietate et religione abducere: esse carnis et Diaboli pulvinar, arcemque Satanæ, ex qua omnibus insidietur, plurimos sauciet, et multos tum desperationis, tum securitatis jaculis lethaliter configat: eandem facere Deum authorem peccati, injustum, tyrannum, hypocritam; nec aliud esse quam interpolatum Stoicismum, Manicheismum, Libertinismum, Turcismum: eandem reddere homines carnaliter securos, quippe ex ea persuasos electorum saluti, quomodocunque vivant, non obesse, ideoque eos secure atrocissima quæque scelera posse perpetrare; reprobis ad salutem non prodesse, si vel omnia sanctorum opera vere fecerint: eadem doceri Deum nudo puroque voluntatis arbitrio, absque omni ullius peccati respectu, vel intuitu, maximam mundi partem ad æternam damnationem prædestinasse et creasse: eodem modo, quo electio est fons et caussa fidei ac honorum operum, reprobationem esse causam infidelitatis et impietatis: multos fidelium infantes ab uberibus matrum innoxios abripi et tyrannice in gehennam præcipitari, adeo ut iis nec baptismus, nec Ecclesiæ in eorum baptismo preces prodesse queant.'

Et quæ ejus generis sunt alia plurima, quæ Ecclesiæ Reformatæ non solum non agnoscunt, sed etiam toto pectore detestantur. Quare quot-

quot nomen Servatoris nostri Jesu Christi pie invocant, eos Synodus hæc Dordrechtana per nomen Domini obtestatur, ut de Ecclesiarum Reformatarum fide, non ex coacervatis hinc inde calumniis, vel etiam privatis nonnullorum, tum veterum tum recentium doctorum dictis, sæpe etiam aut mala fide citatis, aut corruptis, et in alienum sensum detortis, sed ex publicis ipsarum Ecclesiarum Confessionibus, et ex hac orthodoxæ doctrinæ declaratione, unanimitate omnium et singulorum totius Synodi membrorum consensu firmata, judicent. Calumniatores deinde ipsos serio monet, viderint quam grave Dei iudicium sint subituri, qui contra tot Ecclesias, contra tot Ecclesiarum Confessiones, falsum testimonium dicunt, conscientias infirmorum turbant, multisque vere fidelium societatem suspectam reddere satagunt.

Postremo hortatur hæc Synodus omnes in Evangelio Christi symystas, ut in hujus doctrinæ pertractatione, in scholis atque in ecclesiis, pie et religiose versentur, eam tum lingua, tum calamo, ad Divini nominis gloriam, vitæ sanctitatem, et consternatorum animorum solatium accommodent, cum Scriptura secundum fidei analogiam non solum sentiant, sed etiam loquantur; a phrasibus denique iis omnibus abstineant, quæ præscriptos nobis genuini sanctarum Scripturarum sensus limites excedunt, et protervis sophistis justam ansam præbere possint doctrinam Ecclesiarum Reformatarum sugillandi, aut etiam calumniandi. Filii Dei Jesus Christus, qui ad dextram Patris sedens dat dona hominibus, sanctificet nos in veritate, eos qui errant adducat ad veritatem, calumniatoribus sanæ doctrinæ ora obstruat, et fidos verbi sui ministros spiritu sapientiæ et discretionis instruat, ut omnia ipsorum eloquia ad gloriam Dei, et ædificationem auditorum, cedant. *Amen.*

*Huic capiti eadem quæ prius subscribuntur nomina.*

---

*Hæc omnia de Quinque Doctrinæ Capitibus Controversis supra comprehensis, ita esse gesta testatur Illustrissimorum ac Præpotentium DD. Ordinum Generalium ad hanc Synodum Deputati, manuum nostrarum subsignatione.*

EX GELDRIA.

MARTINUS GREGORII D., *Consiliarius Ducatus Geldriae, et Comitatus Zutphaniae.*  
 HENRICUS VAN ESSEN, *Consiliarius Ducatus Geldriae, et Comitatus Zutphaniae.*

EX HOLLANDIA.

WALRAVUS DE BREDERODE.  
 HUGO MUYS VAN HOLY.

JACOBUS BOELIUS.  
GERARDUS DE NIEUBURCH.

EX ZELANDIA.

SYMON SCOTTE, *Consiliarius et Secretarius Civitatis Middelburgensis.*  
JACOBUS CAMPE, *Ordinum Zelandiæ Consiliarius.*

EX PROVINCIA ULTRAJECTINA.

FREDERICUS VAN ZUYLEN VAN NYEVELT.  
WILHELMUS VAN HARDEVELT.

EX FRISIA.

ERNESTUS AB AYLVA, *Ordinum Frisiæ Consiliarius, Orientalis Dongriæ Grietmannus.*  
ERNESTUS AB HARINXMA, *Consiliarius primarius in Curia Provinciali Frisiæ.*

EX TRANSISALANIA.

HENRICUS HAGEN.

EX CIVITATE GRONINGENSI ET OMLANDIIS.

HIERONYMUS ISBRANTS, *I. U. D.*  
EDVARDUS JACOBUS CLANT A STEDUM.

*Et Illustribus ac Amplissimis DD. Delegatis a Secretis,*

DANIEL HEINSIUS.

SENTENTIA SYNODI DE REMONSTRANTIBUS.

Explicata hactenus, et asserta, per Dei gratiam, veritate, erroribus rejectis, et damnatis, abstersis iniquis calumniis; SYNODUS HÆC DORDRECHTANA (quæ ipsi porro cura superest) serio, obnixè et pro auctoritate, quam ex Dei verbo in omnia suarum Ecclesiarum membra obtinet, in Christi nomine rogat, hortatur, monet, atque injungit omnibus et singulis in Fœderato Belgio Ecclesiarum Pastoribus, academiarum et scholarum Doctoribus, Rectoribus, et Magistris, atque adeo omnibus in universum, quibus vel animarum cura, vel juventutis disciplina est demandata, ut missis quinque notis Remonstrantium Articulis, qui et erronei sunt, et mera errorum latibula, hanc sanam veritatis salutaris doctrinam, ex purissimis verbi divini fontibus haustam, sinceram, et inviolatam, pro viribus et munere suo, conservent: illam populo et juventuti fideliter et prudenter proponant et explicant; usumque ejus suavissimum atque utilissimum, tum in vita, tum in morte, diligenter declarent: errantes ex grege, secus sentientes, et opinionum novitate abreptos, veritatis evidentia mansuete erudiant, si quando det ipsis Deus resipiscentiam, ad agnoscendam veritatem: ut saniori menti redditi, uno spiritu, ore, fide, charitate, Ecclesiæ Dei, et sanctorum communioni, denuo accedant; atque tandem coalescat vulnus Ecclesiæ, et fiat omnium ejus membrorum cor unum et anima una in Domino.

At vero, quia nonnulli e nobis egressi, sub titulo *Remonstrantium* (quod nomen *Remonstrantium* ut et *Contra-Remonstrantium*, SYNODUS perpetua oblivione delendum censet), studiis et consiliis privatis, modis illegitimis, disciplina et ordine Ecclesiæ violato, atque fratrum suorum monitionibus et judiciis contemptis, Belgicæ Ecclesias antea florentissimas, in fide et charitate conjunctissimas, in his Doctrinæ Capitibus, graviter et periculose admodum turbarent: errores noxios et veteres revocarunt, et novos procuderunt, publice et privatim, voce ac scriptis, in vulgus sparserunt, et acerrime propugnarunt: doctrinam, hactenus in Ecclesiis receptam, calumniis et contumeliis enormibus insectandi, nec modum nec finem fecerunt: quæ certe gravia in fidem, in charitatem, in bonos mores, in Ecclesiæ unitatem et pacem, peccata, cum in nullo homine tolerari juste possint, in Pastoribus censura severissima ab eorum

ævo in Ecclesia usurpata, necessario animadverti debent; **SYNODUS**, invocato Dei sancto nomine, suæ auctoritatis ex verbo Dei probe conscia, omnium legitimarum tum veterum tum recentium Synodorum vestigiis insistens, et illustrissimorum DD. Ordinum Generalium auctoritate munita, declarat atque judicat, Pastores illos, qui partium in Ecclesia ductores, et errorum doctores sese præbuerunt, corruptæ religionis, scissæ Ecclesiæ unitatis, et gravissimorum scandalorum, citatos vero ad hanc Synodum, intolerandæ insuper adversus supremi magistratus in hac Synodo publicata decreta, ipsamque hanc venerandam Synodum, perviciæ, reos et convictos teneri. Quas ob causas, primo Synodus prædictis citatis omni ecclesiastico munere interdicit, eosque ab officiis suis abdicat, et academicis functionibus etiam indignos esse judicat, donec per seriam resipiscentiam, dictis, factis, studiis contrariis abunde comprobata, Ecclesiæ satisfaciant, et cum eadem vere et plene reconcilientur, atque ad ejus communionem recipiantur: quod nos in ipsorum bonum, et totius Ecclesiæ gaudium unice in Christo Domino nostro exoptamus. Reliquos autem, quorum cognitio ad Synodum hanc Nationalem non devenit, Synodus Provincialibus, Classibus, et Presbyteriis, ex ordine recepto, committit: quæ omni studio procurent ne quid Ecclesiæ detrimenti vel in præsens capere, vel in posterum metuere possit. Errorum istorum sectatores spiritu prudentiæ discriminant: refractarios, clamorosos, factiosos, turbatores, quam primum officiis ecclesiasticis, et scholasticis, quæ sunt suæ cognitionis et curæ, abdicent: eoque nomine monentur, ut nulla interjecta mora, post acceptum hujus Synodi Nationalis iudicium, impetrata ad hoc magistratus auctoritate, convenient, ne lentitudine malum invalescat et roboretur. Ex infirmitate, et vitio temporum lapsos, vel abreptos, et in levioribus forte hæsitantes, aut etiam dissentientes, modestos tamen, sedatos, vitæ inculpatæ, dociles, omni lenitate, charitatis officiis, patientia, ad veram atque perfectam concordiam cum Ecclesia provocent: ita tamen, ut diligenter sibi caveant, ne quemquam ad sacrum ministerium admittant, qui doctrinæ hinc synodicas constitutionibus declaratæ subscribere, eamque docere recuset: neminem etiam retineant, cujus manifesta dissensione, doctrina in hac Synodo tanto consensu comprobata violari, et Pastorum concordia, Ecclesiarumque tranquillitas denuo turbari queat. Præterea veneranda hæc Synodus serio monet ecclesiasticos omnes cœtus, ut invigilent diligentissime in greges sibi commissos, omnibus subnascentibus in Ecclesia novitatibus mature obviam eant, easque tanquam zizania ex agro Domini evellant: attendant scholis et scholarum moderatoribus ne qua ex privatis sentiis et pravis opinionibus juventuti instillatis, postmodum Ecclesiæ et reipub. pernicies denuo creetur. Denique illustrissimis et præpotentibus DD. Fœderati Belgii Ordinibus Generalibus, gratiis reverenter actis, quod tam necessario et opportuno tempore, afflictis et labentibus Ecclesiæ rebus, Synodi remedio clementer succurrerint, probos et fideles DEI servos in suam tutelam receperint, pignus omnis benedictionis et præsentis divinæ, verbi nempe ipsius veritatem, in suis ditionibus sancte et religiose conservatam voluerint: nulli labori, nullis sumptibus ad tantum opus promovendum et perficiendum pepercerint: pro quibus eximiiis officiis largissimam a Domino et publice et privatim, et spiritualem et temporalem, remunerationem toto pectore **SYNODUS** comprecatur: Eisdem porro Dominos clementissimos obnixè et demissè rogat, ut hanc salutarem doctrinam, fidelissime ad verbum Dei et Reformatarum Ecclesiarum consensum a Synodo expressam, in suis regionibus solam et publice audiri velint et jubeant: arceant suborientes omnes hæreses et errores, spiritus inquietos et turbulentos pescant: veros et benignos Ecclesiæ nutritios ac tutores sese probare pergant: in personas supra dictas sententiam pro jure ecclesiastico, patriis legibus confirmato, ratam esse velint, et auctoritatis suæ adjecto calculo, synodicas constitutiones immotas et perpetuas reddant.

**NOMINE ET JUSSU SYNODI.**

**SEBASTIANUS DAMMAN**, *Synodi Scriba.*

**FESTUS HOMMIUS**, *Ecl. Leydensis Pastor, et Synodi Nat. Actuarius.*

*In testimonium Actorum, DANIEL HEINSIUS.*

APPROBATIO ILLUSTRISSIMORUM AC PRÆPOTENTIUM DOMINORUM,  
DD. ORDINUM GENERALIUM.

I. *Quaquam naturæ lumen, operaque Dei cum Creationis tum Providentiæ, bonitatem ejus, sapientiam, potentiamque eo usque manifestant, ut homines vel inde reddantur inexcusabiles:<sup>1</sup> eam tamen Dei, voluntatisque divinæ cognitionem, quæ porro est ad salutem necessaria, nequeunt nobis ingenerare.<sup>2</sup> Quocirca Domino complacitum est, variis quidem modis vicibusque Ecclesiæ suæ semetipsum revelare, suamque hanc voluntatem patefacere;<sup>3</sup> sed et eandem omnem postea literis consignare, quo et veritati suæ tam conservandæ quam propagandæ melius consuleret, nec Ecclesia sua contra carnis corruptelam, contra malitiam mundi*

<sup>1</sup> Rom. ii. 14, 15; i. 19, 20; Psa. xix. 1-3; Rom. i. 32; ii. 1.

<sup>2</sup> 1 Cor. i. 21; ii. 13, 14.

<sup>3</sup> Heb. i. 1.

of Satan and of the world, to commit the same wholly unto writing; which maketh the holy Scripture to be most necessary;<sup>2</sup> those former ways of God's revealing his will unto his people being now ceased.<sup>3</sup>

II. Under the name of holy Scripture, or the Word of God written, are now contained all the Books of the Old and New Testament, which are these :

*Of the Old Testament.*

Genesis.	Ecclesiastes.
Exodus.	The Song of Songs.
Leviticus,	Isaiah.
Numbers.	Jeremiah.
Deuteronomy.	Lamentations.
Joshua.	Ezekiel.
Judges.	Daniel.
Ruth.	Hosea.
I. Samuel.	Joel.
II. Samuel.	Amos.
I. Kings.	Obadiah.
II. Kings.	Jonah.
I. Chronicles.	Micah.
II. Chronicles.	Nahum.
Ezra.	Habakkuk.
Nehemiah.	Zephaniah.
Esther.	Haggai.
Job.	Zechariah.
Psalms.	Malachi.
Proverbs.	

*Of the New Testament.*

The Gospels according to	
Matthew,	Luke,
Mark,	John.

*Satanæque, præsidio foret ac solatio destituta.<sup>1</sup> Unde factum est, ut, postquam pristini illi modi, quibus olim populo suo Deus voluntatem suam revelabat, jam desiverint,<sup>2</sup> Scriptura Sacra sit maxime necessaria.<sup>3</sup>*

II. *Sacræ Scripturæ nomine, seu Verbi Dei scripti continentur hodie omnes illi libri tam Veteris quam Novi Instrumenti,<sup>4</sup> nempe quorum inferius subsequuntur nomina.*

## Veteris Testamenti.

Genesis.	Ecclesiastes.
Exodus.	Canticum Canticorum.
Leviticus.	Isaia.
Numeri.	Jeremias.
Deuteronomium.	Lamentationes.
Josua.	Ezechiel.
Judices.	Daniel.
Ruth.	Hosea.
Samuelis 1.	Joel.
Samuelis 2.	Amos.
Regum 1.	Obadias.
Regum 2.	Jonas.
Chronicorum 1.	Micheas.
Chronicorum 2.	Nahum.
Ezra.	Habucuc.
Nehemias.	Zephania.
Esther.	Haggæus.
Job.	Zacharias.
Psalmi.	Malachias.
Proverbia.	

## Novi autem.

<i>Evangelium secundum</i>	
Matthæum,	Lucam,
Marcum,	Johannem.

<sup>1</sup> Prov. xxii. 19-21; Luke i. 3, 4; Rom. xv. 4; Matt. iv. 4, 7, 10; Isa. viii. 19, 20.

<sup>2</sup> 2 Tim. iii. 15; 2 Pet. i. 19.

<sup>3</sup> Heb. i. 1, 2.

<sup>4</sup> [So the Cambridge eds. of 1656 and 1659. The Edinb. ed. reads *Testamenti.*]

The Acts of the Apostles.	To Timothy II. To Titus.	<i>Acta apostolorum.</i> <i>Titum.</i>
Paul's Epistles to the Romans.	To Philemon. The Epistle to the Hebrews.	<i>Pauli epistolæ ad Romanos.</i> <i>Philemonem.</i> <i>Epist. ad Hebræos.</i>
Corinthians I.		<i>Corinthios I. II.</i>
Corinthians II.	The Epistle of James.	<i>Jacobi Epistola.</i>
Galatians.	The First and Second Epistles of Peter.	<i>Petri Epist. I. II.</i>
Ephesians.		<i>Ephesios.</i>
Philippians.	The First, Second, and Third Epistles of John.	<i>Philippenses.</i> <i>Johan. Epist. I. II. III.</i>
Colossians.		<i>Colossenses.</i>
Thessalonians I.		<i>Thessalonicens I. II.</i>
Thessalonians II.	The Epistle of Jude.	<i>Judæ Epistola.</i>
To Timothy I.	The Revelation.	<i>Apocalypsis.</i> <i>Timotheum I. II.</i>

All which are given by inspiration of God, to be the rule of faith and life.<sup>1</sup>

III. The books commonly called Apocrypha, not being of divine inspiration, are no part of the Canon of the Scripture; and therefore are of no authority in the Church of God, nor to be any otherwise approved, or made use of, than other human writings.<sup>2</sup>

IV. The authority of the holy Scripture, for which it ought to be believed and obeyed, dependeth not upon the testimony of any man or church, but wholly upon God (who is truth itself), the Author thereof; and therefore it is to be received, because it is the Word of God.<sup>3</sup>

V. We may be moved and induced by the testimony of the

*Qui omnes divina inspiratione dati sunt in Fidei vitæque regulam.<sup>1</sup>*

III. *Libri Apocryphi, vulgo dicti, quum non fuerint divinitus inspirati, Canonem Scripturæ nullatenus constituunt; proindeque nullam aliam auctoritatem obtinere debent in Ecclesia Dei, nec aliter quam alia humana scripta, sunt aut approbandi aut adhibendi.<sup>2</sup>*

IV. *Autoritas Scripturæ sacræ propter quam ei debetur fides et observantia, non ab ullius aut hominis aut Ecclesiæ pendet testimonio, sed a solo ejus authore Deo, qui est ipsa veritas: eoque est a nobis recipienda, quoniam est Verbum Dei.<sup>3</sup>*

V. *Testimonium Ecclesiæ efficere quidem potest ut de Scriptura sacræ*

<sup>1</sup> Luke xvi. 29, 31; Eph. ii. 20; Rev. xxii. 18, 19; 2 Tim. iii. 16.

<sup>2</sup> Luke xxiv. 27, 44; Rom. iii. 2; 2 Pet. i. 21.

<sup>3</sup> 2 Pet. i. 19, 21; 2 Tim. iii. 16; 1 John v. 9; 1 Thess. ii. 13.

Church to an high and reverent esteem of<sup>1</sup> the holy Scripture;<sup>2</sup> and the heavenliness of the matter, the efficacy of the doctrine, the majesty of the style, the consent of all the parts, the scope of the whole (which is to give all glory to God), the full discovery it makes of the only way of man's salvation, the many other incomparable excellencies, and the entire perfection thereof, are arguments whereby it doth abundantly evidence itself to be the Word of God; yet, notwithstanding, our full persuasion and assurance of the infallible truth, and divine authority thereof, is from the inward work of the Holy Spirit, bearing witness by and with the Word in our hearts.<sup>3</sup>

VI. The whole counsel of God, concerning all things necessary for his own glory, man's salvation, faith, and life, is either expressly set down in Scripture, or by good and necessary consequence may be deduced from Scripture: unto which nothing at any time is to be added, whether by new revelations of the Spirit, or traditions of men.<sup>4</sup> Nevertheless we acknowledge the inward illumination of the Spirit of God to be necessary for the sav-

*quam honorifice sentiamus;<sup>3</sup> materies insuper ejus cœlestis, doctrinæ vis et efficacia, styli majestas, partium omnium consensus, totiusque scopus (ut Deo nempe omnis gloria tribuatur), plena denique quam exhibet unicæ ad salutem viæ commonstratio, præter alias ejus virtutes incomparabiles, et perfectionem summam, argumenta sunt quibus abunde se Verbum Dei et luculenter probat; nihilominus tamen plena persuasio et certitudo de ejus tam infallibili veritate, quam autoritate divina non aliunde nascitur quam ab interna operatione Spiritus Sancti, per verbum et cum verbo ipso in cordibus nostris testificantis.<sup>3</sup>*

VI. *Consilium Dei universum de omnibus quæ ad suam ipsius gloriam, quæque ad hominum salutem, fidem, vitamque sunt necessaria, aut expresse in Scriptura continentur, aut consequentia bona et necessaria derivari potest a Scriptura; cui nihil deinceps addendum est, seu novis a spiritu revelationibus, sive traditionibus hominum.<sup>4</sup> Internam nihilominus illuminationem Spiritus Dei ad salutem eorum perceptionem, quæ in Verbo Dei*

<sup>1</sup> [Am. ed. *for.*]

<sup>2</sup> 1 Tim. iii. 15.

<sup>3</sup> 1 John ii. 20, 27; John xvi. 13, 14; 1 Cor. ii. 10-12; Isa. lix. 21.

<sup>4</sup> 2 Tim. iii. 15-17; Gal. i. 8, 9; 2 Thess. ii. 2.

ing understanding of such things as are revealed in the Word;<sup>1</sup> and that there are some circumstances concerning the worship of God, and government of the Church, common to human actions and societies, which are to be ordered by the light of nature and Christian prudence, according to the general rules of the Word, which are always to be observed.<sup>2</sup>

VII. All things in Scripture are not alike plain in themselves, nor alike clear unto all;<sup>3</sup> yet those things which are necessary to be known, believed, and observed, for salvation, are so clearly propounded and opened in some place of Scripture or other, that not only the learned, but the unlearned, in a due use of the ordinary means, may attain unto a sufficient understanding of them.<sup>4</sup>

VIII. The Old Testament in Hebrew (which was the native language of the people of God of old), and the New Testament in Greek (which at the time of the writing of it was most generally known to the nations), being immediately inspired by God, and by his singular care and providence kept pure in all ages, are therefore authentical;<sup>5</sup> so as in all controver-

*revelantur, agnoscimus esse necessariam:¹ quin etiam nonnullas esse circumstantias cultum Dei spectantes et Ecclesie regimen, iis cum humanis actionibus et societatibus communes, quæ naturali lumine ac prudentia Christiana secundum generales verbi regulas (perpetuo quidem illas observandas) sunt regulandæ.²*

*VII. Quæ in Scriptura continentur non sunt omnia æque aut in se perspicua, aut omnibus hominibus evidentiæ:³ ea tamen omnia quæ ad salutem necessaria sunt cognitu, creditu, observatu, adeo perspicue, alicubi saltem in Scriptura, proponuntur et explicantur, ut eorum non docti solum, verum indocti etiam ordinariorum debito usu mediorem, sufficientem assequi possint intelligentiam.⁴*

*VIII. Instrumentum Vetus Hebræa lingua (antiqua Dei populo nempe vernacula) Novum autem Græca (ut quæ apud Gentes maxime omnium tunc temporis, quum scriberetur illud, obtinuerat), immediate a Deo inspirata, ejusque cura et Providentia singulari per omnia huc usque secula pura et intaminata custodita, ea propter sunt authentica.⁵ Adeo sane ut ad*

<sup>1</sup> John vi. 45; 1 Cor. ii. 9, 10, 12.

<sup>2</sup> 1 Cor. xi. 13, 14; xiv. 26, 30.

<sup>3</sup> 2 Pet. iii. 16.

<sup>4</sup> Psa. cxix. 105, 180.

<sup>5</sup> Matt. v. 18.

sies of religion the Church is finally to appeal unto them.<sup>1</sup> But because these original tongues are not known to all the people of God who have right unto, and interest in the Scriptures, and are commanded, in the fear of God, to read and search them,<sup>2</sup> therefore they are to be translated into the vulgar language of every nation unto which they come,<sup>3</sup> that the Word of God dwelling plentifully in all, they may worship him in an acceptable manner,<sup>4</sup> and, through patience and comfort of the Scriptures, may have hope.<sup>5</sup>

IX. The infallible rule of interpretation of Scripture is the Scripture itself; and therefore, when there is a question about the true and full sense of any Scripture (which is not manifold, but one), it must<sup>6</sup> be searched and known by other places that speak more clearly.<sup>7</sup>

X. The Supreme Judge, by which all controversies of religion are to be determined, and all decrees of councils, opinions of ancient writers, doctrines of men, and private spirits, are to be examined, and in whose sentence we are to rest, can

*illa ultimo in omnibus de religione controversiis Ecclesia debeat appellare.<sup>1</sup> Quoniam autem Originales istæ linguæ non sunt toti Dei populo intellectæ (Quorum tamen et jus est ut scripturas habeant, et interest plurimum, quique eas in timore Dei legere jubentur et perscrutari)<sup>2</sup> proinde sunt in vulgarem cujusque Gentis, ad quam pervenerint linguam transferendæ,<sup>3</sup> ut omnes, verbo Dei opulenter in ipsis habitante, Deum grato acceptoque modo colant,<sup>4</sup> et per patientiam ac consolationem Scripturarum spem habeant.<sup>5</sup>*

IX. *Infallibilis Scripturam interpretandi regula est Scriptura ipsa. Quoties igitur cunque oritur quæstio de vero plenoque Scripturæ cujusvis sensu (unicus ille est non multiplex), ex aliis locis, qui apertius loquuntur, est indagandus et cognoscendus.<sup>7</sup>*

X. *Supremus judex, a quo omnes de religione controversiæ sunt determinandæ, omnia Conciliorum decreta, opiniones Scriptorum Veterum, doctrinæ denique hominum, et privati quicumque Spiritus sunt examinandi, cujusque sententia te-*

<sup>1</sup> Isa. viii. 20; Acts xv. 15; John v. 39, 46.

<sup>2</sup> John v. 39.

<sup>3</sup> 1 Cor. xiv. 6, 9, 11, 12, 24, 27, 28.

<sup>4</sup> Col. iii. 16.

<sup>5</sup> Rom. xv. 4.

<sup>6</sup> [Am. ed. may.]

<sup>7</sup> 2 Pet. i. 20, 21; Acts xv. 15; [Am. ed. John v. 46].

be no other but the Holy Spirit speaking in the Scripture.<sup>1</sup>

## CHAPTER II.

*Of God, and of the Holy Trinity.*

I. There is but one only<sup>2</sup> living and true God,<sup>3</sup> who is infinite in being and perfection,<sup>4</sup> a most pure spirit,<sup>5</sup> invisible,<sup>6</sup> without body, parts,<sup>7</sup> or passions,<sup>8</sup> immutable,<sup>9</sup> immense,<sup>10</sup> eternal,<sup>11</sup> incomprehensible,<sup>12</sup> almighty,<sup>13</sup> most wise,<sup>14</sup> most holy,<sup>15</sup> most free,<sup>16</sup> most absolute,<sup>17</sup> working all things according to the counsel of his own immutable and most righteous will,<sup>18</sup> for his own glory;<sup>19</sup> most loving,<sup>20</sup> gracious, merciful, long-suffering, abundant in goodness and truth, forgiving iniquity, transgression, and sin;<sup>21</sup> the rewarder of them that diligently seek him;<sup>22</sup> and withal most just and terrible in his judgments;<sup>23</sup>

*nemur acquiescere, nullus alius esse potest, præter Spiritum Sanctum in Scriptura pronunciantem.<sup>1</sup>*

## CAP. II.

*De Deo et Sacro-sancta Trinitate.*

I. *Unus est unicuſque,<sup>2</sup> vivens ille et verus Deus: <sup>3</sup> qui idem est essentia et perfectione infinitus,<sup>4</sup> Spiritus purissimus,<sup>5</sup> invisibilis,<sup>6</sup> sine corpore, sine partibus,<sup>7</sup> sine passionibus,<sup>8</sup> immutabilis,<sup>9</sup> immensus,<sup>10</sup> æternus,<sup>11</sup> incomprehensibilis,<sup>12</sup> omnipotens,<sup>13</sup> summe sapiens,<sup>14</sup> summe sanctus,<sup>15</sup> liberrimus,<sup>16</sup> maxime absolutus;<sup>17</sup> operans omnia secundum consilium immutabilis suæ ac justissimæ voluntatis,<sup>18</sup> ad suam ipsius gloriam;<sup>19</sup> idemque summa benignitate,<sup>20</sup> gratia, misericordia, et longanimitate; bonitate abundans et veritate; condonans iniquitatem, transgressionem et peccatum;<sup>21</sup> studiose quærentium ipsum remunerator;<sup>22</sup> sed et in judiciis suis justissimus idem ac tremendus maxime;<sup>23</sup>*

<sup>1</sup> Matt. xxii. 29, 31; Eph. ii. 20; Acts xxviii. 25.

<sup>2</sup> Deut. vi. 4; 1 Cor. viii. 4, 6.

<sup>3</sup> 1 Thess. i. 9; Jer. x. 10.

<sup>4</sup> Job xi. 7, 8, 9; xxvi. 14.

<sup>5</sup> John iv. 24.

<sup>6</sup> 1 Tim. i. 17.

<sup>7</sup> Deut. iv. 15, 16; John iv. 24; Luke xxiv. 39.

<sup>8</sup> Acts xiv. 11, 15.

<sup>9</sup> James i. 17; Mal. iii. 6.

<sup>10</sup> 1 Kings viii. 27; Jer. xxiii. 23, 24.

<sup>11</sup> Psa. xc. 2; 1 Tim. i. 17.

<sup>12</sup> Psa. cxlv. 3.

<sup>13</sup> Gen. xvii. 1; Rev. iv. 8.

<sup>14</sup> Rom. xvi. 27.

<sup>15</sup> Isa. vi. 3; Rev. iv. 8.

<sup>16</sup> Psa. cxv. 3.

<sup>17</sup> Exod. iii. 14.

<sup>18</sup> Eph. i. 11.

<sup>19</sup> Prov. xvi. 4; Rom. xi. 56; [Am. ed. Rev.

<sup>20</sup> 1 John iv. 8, 16. iv. 11].

<sup>21</sup> Exod. xxxiv. 6, 7.

<sup>22</sup> Heb. xi. 6.

<sup>23</sup> Neh. ix. 32, 33.

hating all sin,<sup>1</sup> and who will by no means clear the guilty.<sup>2</sup>

II. God hath all life,<sup>3</sup> glory,<sup>4</sup> goodness,<sup>5</sup> blessedness,<sup>6</sup> in and of himself; and is alone in and unto himself all-sufficient, not standing in need of any creatures which he hath made,<sup>7</sup> nor deriving any glory from them,<sup>8</sup> but only manifesting his own glory in, by, unto, and upon them: he is the alone foundation of all being, of whom, through whom, and to whom are all things;<sup>9</sup> and hath most sovereign dominion over them, to do by them, for them, or upon them whatsoever himself pleaseth.<sup>10</sup> In his sight all things are open and manifest;<sup>11</sup> his knowledge is infinite, infallible, and independent upon the creature;<sup>12</sup> so as nothing is to him contingent or uncertain.<sup>13</sup> He is most holy in all his counsels, in all his works, and in all his commands.<sup>14</sup> To him is due from angels and men, and every other creature, whatsoever worship, service, or obedience, he is pleased to require of them.<sup>15</sup>

III. In the unity of the God-

*peccatum omne perosus,<sup>1</sup> et qui sentem nullo unquam absolvet modo.<sup>2</sup>*

II. *Omnem vitam,<sup>3</sup> omnem gloriam,<sup>4</sup> bonitatem,<sup>5</sup> beatitudinemque<sup>6</sup> omnem in sese habet et a seipso Deus; qui solus in se sibi que est ad omnia sufficiens; creaturarum, quas ipse condidit, nullius egens,<sup>7</sup> nec gloriam ab eis derivans ullam,<sup>8</sup> verum in iis, per eas, iis ipsis, ac super eas propriam ipsius gloriam tantummodo manifestans. Is omnis entitatis fons est unicus, a quo, per quem et ad quem omnia;<sup>9</sup> summumque in ea dominium habet, ac per illa, pro illis, in illa pro suo arbitrio quidlibet agendi potestatem.<sup>10</sup> In conspectu ejus aperta sunt omnia ac manifesta;<sup>11</sup> scientia ejus infinita est, infallibilis, atque a creatura independens,<sup>12</sup> adeo ut illi contingens incertumve nihil sit;<sup>13</sup> in omnibus ejus consiliis, operibus et mandatis est sanctissimus.<sup>14</sup> Quicquid cultus, quicquid officii, quicquid obsequii ab Angelis illi, ab hominibus, aut a quavis creatura exigere placet, id illi omne jure optimè debetur.<sup>15</sup>*

III. *In Deitatis unitate personæ*

<sup>1</sup> Psa. v. 5, 6.

<sup>2</sup> Nahum i. 2, 3; Exod. xxxiv. 7.

<sup>3</sup> John v. 26.

<sup>4</sup> Acts vii. 2.

<sup>5</sup> Psa. cxix. 68.

<sup>6</sup> 1 Tim. vi. 15; Rom. ix. 5.

<sup>7</sup> Acts xvii. 24, 25.

<sup>8</sup> Job xxii. 2, 23.

<sup>9</sup> Rom. xi. 36.

<sup>10</sup> Rev. iv. 11; 1 Tim. vi. 15; Dan. iv. 25, 35.

<sup>11</sup> Heb. iv. 13.

<sup>12</sup> Rom. xi. 33, 34; Psa. cxlvii. 5.

<sup>13</sup> Act. xv. 18; Ezek. xi. 5.

<sup>14</sup> Psa. cxlv. 17; Rom. vii. 12.

<sup>15</sup> Rev. v. 12-14.



head there be three persons, of one substance, power, and eternity: God the Father, God the Son, and God the Holy Ghost.<sup>1</sup> The Father is of none, neither begotten nor proceeding; the Son is eternally begotten of the Father;<sup>2</sup> the Holy Ghost eternally proceeding from the Father and the Son.<sup>3</sup>

## CHAPTER III.

*Of God's Eternal Decree.*<sup>4</sup>

I. God from all eternity did, by the most wise and holy counsel of his own will, freely and unchangeably ordain whatsoever comes to pass;<sup>5</sup> yet so as thereby neither is God the author of sin,<sup>6</sup> nor is violence offered to the will of the creatures, nor is the liberty or contingency of second causes taken away, but rather established.<sup>7</sup>

II. Although God knows whatsoever may or can come to pass upon all supposed conditions,<sup>8</sup> yet hath he not decreed any thing because he foresaw it as future, or as that which would come to pass upon such conditions.<sup>9</sup>

III. By the decree of God, for the manifestation of his glory,

*tres sunt unius ejusdemque essentiae, potentiae ac aeternitatis; Deus Pater, Deus Filius, ac Deus Spiritus Sanctus.*<sup>1</sup> *Pater quidem a nullo est, nec genitus nempe nec procedens: Filius autem a Patre est aeternae genitus.*<sup>2</sup> *Spiritus autem Sanctus aeternae procedens a Patre Filioque.*<sup>3</sup>

## CAP. III.

## De aeterno Dei Decreto.

I. *Deus, e sapientissimo sanctissimoque consilio voluntatis suae, libere ac immutabiliter, quicquid unquam evenit, ab omni aeterno ordinavit;*<sup>4</sup> *ita tamen, ut inde nec author peccati evadat Deus,*<sup>5</sup> *nec voluntati creaturarum sit vis illata, neque libertas aut contingentia causarum secundarum ablata sit, verum potius stabilita.*<sup>7</sup>

II. *Quamvis omnia cognoscat Deus, quae suppositis quibusvis conditionibus sunt eventu possibilis;*<sup>8</sup> *non tamen ideo quicquam decrevit quoniam illud praeviderat aut futurum, aut positis talibus conditionibus eventurum.*<sup>9</sup>

III. *Deus, quo gloriam suam manifestaret, nonnullos hominum*

<sup>1</sup> 1 John v. 7; Matt. iii. 16, 17; xxviii. 19; 2 Cor. xiii. 14.

<sup>2</sup> John i. 14. 18.

<sup>3</sup> John xv. 26; Gal. iv. 6.

<sup>4</sup> [Am. ed. *decrees.*]

<sup>5</sup> Eph. i. 1.; Rom. xi. 33; Heb. vi. 17; Rom. ix. 15, 18.

<sup>6</sup> James i. 13, 17; 1 John i. 5; [Am. ed. Eccl. vii. 29].

<sup>7</sup> Acts ii. 23; Matt. xvii. 12; Acts iv. 27, 28; John xix. 11; Prov. xvi. 33.

<sup>8</sup> Acts xv. 18; 1 Sam. xxiii. 11, 12; Matt. xi. 21, 23.

<sup>9</sup> Rom. ix. 11, 13, 16, 18.

some men and angels' are predestinated unto everlasting life, and others foreordained to everlasting death.<sup>1</sup>

IV. These angels and men, thus predestinated and foreordained, are particularly and unchangeably designed; and their number is so certain and definite that it can not be either increased or diminished.<sup>2</sup>

V. Those of mankind that are predestinated unto life, God, before the foundation of the world was laid, according to his eternal and immutable purpose, and the secret counsel and good pleasure of his will, hath chosen in Christ, unto everlasting glory,<sup>3</sup> out of his mere free grace and love, without any foresight of faith or good works, or perseverance in either of them, or any other thing in the creature, as conditions, or causes moving him thereunto;<sup>4</sup> and all to the praise of his glorious grace.<sup>5</sup>

VI. As God hath appointed the elect unto glory, so hath he, by the eternal and most free purpose of his will, foreordained all the means thereunto.<sup>6</sup> Wherefore they who are elected, being fallen in

*ac Angelorum' decreto suo ad æternam vitam prædestinavit, alios autem ad mortem æternam præordinavit.<sup>1</sup>*

IV. *Prædestinati illi et præordinati homines Angelique, particulariter sunt ac immutabiliter designati, certusque illorum est ac definitus numerus, adeo ut nec augeri possit nec imminui.<sup>2</sup>*

V. *Qui ex humano genere sunt ad vitam prædestinati, illos Deus ante jacta mundi fundamenta, secundum æternum suum ac immutabile propositum, secretumque voluntatis suæ consilium et beneplacitum, elegit in Christo ad æternam gloriam,<sup>3</sup> idque ex amore suo et gratia mere gratuita; nec fide, nec bonis operibus, nec in his illave perseverantia, sed neque ulla alia re in creatura, prævisis, ipsum tanquam causis aut conditionibus ad id moventibus;<sup>4</sup> quo totum nempe in laudem cederet gloriosæ suæ gratiæ.<sup>5</sup>*

VI. *Quemadmodum autem Deus electos ad gloriam destinavit, sic omnia etiam quibus illam consequantur media præordinavit, voluntatis suæ proposito æterno simul et liberrimo.<sup>6</sup> Quapropter electi, post-*

<sup>1</sup> 1 Tim. v. 21; Matt. xxv. 41.

<sup>2</sup> Rom. ix. 22, 23; Eph. i. 5, 6; Prov. xvi. 4.

<sup>3</sup> 2 Tim. ii. 19; John xiii. 18.

<sup>4</sup> Eph. i. 4, 9, 11; Rom. viii. 30; 2 Tim. i.

9; 1 Thess. v. 9.

<sup>5</sup> Rom. ix. 11, 13, 16; Eph. i. 4, 9.

<sup>6</sup> Eph. i. 6, 12.

<sup>7</sup> 1 Pet. i. 2; Eph. i. 4, 5; ii. 10; 2 Thess. ii. 13.

Adam, are redeemed by Christ,<sup>1</sup> are effectually called unto faith in Christ by his Spirit working in due season; are justified, adopted, sanctified,<sup>2</sup> and kept by his power through faith unto salvation.<sup>3</sup> Neither are any other redeemed by Christ, effectually called, justified, adopted, sanctified, and saved, but the elect only.<sup>4</sup>

VII. The rest of mankind God was pleased, according to the unsearchable counsel of his own will, whereby he extendeth or withholdeth mercy as he pleaseth, for the glory of his sovereign power over his creatures, to pass by, and to ordain them to dishonor and wrath for their sin, to the praise of his glorious justice.<sup>5</sup>

VIII. The doctrine of this high mystery of predestination is to be handled with special prudence and care,<sup>6</sup> that men attending the will of God revealed in his Word, and yielding obedience thereunto, may, from the certainty of their effectual vocation, be assured of their eternal election.<sup>7</sup> So shall this doctrine afford matter of praise, reverence, and admiration of God;<sup>8</sup> and of humility, diligence, and abundant conso-

*quam lapsi essent in Adamo, a Christo sunt redempti;*<sup>1</sup> *per Spiritum ejus opportuno tempore operantem, ad fidem in Christum vocantur efficaciter; justificantur, sanctificantur,*<sup>2</sup> *et potentia ipsius per fidem custodiuntur ad salutem.*<sup>3</sup> *Nec alii quivis a Christo redimuntur, vocantur efficaciter, justificantur, adoptantur, sanctificantur et salvantur, præter electos solos.*<sup>4</sup>

VII. *Reliquos humani generis Deo placuit secundum consilium voluntatis suæ inscrutabile (quo misericordiam pro libitu exhibet abstinete) in gloriam supremæ suæ in creaturas potestatis, præterire; eosque ordinare ad ignominiam et iram pro peccatis suis, ad laudem justitiæ suæ gloriose.*<sup>5</sup>

VIII. *Doctrina de sublimi hoc prædestinationis mysterio non sine summa cura et prudentia tractari debet,*<sup>6</sup> *quo nimirum homines, dum voluntati Dei in verbo ejus revelatæ advertant animos, eique debitam exhibeant obedientiam, de efficaci sua vocatione certiores facti, ad æternæ suæ electionis assurgere possint certitudinem.*<sup>7</sup> *Ita demum suppeditabit hæc doctrina laudandi, reverendi, admirandique Deum argumentum,*<sup>8</sup> *quin etiam hu-*

<sup>1</sup> 1 Thess. v. 9, 10; Tit. ii. 14.

<sup>2</sup> Rom. viii. 30; Eph. i. 5; 2 Thess. ii. 13.

<sup>3</sup> 1 Pet. i. 5.

John xvii. 9; Rom. viii. 28 to the end; John vi. 64, 65; viii. 47; x. 26; 1 John ii. 19.

<sup>4</sup> Matt. xi. 25, 26; Rom. ix. 17, 18, 21, 22; 2 Tim. ii. 19, 20; Jude 4; 1 Pet. ii. 8.

<sup>5</sup> Rom. ix. 20; xi. 33; Deut. xxix. 29.

<sup>6</sup> 2 Pet. i. 10.

<sup>7</sup> Eph. i. 6; Rom. xi. 33.

lation to all that sincerely obey the gospel.<sup>1</sup>

## CHAPTER IV.

*Of Creation.*

I. It pleased God the Father, Son, and Holy Ghost,<sup>2</sup> for the manifestation of the glory of his eternal power, wisdom, and goodness,<sup>3</sup> in the beginning, to create or make of nothing the world, and all things therein, whether visible or invisible, in the space of six days, and all very good.<sup>4</sup>

II. After God had made all other creatures, he created man, male and female,<sup>5</sup> with reasonable and immortal souls,<sup>6</sup> endued with knowledge, righteousness, and true holiness, after his own image,<sup>7</sup> having the law of God written in their hearts,<sup>8</sup> and power to fulfill it;<sup>9</sup> and yet under a possibility of transgressing, being left to the liberty of their own will, which was subject unto change.<sup>10</sup> Beside this law written in their hearts, they received a command not to eat of the tree of the knowledge of good

*militatis, diligentiae et consolationis copiosae omnibus sincere obedientibus evangelio.<sup>1</sup>*

## CAP. IV.

*De Creatione.*

I. *Deo, Patri, Filio et Spiritui sancto, complacitum est,<sup>2</sup> quo aeternae suae cum potentiae tum sapientiae bonitatisque gloriam manifestaret,<sup>3</sup> mundum hunc, et quae in eo continentur universa tam visibilia quam invisibilia, in principio intra sex dierum spatium creare, seu ex nihilo condere, atque omnia quidem bona valde.<sup>4</sup>*

II. *Postquam omnes alias creaturas condidisset Deus, creavit hominem marem et foeminam,<sup>5</sup> animabus inditis rationalibus ac immortalibus,<sup>6</sup> imbutos cognitione, justitia, veraque sanctitate, ad suam ipsius imaginem,<sup>7</sup> habentes in cordibus suis inscriptam Divinam legem,<sup>8</sup> simul et eandem implendi vires;<sup>9</sup> non tamen sine quadam violandi possibilitate; libertati siquidem permissi erant voluntatis suae haud immutabilis.<sup>10</sup> Praeter autem hanc in cordibus eorum inscriptam legem de non comendo ex arbore scientiae boni malique*

<sup>1</sup> Rom. xi. 5, 6, 20; 2 Pet. i. 10; Rom. viii. 33; Luke x. 20.

<sup>2</sup> Heb. i. 2; John i. 2, 3; Gen. i. 2; Job xxvi. 13; xxxiii. 4.

<sup>3</sup> Rom. i. 20; Jer. x. 12; Psa. civ. 24; xxxiii. 5, 6.

<sup>4</sup> Gen. ch. i.; Heb. xi. 3; Col. i. 16; Acts xvii. 24.

<sup>5</sup> Gen. i. 27.

<sup>6</sup> Gen. ii. 7; Eccles. xii. 7; Luke xxiii. 43; Matt. x. 28.

<sup>7</sup> Gen. i. 26; Col. iii. 10; Eph. iv. 24.

<sup>8</sup> Rom. ii. 14, 15.

<sup>9</sup> Eccles. vii. 29.

<sup>10</sup> Gen. iii. 6; Eccles. vii. 29.

and evil; which while they kept they were happy in their communion with God,<sup>1</sup> and had dominion over the creatures.<sup>2</sup>

CHAPTER V.  
Of Providence.

God, the great Creator of all things, doth uphold,<sup>3</sup> direct, dispose, and govern all creatures, actions, and things,<sup>4</sup> from the greatest even to the least,<sup>5</sup> by his most wise and holy providence,<sup>6</sup> according to his infallible foreknowledge<sup>7</sup> and the free and immutable counsel of his own will,<sup>8</sup> to the praise of the glory of his wisdom, power, justice, goodness, and mercy.<sup>9</sup>

II. Although in relation to the foreknowledge and decree of God, the first cause, all things come to pass immutably and infallibly,<sup>10</sup> yet by the same providence he ordereth them to fall out, according to the nature of second causes, either necessarily, freely, or contingently.<sup>11</sup>

III. God, in his ordinary providence, maketh use of means,<sup>12</sup> yet is free to work without,<sup>13</sup>

*mandatum insuper acceperunt; quod certe quam diu observabant, communionem Dei beati erant,<sup>1</sup> dominiumque habebant in creaturas.<sup>2</sup>*

CAP. V.  
De Providentia.

I. *Magnus ille rerum omnium creator Deus sapientissima sua et sanctissima simul providentia<sup>3</sup> creaturas, actiones, resque<sup>4</sup> a maximis usque ad minimas<sup>5</sup> universas sustentat,<sup>6</sup> dirigit, ordinat, gubernatque secundum infallibilem suam præscientiam,<sup>7</sup> et voluntatis suæ consilium liberum ac immutabile,<sup>8</sup> ad laudem gloriæ sapientiæ suæ, potentiæ, justitiæ, bonitatis, ac misericordiæ.<sup>9</sup>*

II. *Quamvis respectu præscientiæ ac decreti Dei (causæ primæ) omnia immutabiliter atque infallibiliter eveniant,<sup>10</sup> per eandem tamen ille providentiam eadem ordinat evenire necessario, libere, aut contingenter, pro natura causarum secundarum.<sup>11</sup>*

III. *Deus in providentia sua ordinaria mediis utitur,<sup>12</sup> iis tamen non astringitur, quo minus absque eis,<sup>13</sup>*

<sup>1</sup> Gen. ii. 27; iii. 8-11, 23.

<sup>2</sup> Gen. i. 26, 28; [Am. ed. Psa. viii. 6-8].

<sup>3</sup> Heb. i. 3.

<sup>4</sup> Dan. iv. 34, 35; Psa. cxxxv. 6; Acts xvii. 25, 26, 28; Job, chaps. xxxviii. xxxix. xl. xli.

<sup>5</sup> Matt. x. 29-31; [Am. ed. Matt. vi. 26, 30].

<sup>6</sup> Prov. xv. 3; [Am. ed. 2 Chron. xvi. 9]; Psa. civ. 24; cxlv. 17.

Acts xv. 18; Psa. xciv. 8-11.

<sup>8</sup> Eph. i. 11; Psa. xxxiii. 10, 11.

<sup>9</sup> Isa. lxiii. 14; Eph. iii. 10; Rom. ix. 17; Gen. xlv. 7; Psa. cxlv. 7.

<sup>10</sup> Acts ii. 23.

<sup>11</sup> Gen. viii. 22; Jer. xxxi. 35; Exod. xxi. 13; Deut. xix. 5; 1 Kings xxii. 28, 34; Isa. x. 6, 7.

<sup>12</sup> Acts xxvii. 31, 44; Isa. lv. 10, 11; Hos. ii. 21, 22.

<sup>13</sup> Hos. i. 7; Matt. iv. 4; Job xxxiv. 10.

above,<sup>1</sup> and against them, at his pleasure.<sup>2</sup>

IV. The almighty power, unsearchable wisdom, and infinite goodness of God so far manifest themselves in his providence that it extendeth itself even to the first fall, and all other sins of angels and men,<sup>3</sup> and that not by a bare permission,<sup>4</sup> but such as hath joined with it a most wise and powerful bounding,<sup>5</sup> and otherwise ordering and governing of them, in a manifold dispensation, to his own holy ends;<sup>6</sup> yet so as the sinfulness thereof proceedeth only from the creature, and not from God; who, being most holy and righteous, neither is nor can be the author or approver of sin.<sup>7</sup>

V. The most wise, righteous, and gracious God doth oftentimes leave for a season his own children to manifold temptations and the corruption of their own hearts, to chastise them for their former sins, or to discover unto them the hidden strength of corruption and deceitfulness of their hearts, that they may be humbled;<sup>8</sup> and to raise them to a more close and constant

*supra' aut etiam contra ea pro arbitrio suo operetur.<sup>2</sup>*

IV. *Omnipotentem Dei potentiam, sapientiam inscrutabilem, bonitatemque infinitam providentia ejus eo usque manifestat, ut vel ad primum lapsum, omniaque reliqua peccata, seu hominum sint sive angelorum, se extendat;<sup>3</sup> neque id quidem permissione nuda,<sup>4</sup> verum cui conjuncta est sapientissima potentissimaque eorum limitatio,<sup>5</sup> ac aliusmodi ad sanctos sibi propositos fines dispensatione multiplici ordinatio et gubernatio;<sup>6</sup> ita tamen ut omnis eorum vitiositas a sola proveniat creatura, a Deo neutiquam, qui sanctissimus quum sit justissimusque neque est, nec esse quidem potest peccati autor aut approbator.<sup>7</sup>*

V. *Sapientissimus, justissimus, et gratiosissimus idem Deus, sæpenumero filios suos tentationibus multifariis, suorumque cordium corruptioni ad tempus permittit; quo ob admissa prius peccata castiget eos, vel corruptionis vis detegat vim occultam, cordiumque suorum fraudulentiam ut humilientur;<sup>8</sup> quoque eos excitet ad strictam magis et constantem a seipso proferendis suppetiis*

<sup>1</sup> Rom. iv. 19–21.

<sup>2</sup> 2 Kings vi. 6; Dan. iii. 27.

<sup>3</sup> Rom. xi. 32–34; 2 Sam. xxiv. 1; 1 Chron. xxi. 1; 1 Kings xxii. 22, 23; 1 Chron. x. 4, 13, 14; 2 Sam. xvi. 10; Acts ii. 23; iv. 27, 28.

<sup>4</sup> Acts xiv. 16.

<sup>5</sup> Psa. lxxvi. 10; 2 Kings xix. 28.

<sup>6</sup> Gen. i. 20; Isa. x. 6, 7, 12.

<sup>7</sup> James i. 13, 14, 17; 1 John. ii. 16; Psa. i. 21.

<sup>8</sup> 2 Chron. xxxii. 25, 26, 31; 2 Sam. xxiv. 1.

dependence for their support unto himself, and to make them more watchful against all future occasions of sin, and for sundry other just and holy ends.<sup>1</sup>

VI. As for those wicked and ungodly men whom God, as a righteous judge, for former sins, doth blind and harden,<sup>2</sup> from them he not only withholdeth his grace, whereby they might have been enlightened in their understandings and wrought upon in their hearts,<sup>3</sup> but sometimes also withdraweth the gifts which they had,<sup>4</sup> and exposeth them to such objects as their corruption makes occasion of sin;<sup>5</sup> and withal, gives them over to their own lusts, the temptations of the world, and the power of Satan;<sup>6</sup> whereby it comes to pass that they harden themselves, even under those means which God useth for the softening of others.<sup>7</sup>

VII. As the providence of God doth, in general, reach to all creatures, so, after a most special manner, it taketh care of his Church, and disposeth all things to the good thereof.<sup>8</sup>

*dependentiam; Quo denique adversus omnes occasiones peccati de futuro reddat cautiores. Sed et ob alios etiam varios fines, justos sanctosque sibi propositos.<sup>1</sup>*

VI. *Quod scelestos illos spectat impiosque homines, quos Deus, ut justus judex, ob peccata præcedentia excæcat induratque;<sup>2</sup> eis ille non solum gratiam suam non impertit, qua ipsis cum illuminari intellectus, tum affici corda potuissent;<sup>3</sup> sed interdum subtrahit eis quibus imbuti erant dona,<sup>4</sup> et ipsos exponit illiusmodi objectis, unde corruptio eorum arripit sibi peccandi occasiones;<sup>5</sup> simulque tradit eos suis ipsorum concupiscentiis et tentationibus mundi, et potestati Satanae;<sup>6</sup> ex quo fit ut seipos ipsi indurent, et quidem sub iisdem mediis quibus utitur Deus ad alios emolliendos.<sup>7</sup>*

VII. *Providentia Dei sicut ad omnes creaturas universali modo se extendit; ita modo plane peculiari Ecclesiae suæ curam gerit, ac in ejus bonum disponit universa.<sup>8</sup>*

<sup>1</sup> [Am. ed. upon.]

<sup>2</sup> 2 Cor. xii. 7-9; Psa. lxxiii. throughout; lxxvii. 1-10, 12; Mark xiv. 66 to the end; John xxi. 15-17.

<sup>3</sup> Rom. i. 24, 26, 28; xi. 7, 8.

<sup>4</sup> Deut. xxix. 4.

<sup>5</sup> Matt. xiii. 12; xxv. 29.

<sup>6</sup> Deut. ii. 30; 2 Kings viii. 12, 13.

<sup>7</sup> Psa. lxxxi. 11, 12; 2 Thess. ii. 10-12.

<sup>8</sup> Exod. vii. 3; viii. 15, 32; 2 Cor. ii. 15, 16; Isa. viii. 14; 1 Pet. ii. 7, 8; Isa. vi. 9, 10; Acts xxviii. 26, 27.

<sup>9</sup> 1 Tim. iv. 10; Amos ix. 8, 9; Rom. viii. 28; Isa. xliii. 3-5. 14.

## CHAPTER VI.

*Of the Fall of Man, of Sin, and of the Punishment thereof.*

I. Our first parents, being seduced by the subtilty and temptation of Satan, sinned in eating the forbidden fruit.<sup>1</sup> This their sin God was pleased, according to his wise and holy counsel, to permit, having purposed to order it to his own glory.<sup>2</sup>

II. By this sin they fell from their original righteousness and communion with God,<sup>3</sup> and so became dead in sin,<sup>4</sup> and wholly defiled in all the faculties and parts of soul and body.<sup>5</sup>

III. They being the root of all mankind,<sup>6</sup> the guilt of this sin was imputed, and the same death in sin and corrupted nature conveyed to all their posterity descending from them by ordinary generation.<sup>7</sup>

IV. From this original corruption, whereby we are utterly indisposed, disabled, and made opposite to all good,<sup>8</sup> and wholly inclined to all evil,<sup>9</sup> do proceed all actual transgressions.<sup>10</sup>

V. This corruption of nature,

## CAP. VI.

*De hominis lapsu, de peccato ejusque pœna.*

I. *Primi parentes, Satanz subtilitate ac tentatione seducti, fructus vetiti esu peccaverunt.<sup>1</sup> Hoc eorum peccatum secundum sapiens suum sanctumque consilium Deo placuit permitttere, non sine proposito illud ad suam ipsius gloriam ordinandi.<sup>2</sup>*

II. *Hoc illi peccato, justitia sua originali et communionem cum Deo exciderunt;<sup>3</sup> itaque facti sunt in peccato mortui,<sup>4</sup> atque in omnibus facultatibus ac partibus animæ corporisque penitus contaminati.<sup>5</sup>*

III. *Quumque illi fuerint radix totius humani<sup>6</sup> generis, hujusce peccati reatus fuit imputatus, eademque in peccato mors ac natura corrupta propagata, omnibus illorum posteris, quotquot ab iis ordinaria quidem generatione procreantur.<sup>7</sup>*

IV. *Ab hac originali labe (qua ad omne bonum facti sumus inhabiles prorsus ac impotentes, eique plane oppositi,<sup>8</sup> ad malum autem omne proclives penitus)<sup>9</sup> proveniunt omnia peccata actualia.<sup>10</sup>*

V. *Hæc naturæ corruptio durante*

<sup>1</sup> Gen. iii. 13; 2 Cor. xi. 3.

<sup>2</sup> Rom. xi. 32.

<sup>3</sup> Gen. iii. 6-8; Eccles. vii. 29; Rom. iii. 23.

<sup>4</sup> Gen. ii. 17; Eph. ii. 1; [Am. ed. Rom. v. 12].

<sup>5</sup> Tit. i. 15; Gen. vi. 5; Jer. xvii. 9; Rom. iii. 10-19.

<sup>6</sup> Gen. i. 27, 28; ii. 16, 17; Acts xvii. 26; Rom. v. 12, 15-19; 1 Cor. xv. 21, 22, 45, 49.

<sup>7</sup> Psa. li. 5; Gen. v. 8; Job xiv. 4; xv. 14.

<sup>8</sup> Rom. v. 6; vii. 18; viii. 7; Col. i. 21; [Am. ed. John iii. 6].

<sup>9</sup> Gen. vi. 5; viii. 21; Rom. iii. 10-12.

<sup>10</sup> James i. 14, 15; Eph. ii. 2, 3; Matt. xv. 19.



during this life, doth remain in those that are regenerated;<sup>1</sup> and although it be through Christ pardoned and mortified, yet both itself and all the motions thereof are truly and properly sin.<sup>2</sup>

VI. Every sin, both original and actual, being a transgression of the righteous law of God, and contrary thereunto,<sup>3</sup> doth, in its own nature, bring guilt upon the sinner,<sup>4</sup> whereby he is bound over to the wrath of God<sup>5</sup> and curse of the law,<sup>6</sup> and so made subject to death,<sup>7</sup> with all miseries spiritual,<sup>8</sup> temporal,<sup>9</sup> and eternal.<sup>10</sup>

#### CHAPTER VII.

##### *Of God's Covenant with Man.*

I. The distance between God and the creature is so great that although reasonable creatures do owe obedience unto him as their Creator, yet they could never have any fruition of him as their blessedness and reward but by some voluntary condescension on God's part, which he hath been pleased to express by way of covenant.<sup>11</sup>

II. The first covenant made with

*hac vita manet etiam in rege[n]itis;<sup>1</sup> et quamvis per Christum et condonata sit et mortificata; nihilo minus tam ipsa, quam ejus motus universi vere sunt ac proprie peccata.<sup>2</sup>*

VI. *Peccatum omne cum originale tum actuale, quum justæ Dei legis transgressio sit eique contraria,<sup>3</sup> peccatori suapte natura reatum infert,<sup>4</sup> quo ad iram Dei, ac maledictionem legis<sup>5</sup> subeundam obligatur, adeoque redditur obnoxius morti<sup>7</sup> simul et miseris omnibus spiritualibus,<sup>8</sup> temporalibus,<sup>9</sup> ac æternis.<sup>10</sup>*

#### CAP. VII.

##### *De fœdere Dei cum homine.*

I. *Tanta est inter deum et creaturam distantia, ut licet creature rationales obedientiam illi ut creatori suo debeant, nullam tamen fruitionem ejus tanquam suæ beatitudinis ac præmii habere unquam potuissent, ni voluntaria fuisset aliqua ex parte Dei condescensio; quam ipsi exprimere placuit icto fœdere.<sup>11</sup>*

II. *Primum fœdus cum hominibus*

<sup>1</sup> 1 John i. 8, 10; Rom. vii. 14, 17, 18, 23; James iii. 2; Prov. xx. 9; Eccles. vii. 20.

<sup>2</sup> Rom. vii. 5, 7, 8, 25; Gal. v. 17.

<sup>3</sup> 1 John iii. 4.

<sup>4</sup> Rom. ii. 15; iii. 9, 19.

<sup>5</sup> Eph. ii. 3.

Gal. iii. 10.

<sup>7</sup> Rom. vi. 23.

<sup>8</sup> Eph. iv. 18.

<sup>9</sup> Rom. viii. 20; Lam. iii. 39.

<sup>10</sup> Matt. xxv. 41; 2 Thess. i. 9.

<sup>11</sup> Isa. xl. 13-17; Job ix. 32, 33; 1 Sam. ii. 25; Psa. c. 2, 3; cxliii. 5, 6; Job xxii. 2, 3; xxxv. 7, 8; Luke xvii. 10; Acts xvii. 24, 25.

man was a covenant of works,<sup>1</sup> wherein life was promised to Adam, and in him to his posterity,<sup>2</sup> upon condition of perfect and personal obedience.<sup>3</sup>

III. Man by his fall having made himself incapable of life by that covenant, the Lord was pleased to make a second,<sup>4</sup> commonly called the covenant of grace: wherein he freely offered unto sinners life and salvation by Jesus Christ, requiring of them faith in him that they may be saved,<sup>5</sup> and promising to give unto all those that are ordained unto life his Holy Spirit, to make them willing and able to believe.<sup>6</sup>

IV. This covenant of grace is frequently set forth in the Scripture by the name of a testament, in reference to the death of Jesus Christ the testator, and to the everlasting inheritance, with all things belonging to it, therein bequeathed.<sup>7</sup>

V. This covenant was differently administered in the time of the law and in the time of the gospel:<sup>8</sup> under the law it was administered by promises, prophecies,

*initum erat fœdus operum,<sup>1</sup> quo vita Adamo promissa erat, ejusque in eo posteris,<sup>2</sup> sub conditione obedientiæ perfectæ ac personalis.<sup>3</sup>*

III. *Quum autem homo lapsu suo omnem sibi præstrucisset ad vitam aditum per illud fœdus, complacuit Domino secundum inire,<sup>4</sup> quod vulgo dicimus Fœdus Gratæ; in quo peccatoribus offert gratuito vitam ac salutem per Jesum Christum, fidem in illum ab iis requirens ut salventur;<sup>5</sup> promittensque omnibus qui ad vitam ordinantur se spiritum suum sanctum daturum, qui in illis operetur credendi cum voluntatem tum potentiam.<sup>6</sup>*

IV. *Hoc fœdus Gratæ in Scriptura sæpe nomine Testamenti indigitatur, respectu nimirum mortis Testatoris Jesu Christi, æternæque illius hæreditatis, quam is una cum omnibus eam spectantibus inibi legabat.<sup>7</sup>*

V. *Hoc fœdus sub Lege atque sub Evangelio administratum est modo alio atque alio.<sup>8</sup> Sub Lege quidem per promissiones, prophetias et sacrificia, per circumcisionem, agnum*

<sup>1</sup> Gal. iii. 12; [Am. ed. Hos. vi. 7; Gen. ii. 16, 17].

<sup>2</sup> Rom. v. 12-20; x. 5.

<sup>3</sup> Gen. ii. 17; Gal. iii. 10.

<sup>4</sup> Gal. iii. 21; Rom. iii. 20, 21; viii. 3; Gen. iii. 15; Isa. xlii. 6.

<sup>5</sup> Mark xvi. 15, 16; John iii. 16; Rom. x. 6, 9; Gal. iii. 11. [Am. ed. v. 37].

<sup>6</sup> Ezek. xxxvi. 26, 27; John vi. 44, 45;

<sup>7</sup> Heb. ix. 15-17; vii. 22; Luke xxii. 20; 1 Cor. xi. 25.

<sup>8</sup> 2 Cor. iii. 6-9.

sacrifices, circumcision, the paschal lamb, and other types and ordinances delivered to the people of the Jews, all fore-signifying Christ to come,<sup>1</sup> which were for that time sufficient and efficacious, through the operation of the Spirit, to instruct and build up the elect in faith in the promised Messiah,<sup>2</sup> by whom they had full remission of sins and eternal salvation; and is called the Old Testament.<sup>3</sup>

VI. Under the gospel, when Christ the substance<sup>4</sup> was exhibited, the ordinances in which this covenant is dispensed are the preaching of the word and the administration of the sacraments of Baptism and the Lord's Supper;<sup>5</sup> which, though fewer in number, and administered with more simplicity and less outward glory, yet in them it is held forth in more fullness, evidence, and spiritual efficacy,<sup>6</sup> to all nations, both Jews and Gentiles;<sup>7</sup> and is called the New Testament.<sup>8</sup> There are not, therefore, two covenants of grace differing in substance, but one and the same under various dispensations.<sup>9</sup>

*pascalem, aliosque typos ac instituta populo Judaico tradita, quæ omnia Venturum Christum præsignificabant;*<sup>1</sup> *erantque pro ratione illorum temporum sufficientia, et per operationem spiritus efficacia ad electos instruendum ac ædificandum in fide in promissum Messiam,*<sup>2</sup> *per quem plenam peccatorum remissionem et salutem æternam sunt consecuti; diciturque Vetus Testamentum.*<sup>3</sup>

VI. *Sub evangelio autem, exhibitio jam Christo, substantia<sup>4</sup> scilicet ac antitypo, præscriptæ rationes in quibus hoc fœdus dispensatur, sunt prædicatio verbi, et administratio sacramentorum, baptismi nempe ac cœnæ Dominicæ;*<sup>5</sup> *in quibus quidem utut numero paucioribus, iisque simplicius ac minore cum externa gloria administratis, cum majore tamen plenitudine, evidentia, et efficacia spirituali<sup>6</sup> populis cunctis tam Judæis quam Gentibus<sup>7</sup> exhibetur; Diciturque Novum Testamentum.*<sup>8</sup> *Non sunt ergo duo fœdera gratiæ, re atque natura discrepantia; sed unum idemque, licet non uno modo dispensatum.*<sup>9</sup>

<sup>1</sup> Heb., chaps. viii. ix. x.; Rom. iv. 11; Col. ii. 11, 12; 1 Cor. v. 7; [Am. ed. Col. ii. 17].

<sup>2</sup> 1 Cor. x. 1-4; Heb. xi. 13; John viii. 56.

<sup>3</sup> Gal. iii. 7-9, 14.

<sup>4</sup> Gal. ii. 17; [Am. ed. Col. ii. 17].

<sup>5</sup> Matt. xxviii. 19, 20; 1 Cor. xi. 23-25; [Am. ed. 2 Cor. iii. 7-11].

<sup>6</sup> Heb. xii. 22-28; Jer. xxxi. 33, 34.

<sup>7</sup> Matt. xxviii. 19; Eph. ii. 15-19.

<sup>8</sup> Luke xxii. 20; [Am. ed. Heb. viii. 7-9].

<sup>9</sup> Gal. iii. 14, 16; Acts xv. 11; Rom. iii. 21-28, 30; Psa. xxxii. 1; Rom. iv. 3, 6, 16, 17, 28, 24; Heb. xiii. 8.

## CHAPTER VIII.

*Of Christ the Mediator.*

I. It pleased God, in his eternal purpose, to choose and ordain the Lord Jesus, his only-begotten Son, to be the Mediator between God and man,<sup>1</sup> the Prophet,<sup>2</sup> Priest,<sup>3</sup> and King;<sup>4</sup> the Head and Saviour of his Church,<sup>5</sup> the Heir of all things,<sup>6</sup> and Judge of the world;<sup>7</sup> unto whom he did, from all eternity, give a people to be his seed,<sup>8</sup> and to be by him in time redeemed, called, justified, sanctified, and glorified.<sup>9</sup>

II. The Son of God, the second person in the Trinity, being very and eternal God, of one substance, and equal with the Father, did, when the fullness of time was come, take upon him man's nature,<sup>10</sup> with all the essential properties and common infirmities thereof, yet without sin:<sup>11</sup> being conceived by the power of the Holy Ghost in the womb of the Virgin Mary, of her substance.<sup>12</sup> So that two whole, perfect, and distinct natures, the Godhead and the manhood, were inseparably joined to-

## CAP. VIII.

*De Christo Mediatore.*

I. *Complacitum est Deo Filium ejus unigenitum Dominum Jesum in æterno suo proposito eligere atque ordinare ut Mediator esset inter Deum et hominem,<sup>1</sup> Propheta,<sup>2</sup> Sacerdos,<sup>3</sup> et Rex,<sup>4</sup> caput idem et salvator Ecclesiæ suæ;<sup>5</sup> rerum omnium hæres,<sup>6</sup> Mundique Judex;<sup>7</sup> cui ab æterno populum dedit futurum illi in semen,<sup>8</sup> ac per illum stato tempore redimendum, vocandum, justificandum, sanctificandum ac glorificandum.<sup>9</sup>*

II. *Filius Dei persona secunda in Trinitate, verus nempe idem æternusque Deus, substantiæ cum Patre unius ejusdemque, eique coæqualis, cum advenerat temporis plenitudo, assumpsit naturam humanam,<sup>10</sup> una cum omnibus ejus proprietatibus essentialibus, communibusque infirmitatibus, immunem tamen a peccato,<sup>11</sup> conceptus scilicet in utero eque substantia Mariæ Virginis,<sup>12</sup> virtute Spiritus Sancti. Adeo sane ut naturæ duæ, integræ, perfectæ, distinctæque Deitas ac humanitas in una eademque*

<sup>1</sup> Isa. xlii. 1; 1 Pet. i. 19, 20; John iii. 16; 2 Tim. ii. 5.

<sup>2</sup> Acts iii. 22; [Am. ed. Deut. xviii. 15].

<sup>3</sup> Heb. v. 5, 6.

<sup>4</sup> Psa. ii. 6; Luke i. 33.

<sup>5</sup> Eph. v. 23.

<sup>6</sup> Heb. i. 2.

<sup>7</sup> Acts xvii. 31.

<sup>8</sup> John xvii. 6; Psa. xxii. 30; Isa. liii. 10.

<sup>9</sup> 1 Tim. ii. 6; Isa. lv. 4, 5; 1 Cor. i. 30.

<sup>10</sup> John i. 1, 14; 1 John v. 20; Phil. ii. 6; Gal. iv. 4.

<sup>11</sup> Heb. ii. 14, 16, 17; iv. 15.

<sup>12</sup> Luke i. 27, 31, 35; Gal. iv. 4.

gether in one person, without conversion, composition, or confusion.<sup>1</sup> Which person is very God and very man, yet one Christ, the only mediator between God and man.<sup>2</sup>

III. The Lord Jesus, in his human nature thus united to the divine, was sanctified and anointed with the Holy Spirit above measure;<sup>3</sup> having in him all the treasures of wisdom and knowledge,<sup>4</sup> in whom it pleased the Father that all fullness should dwell;<sup>5</sup> to the end that, being holy, harmless, undefiled, and full of grace and truth,<sup>6</sup> he might be thoroughly furnished to execute the office of a mediator and surety.<sup>7</sup> Which office he took not unto himself, but was thereunto called by his Father,<sup>8</sup> who put all power and judgment into his hand, and gave him commandment to execute the same.<sup>9</sup>

IV. This office the Lord Jesus did most willingly undertake,<sup>10</sup> which, that he might discharge, he was made under the law,<sup>11</sup> and did perfectly fulfill it;<sup>12</sup> endured most grievous torments immediately in his soul,<sup>13</sup>

*persona indissolubili nexu conjunctæ fuerint, sine conversione, compositione, aut confusione.<sup>1</sup> Quæ quidem persona vere Deus est ac vere homo, unus tamen Christus, unicus inter Deum et hominem Mediator.<sup>2</sup>*

III. *Dominus Jesus in humana sua natura divinæ hunc modum conjuncta sanctificatus est, ac Spiritu sancto supra mensuram unctus,<sup>3</sup> in se habens omnes sapientiæ notitiæ-quæ thesauros;<sup>4</sup> in quo Patri visum est ut omnis plenitudo inhabitaret,<sup>5</sup> atque eo quidem fine ut sanctus, innocuus, intaminatus, plenusque gratiæ ac veritatis existens,<sup>6</sup> ad Mediatoris Vadisque munus exequendum perfecte esset instructus.<sup>7</sup> Quod ille officium non arripuit sibi, verum a Patre erat ad id vocatus,<sup>8</sup> qui omnem ei potestatem ac judicium in manus dedit, unâ cum mandato exercendi.<sup>9</sup>*

IV. *Hoc munus promptissima voluntate in se suscepit Dominus Jesus,<sup>10</sup> quod ut expleret factus est sub Lege,<sup>11</sup> eam perfecte implevit,<sup>12</sup> immediate in anima<sup>13</sup> sua gravissimos subiit cruciatus, in cor-*

<sup>1</sup> Luke i. 35; Col. ii. 9; Rom. ix. 5; 1 Pet. iii. 18; 1 Tim. iii. 16.

<sup>2</sup> Rom. i. 3, 4; 1 Tim. ii. 5.

<sup>3</sup> Psa. xlv. 7; John iii. 34.

<sup>4</sup> Col. ii. 3.

<sup>5</sup> Col. i. 19.

<sup>6</sup> Heb. vii. 26; John i. 14.

<sup>7</sup> Acts x. 38; Heb. xii. 24; vii. 22.

<sup>8</sup> Heb. v. 4, 5.

<sup>9</sup> John v. 22, 27; Matt. xxviii. 18; Acts ii. 36.

<sup>10</sup> Psa. xl. 7, 8; Heb. x. 5-10; John x. 18; Phil. ii. 8.

<sup>11</sup> Gal. iv. 4.

<sup>12</sup> Matt. iii. 15; v. 17.

<sup>13</sup> Matt. xxvi. 37, 38; Luke xxii. 44; Matt. xxvii. 46.

and most painful sufferings in his body;<sup>1</sup> was crucified, and died;<sup>2</sup> was buried, and remained under the power of death, yet saw no corruption.<sup>3</sup> On the third day he arose from the dead,<sup>4</sup> with the same body in which he suffered;<sup>5</sup> with which also he ascended into heaven, and there sitteth at the right hand of his Father,<sup>6</sup> making intercession;<sup>7</sup> and shall return to judge men and angels at the end of the world.<sup>8</sup>

V. The Lord Jesus, by his perfect obedience and sacrifice of himself, which he through the eternal Spirit once offered up unto God, hath fully satisfied the justice of his Father,<sup>9</sup> and purchased not only reconciliation, but an everlasting inheritance in the kingdom of heaven, for all those whom the Father hath given unto him.<sup>10</sup>

VI. Although the work of redemption was not actually wrought by Christ till after his incarnation, yet the virtue, efficacy, and benefits thereof were communicated unto the elect, in all ages successively from the beginning of the world, in and by those promises, types,

*pore<sup>1</sup> vero perpassiones quam maxime dolorificas; crucifixus est, ac mortuus;<sup>2</sup> sepultus est, mansitque sub mortis potestate; nec tamen ullam vidit corruptionem.<sup>3</sup> Tertio die surrexit a mortuis,<sup>4</sup> cum eodem in quo passus fuerat corpore,<sup>5</sup> cum quo etiam ascendit in cælum, ibique sedens ad dextram Patris<sup>6</sup> intercedit,<sup>7</sup> rediturus inde in consummatione mundi, ad homines angelosque judicandum.<sup>8</sup>*

*V. Dominus Jesus obedientia sua perfecta, sui que ipsius sacrificio; quod per æternum Spiritum Deo semel obtulit, justitiæ Patris plene satisfecit,<sup>9</sup> ac omnibus ei a Patre datis non modo reconciliationem; verum etiam æternam hæreditatem in regno cælorum acquisivit.<sup>10</sup>*

*VI. Quamvis redemptionis opus non nisi post incarnationem ejus, a Christo quidem actu effectum fuerit, vis tamen ejus, efficacia, et beneficia per omnia iam inde a mundi primordiis elapsa secula electis sunt communicata, in et per promissiones illas, typos, et sacri-*

<sup>1</sup> Matt., chaps. xxvi. xxvii.

<sup>2</sup> Phil. ii. 8.

<sup>3</sup> Acts ii. 23, 24, 27; xiii. 37; Rom. vi. 9.

<sup>4</sup> 1 Cor. xv. 3, 4.

<sup>5</sup> John xx. 25, 27.

<sup>6</sup> Mark xvi. 19.

<sup>7</sup> Rom. viii. 34; Heb. ix. 24; vii. 25.

<sup>8</sup> Rom. xiv. 9, 10; Acts i. 11; x. 42; Matt. xiii. 40-42; Jude 6; 2 Pet. ii. 4.

<sup>9</sup> Rom. v. 19; Heb. ix. 14, 16; x. 14; Eph. v. 2; Rom. iii. 25, 26.

<sup>10</sup> Dan. ix. 24, 26; Col. i. 19, 20; Eph. i. 11, 14; John xvii. 2; Heb. ix. 12, 15.

and sacrifices, wherein he was revealed, and signified to be the seed of the woman which should bruise the serpent's head, and the lamb slain from the beginning of the world, being yesterday and to-day the same and forever.<sup>1</sup>

VII. Christ, in the work of mediation, acteth according to both natures; by each nature doing that which is proper to itself;<sup>2</sup> yet, by reason of the unity of the person, that which is proper to one nature is sometimes, in Scripture, attributed to the person denominated by the other nature.<sup>3</sup>

VIII. To all those for whom Christ hath purchased redemption he doth certainly and effectually apply and communicate the same;<sup>4</sup> making intercession for them,<sup>5</sup> and revealing unto them, in and by the Word, the mysteries of salvation;<sup>6</sup> effectually persuading them by his Spirit to believe and obey; and governing their hearts by his Word and Spirit;<sup>7</sup> overcoming all their enemies by his almighty power and wisdom, in such manner and ways as are most consonant to his wonderful and unsearchable dispensation.<sup>8</sup>

*ficia, quibus revelatum erat et significatum hunc esse semen illud mulieris, quod contritum erat serpentis caput, agnumque illum mactatum ab initio mundi; ut qui heri ac hodie idem est et in sempiternum.<sup>1</sup>*

VII. *Christus in opere Mediatorio agit secundum utramque naturam, id agens per utramvis, quod eidem proprium est,<sup>2</sup> nonnunquam tamen fit propter personæ unitatem ut quod uni naturæ proprium est, personæ ab altera natura denominatæ in Scriptura tribuatur.<sup>3</sup>*

VIII. *Pro quibus Christus redemptionem acquisivit, iis omnibus certo quidem ac efficaciter eam applicat impertitque,<sup>4</sup> pro eis intercedens,<sup>5</sup> eisque in verbo et per verbum revelans mysterium salutis,<sup>6</sup> per Spiritum suum eis ut credere velint ac obedire persuadens efficaciter,<sup>7</sup> eorumque gubernans corda verbo suo spirituque; sed et vi sua omnipotentî, ac sapientia debellans omnes eorum hostes, iis autem modis mediisque quæ admirabili et inscrutabili ejus dispensationi sunt maxime consentanea.<sup>8</sup>*

<sup>1</sup> Gal. iv. 4, 5; Gen. iii. 15; Rev. xiii. 8; Heb. xiii. 8.

<sup>2</sup> Heb. ix. 14; 1 Pet. iii. 18.

<sup>3</sup> Acts xx. 28; John iii. 13; 1 John iii. 16.

<sup>4</sup> John vi. 37, 39; x. 15, 16.

<sup>5</sup> 1 John ii. 1, 2; Rom. viii. 34.

<sup>6</sup> John xv. 13, 15; Eph. i. 7-9; John xvii. 6.

<sup>7</sup> John xiv. 16; Heb. xii. 2; 2 Cor. iv. 13; Rom. viii. 9, 14; xv. 18, 19; John xvii. 17.

<sup>8</sup> Psa. cx. 1; 1 Cor. xv. 25, 26; Mal. iv. 2, 3; Col. ii. 15.

CHAPTER IX.  
*Of Free-will.*

I. God hath endued the will of man with that natural liberty, that 'is neither forced nor by any absolute necessity of nature determined to good or evil.<sup>1</sup>

II. Man, in his state of innocency, had freedom and power to will and to do that which is good and well-pleasing to God, but yet mutably, so that he might fall from it.<sup>4</sup>

III. Man, by his fall into a state of sin, hath wholly lost all ability of will to any spiritual good accompanying salvation;<sup>5</sup> so as a natural man, being altogether averse from that good,<sup>6</sup> and dead in sin,<sup>7</sup> is not able, by his own strength, to convert himself, or to prepare himself thereunto.<sup>8</sup>

IV. When God converts a sinner, and translates him into the state of grace, he freeth him from his natural bondage under sin,<sup>9</sup> and by his grace alone enables him freely to will and to do that which is spiritually good;<sup>10</sup> yet so

## CAP. IX.

*De libero arbitrio.*

I. *Eam humanæ voluntati naturalem Deus indidit libertatem, ut nec cogatur unquam, neque absoluta ulla naturæ necessitate ad bonum aut malum determinetur.<sup>1</sup>*

II. *Homo in statu innocentie libertatem habuit ac potentiam, quod bonum erat Deoque gratum volendi agendique;<sup>2</sup> mutabiliter tamen, ita ut illa potuerit excidere.<sup>4</sup>*

III. *Homo per lapsum suum in statum peccati, potentiam omnem quam habuerat voluntas ejus ad bonum aliquod spirituale et saluti contiguum amisit penitus;<sup>5</sup> adeo sane ut naturalis homo, utpote ab ejusmodi bono abhorrens prorsus,<sup>6</sup> ac in peccato mortuus,<sup>7</sup> non possit unquam suis ipsius viribus convertere semet, sed ne quidem ad conversionem se vel præparare.<sup>8</sup>*

IV. *Quandocunque Deus convertit ac in statum gratiæ transfert peccatorem, eundem eximit naturali sua sub peccato servitute,<sup>9</sup> solaque gratia sua potentem reddit ad spirituale bonum volendum præstandumque;<sup>10</sup> ita tamen ut propter*

<sup>1</sup> [Am. ed. inserts *it.*]

<sup>2</sup> Matt. xvii. 12; James i. 14; Deut. xxx. 19;

[Am. ed. John v. 40].

<sup>3</sup> Eccles. vii. 29; Gen. i. 26.

<sup>4</sup> Gen. ii. 16, 17; iii. 6.

<sup>5</sup> Rom. v. 6; viii. 7; John xv. 5.

<sup>6</sup> Rom. iii. 10, 12.

<sup>7</sup> Eph. ii. 1, 5; Col. ii. 13.

<sup>8</sup> John vi. 44, 65; 1 Cor. ii. 14; Eph. ii. 2-5; Titus iii. 3-5.

<sup>9</sup> Col. i. 13; John viii. 34, 36.

<sup>10</sup> Phil. ii. 13; Rom. vi. 18, 22.



as that, by reason of his remaining corruption, he doth not perfectly, nor only, will that which is good, but doth also will that which is evil.<sup>1</sup>

V. The will of man is made perfectly and immutably free to good alone, in the state of glory only.<sup>2</sup>

CHAPTER X.

*Of Effectual Calling.*

I. All those whom God hath predestinated unto life, and those only, he is pleased, in his appointed and accepted time, effectually to call,<sup>3</sup> by his Word and Spirit,<sup>4</sup> out of that state of sin and death, in which they are by nature, to grace and salvation by Jesus Christ;<sup>5</sup> enlightening their minds, spiritually and savingly, to understand the things of God;<sup>6</sup> taking away their heart of stone, and giving unto them an heart of flesh;<sup>7</sup> renewing their wills, and by his almighty power determining them to that which is good,<sup>8</sup> and effectually drawing them to Jesus Christ;<sup>9</sup> yet so as they come most freely, being made willing by his grace.<sup>10</sup>

II. This effectual call is of God's

*manentem adhuc in eo corruptionem, bonum nec perfecte velit; neque id tantummodo, verum etiam quandoque malum.*<sup>1</sup>

V. *Voluntas humana perfecte ac immutabiliter libera ad bonum solum redditur non nisi in statu gloriæ.*<sup>2</sup>

CAP. X.

*De vocatione efficaci.*

I. *Deus quos ad vitam prædestinavit omnes, eosque solos dignatur per verbum suum et spiritum<sup>3</sup> constituto suo acceptoque tempore vocare efficaciter<sup>4</sup> e statu illo peccati et mortis in quo sunt natura constituti, ad gratiam ac salutem per Jesum Christum;<sup>5</sup> idque mentes eorum illuminando, ut modo spirituali et salubari quæ Dei sunt intelligant;<sup>6</sup> tollendo eorum cor lapideum, donandoque eis cor carneum;<sup>7</sup> voluntates eorum renovando ac pro potentia sua omnipotente ad bonum determinando,<sup>8</sup> et ad Jesum Christum trahendo efficaciter;<sup>9</sup> ita tamen ut illi nihilominus liberrime veniant, volentes nempe facti per illius gratiam.*<sup>10</sup>

II. *Efficax hæc vocatio est a sola*

<sup>1</sup> Gal. v. 17; Rom. vii. 15, 18, 19, 21, 23.

<sup>2</sup> Eph. iv. 13; Heb. xii. 23; 1 John iii. 2; Jude 24.

<sup>3</sup> Rom. viii. 30; xi. 7; Eph. i. 10, 11.

<sup>4</sup> 2 Thess. ii. 13, 14; 2 Cor. iii. 3, 6.

<sup>5</sup> Rom. viii. 2; Eph. ii. 1-5; 2 Tim. i. 9, 10.

<sup>6</sup> Acts xxvi. 18; 1 Cor. ii. 10, 12; Eph. i. 17, 18.

<sup>7</sup> Ezek. xxxvi. 26.

<sup>8</sup> Ezek. xi. 19; Phil. ii. 13; Deut. xxx. 6; Ezek. xxxvi. 27.

<sup>9</sup> Eph. i. 19; John vi. 44, 45.

<sup>10</sup> Cant. i. 4; Psa. cx. 3; John vi. 37; Rom. vi. 16-18.

free and special grace alone, not from any thing at all foreseen in man;<sup>1</sup> who is altogether passive therein, until, being quickened and renewed by the Holy Spirit,<sup>2</sup> he is thereby enabled to answer this call, and to embrace the grace offered and conveyed in it.<sup>3</sup>

III. Elect infants, dying in infancy, are regenerated and saved by Christ through the Spirit,<sup>4</sup> who worketh when, and where, and how he pleaseth.<sup>5</sup> So also are all other elect persons, who are incapable of being outwardly called by the ministry of the Word.<sup>6</sup>

IV. Others, not elected, although they may be called by the ministry of the Word,<sup>7</sup> and may have some common operations of the Spirit,<sup>8</sup> yet they never truly come unto<sup>9</sup> Christ, and therefore can not be saved:<sup>10</sup> much less can men, not professing the Christian religion, be saved in any other way whatsoever, be they never so diligent to frame their lives according to the light of nature and the law of that religion they do profess;<sup>11</sup> and to assert and maintain that they may is

*Dei gratia, gratuita illa et speciali; a nulla autem re in homine prævisa;<sup>1</sup> qui in hoc negotio se habet omnino passive, donec per spiritum sanctum vivificatus ac renovatus,<sup>2</sup> potis inde factus sit vocationi huic respondere, gratiamque inibi oblatam et exhibitam amplectari.<sup>3</sup>*

III. *Electi infantes in infantia sua morientes regenerantur salvanturque a Christo per spiritum<sup>4</sup> (qui quando et ubi, et quo sibi placuerit modo operatur),<sup>5</sup> sicut et reliqui electi omnes, quotquot externæ vocationis per ministerium verbi sunt incapaces.<sup>6</sup>*

IV. *Alii autem, qui non electi sunt, ut ut verbi ministerio vocari possint,<sup>7</sup> communesque nonnullas operationes Spiritus experiri,<sup>8</sup> nunquam tamen vere ad Christum accedunt, proindeque nec salvari possunt.<sup>10</sup> Multo quidem minus poterunt illi, quotquot religionem Christianam non profitentur (summam licet operam navaverint moribus suis ad naturæ lumen, istiusque quam profitentur religionis legem componendis), extra hanc unicam viam salutem unquam obtinere.<sup>11</sup> Atque huic quidem contra-*

<sup>1</sup> 2 Tim. i. 9; Titus iii. 4, 5; Eph. ii. 4, 5, 8, 9; Rom. ix. 11.

<sup>2</sup> 1 Cor. ii. 14; Rom. viii. 7; Eph. ii. 5.

<sup>3</sup> John vi. 37; Esek. xxxvi. 27; John v. 25.

<sup>4</sup> Luke xviii. 15, 16, and Acts ii. 38, 39, and John iii. 3, 5, and 1 John v. 12, and Rom. viii. 9, compared.

<sup>5</sup> John iii. 8.

<sup>6</sup> 1 John v. 12; Acts iv. 12.

<sup>7</sup> Matt. xxii. 14.

<sup>8</sup> Matt. vii. 22; xlii. 20, 21; Heb. vi. 4, 5.

<sup>9</sup> [Am. ed. *to.*]

<sup>10</sup> John vi. 64–66; viii. 24.

<sup>11</sup> Acts iv. 12; John xiv. 6; Eph. ii. 12; John iv. 22; xvii. 3.

very pernicious, and to be detested.<sup>1</sup>

CHAPTER XI.

*Of Justification.*

I. Those whom God effectually calleth he also freely justifieth;<sup>2</sup> not by infusing righteousness into them, but by pardoning their sins, and by accounting and accepting their persons as righteous: not for any thing wrought in them, or done by them, but for Christ's sake alone; nor<sup>3</sup> by imputing faith itself, the act of believing, or any other evangelical obedience to them, as their righteousness; but by imputing the obedience and satisfaction of Christ unto them,<sup>4</sup> they receiving and resting on him and his righteousness by faith; which faith they have not of themselves, it is the gift of God.<sup>5</sup>

II. Faith, thus receiving and resting on Christ and his righteousness, is the alone instrument of justification;<sup>6</sup> yet is it not alone in the person justified, but is ever accompanied with all other saving graces, and is no dead faith, but worketh by love.<sup>7</sup>

III. Christ, by his obedience and

*rium statuere ac defendere, perniciosum admodum est ac detestandum.<sup>1</sup>*

CAP. XI.

*De Justificatione.*

I. *Quos Deus vocat efficaciter, eosdem etiam gratis justificat,<sup>2</sup> non quidem justitiam iis infundendo, sed eorum peccata condonando, personasque pro justis reputando atque acceptando; neque id certe propter quicquam aut in iis productum, aut ab iis præstitum, verum Christi solius ergo; eisque ad justitiam non fidem ipsam, non credendi actum, aut aliam quamcunque obedientiam evangelicam, verum obedientiam ac satisfactionem Christi imputando,<sup>4</sup> eum nempe recipientibus, eique ac justitiæ ejus per fidem innitentibus; quam illi fidem ex dono Dei, non a seipsis, habent.<sup>5</sup>*

II. *Fides hoc modo Christum recipiens, eique innitens ac justitiæ ejus, est justificationis unicum instrumentum;<sup>6</sup> in homine tamen justificato hæc non est solitaria, verum gratis aliis omnibus salutaribus semper commitata; neque est hæc fides mortua, sed quæ per charitatem operatur.<sup>7</sup>*

III. *Qui hunc in modum justifi-*

<sup>1</sup> 2 John 9-11; 1 Cor. xvi. 22; Gal. i. 6-8.

<sup>2</sup> Rom. viii. 30; iii. 24.

<sup>3</sup> [Am. ed. not.]

<sup>4</sup> Rom. iv. 5-8; 2 Cor. v. 19, 21; Rom. iii. 22, 24, 25, 27, 28; Titus iii. 5, 7; Eph. i.

7; Jer. xxiii. 6; 1 Cor. i. 30, 31; Rom. v. 17-19.

<sup>5</sup> Acts x. 44; Gal. ii. 16; Phil. iii. 9; Acts xiii. 38, 39; Eph. ii. 7, 8.

<sup>6</sup> John i. 12; Rom. iii. 28; v. 1.

<sup>7</sup> James ii. 17, 22, 26; Gal. v. 6.

death, did fully discharge the debt of all those that are thus justified, and did make a proper, real, and full satisfaction to his Father's justice in their behalf.<sup>1</sup> Yet inasmuch as he was given by the Father for them,<sup>2</sup> and his obedience and satisfaction accepted in their stead,<sup>3</sup> and both freely, not for any thing in them, their justification is only of free grace;<sup>4</sup> that both the exact justice and rich grace of God might be glorified in the justification of sinners.<sup>5</sup>

IV. God did, from all eternity, decree to justify all the elect,<sup>6</sup> and Christ did, in the fullness of time, die for their sins, and rise again for their justification:<sup>7</sup> nevertheless, they are not justified until the Holy Spirit doth, in due time, actually apply Christ unto them.<sup>8</sup>

V. God doth continue to forgive the sins of those that are justified;<sup>9</sup> and although they can never fall from the state of justification,<sup>10</sup> yet they may by their sins fall under God's fatherly displeasure, and not have the light of his countenance restored unto them, until they humble them-

*cantur, eorum omnium debita Christus per obedientiam suam mortemque prorsus dissolvit; eorumque vice justitiæ Patris sui realem, plenam, et proprie dictam satisfactionem præstitit.<sup>1</sup> Quum tamen non propter in iis quicquam, verum gratuito Pater cum Christum ipsum pro eis dederit,<sup>2</sup> tum obedientiam ejus ac satisfactionem tanquam eorum loco constituti<sup>3</sup> acceptaverit; omnino a gratia gratuita est eorum justificatio;<sup>4</sup> Quo nimirum Dei tum accurata justitia tum locuples gratia glorificata foret in justificatione peccatorum.<sup>5</sup>*

IV. *Ab æterno decrevit Deus electos omnes justificare,<sup>6</sup> Christusque in temporis plenitudine mortuus est pro eorum peccatis, et in justificationem eorum resurrexit:<sup>7</sup> nihilo minus tamen justificati prius non sunt, quam Christum eis in tempore suo opportuno Spiritus Sanctus actu applicuerit.<sup>8</sup>*

V. *Perseverat Deus eorum peccata condonare quos semel justificavit,<sup>9</sup> quin et etiamsi excidere statu justificationis nunquam possint;<sup>10</sup> fieri tamen potest ut iræ Dei, paternæ quidem illi, per peccata sua se exponant, nec lumen paterni vultus prius sibi habeant restitutum, quam semet ipsos humiliaverint,*

<sup>1</sup> Rom. v. 8-10, 19; 1 Tim. ii. 5, 6; Heb. x. 10, 14; Dan. ix. 24, 26; Isa. liii. 4-6, 10-12.

<sup>2</sup> Rom. viii. 32.

<sup>3</sup> 2 Cor. v. 21; Matt. iii. 17; Eph. v. 2.

<sup>4</sup> Rom. iii. 24; Eph. i. 7.

<sup>5</sup> Rom. iii. 26; Eph. ii. 7.

<sup>6</sup> Gal. iii. 8; 1 Pet. i. 2, 19, 20; Rom. viii. 30.

<sup>7</sup> Gal. iv. 4; 1 Tim. ii. 6; Rom. iv. 25.

<sup>8</sup> Col. i. 21, 22; Gal. ii. 16; Titus iii. 4-7.

<sup>9</sup> Matt. vi. 12; 1 John i. 7, 9; ii. 1, 2.

<sup>10</sup> Luke xxii. 32; John x. 28; Heb. x. 14.

selves, confess their sins, beg pardon, and renew their faith and repentance.<sup>1</sup>

VI. The justification of believers under the Old Testament was, in all these respects, one and the same with the justification of believers under the New Testament.<sup>2</sup>

#### CHAPTER XII.

##### *Of Adoption.*

All those that are justified God vouchsafeth, in and for his only Son Jesus Christ, to make partakers of the grace of adoption;<sup>3</sup> by which they are taken into the number, and enjoy the liberties and privileges of the children of God;<sup>4</sup> have his name put upon them;<sup>5</sup> receive the Spirit of adoption;<sup>6</sup> have access to the throne of grace with boldness;<sup>7</sup> are enabled to cry, Abba, Father;<sup>8</sup> are pitied,<sup>9</sup> protected,<sup>10</sup> provided for,<sup>11</sup> and chastened by him as by a father;<sup>12</sup> yet never cast off,<sup>13</sup> but sealed to the day of redemption,<sup>14</sup> and inherit the promises,<sup>15</sup> as heirs of everlasting salvation.<sup>16</sup>

*peccata agnoverint, imploraverint veniam, fidem denique et penitentiam suam renovaverint.<sup>1</sup>*

VI. *Justificatio fidelium sub Vetere ac Novo<sup>2</sup> Testamento quoad isthæc omnia est una eademque.<sup>3</sup>*

#### CAP. XII.

##### *De Adoptione.*

*Deus justificatos omnes dignatur in filio suo unigenito Jesu Christo, et propter eundem participes facere gratiæ Adoptionis;<sup>3</sup> per quam in numerum filiorum Dei assumuntur, taliumque immunitatibus ac privilegiis potiuntur,<sup>4</sup> impositum sibi habent nomen Dei,<sup>5</sup> Spiritum adoptionis accipiunt,<sup>6</sup> aditum habent ad thronum gratiæ cum confidentia,<sup>7</sup> potestatem consequuntur clamandi Abba Pater,<sup>8</sup> commiserationem,<sup>9</sup> tutelam,<sup>10</sup> et providentiam<sup>11</sup> sortiuntur; quin et castigationem Dei paternam experiuntur;<sup>12</sup> nunquam tamen abdicantur,<sup>13</sup> verum in diem redemptionis consignati<sup>14</sup> promissiones obtinent hæreditario jure,<sup>15</sup> ut qui hæredes sunt æternæ salutis.<sup>16</sup>*

<sup>1</sup> Psa. lxxxix. 31-33; li. 7-12; xxxii. 5; Matt. xxvi. 75; 1 Cor. xi. 30, 32; Luke i. 20. [xiii. 8.]

<sup>2</sup> Gal. iii. 9, 13, 14; Rom. iv. 22-24; Heb.

<sup>3</sup> Eph. i. 5; Gal. iv. 4, 5.

<sup>4</sup> Rom. viii. 17; John i. 12.

<sup>5</sup> Jer. xiv. 9; 2 Cor. vi. 18; Rev. iii. 12.

<sup>6</sup> Rom. viii. 15.

<sup>7</sup> Eph. iii. 12; Rom. v. 2.

<sup>8</sup> Gal. iv. 6.

<sup>9</sup> Psa. ciii. 18.

<sup>10</sup> Prov. xiv. 26.

<sup>11</sup> Matt. vi. 30, 32; 1 Pet. v. 7.

<sup>12</sup> Heb. xii. 6.

<sup>13</sup> Lam. iii. 31.

<sup>14</sup> Eph. iv. 30.

<sup>15</sup> Heb. vi. 12.

<sup>16</sup> 1 Pet. i. 3, 4; Heb. i. 14.

## CHAPTER XIII.

*Of Sanctification.*

I. They who are effectually called and regenerated, having a new heart and a new spirit created in them, are further sanctified, really and personally, through the virtue of Christ's death and resurrection,<sup>1</sup> by his Word and Spirit dwelling in them;<sup>2</sup> the dominion of the whole body of sin is destroyed,<sup>3</sup> and the several lusts thereof are more and more weakened and mortified,<sup>4</sup> and the more and more quickened and strengthened, in all saving graces,<sup>5</sup> to the practice of true holiness, without which no man shall see the Lord.<sup>6</sup>

II. This sanctification is throughout in the whole man,<sup>7</sup> yet imperfect in this life; there abideth still some remnants of corruption in every part,<sup>8</sup> whence ariseth a continual and irreconcilable war, the flesh lusting against the spirit, and the spirit against the flesh.<sup>9</sup>

III. In which war, although the remaining corruption for a time may much prevail,<sup>10</sup> yet, through the continual supply of strength from the sanctifying Spirit of

## CAP. XIII.

*De Sanctificatione.*

I. *Quotquot efficaciter vocantur, ac regenerantur, cor novum habentes novumque spiritum in se creatum, sunt virtute mortis et resurrectionis Christi<sup>1</sup> per verbum ejus spiritumque in eis inhabitantem<sup>2</sup> ulterius sanctificati, realiter quidem ac personaliter: totius corporis peccati dominium in eos destruitur,<sup>3</sup> ejusque variae libidines debilitantur indies magis magisque ac mortificantur;<sup>4</sup> illi interim magis magisque in omni gratia salutari vivificantur et corroborantur indies,<sup>5</sup> ad praxim veræ sanctimonie, qua quidem destitutus nemo unquam videbit Dominum.<sup>6</sup>*

II. *Universalis est hæc et per totum hominem diffusa sanctificatio,<sup>7</sup> verum in hac vita est imperfecta nonnullis corruptionis reliquiis adhuc in omni parte remanentibus,<sup>8</sup> unde bellum exoritur perpetuum et implacabile; hinc carne adversus spiritum, illinc spiritu adversus carnem concupiscente.<sup>9</sup>*

III. *In quo quidem bello licet corruptio residua possit aliquandiu prævalere plurimum,<sup>10</sup> pars tamen regenita, sanctificante Christi spiritu perpetuas ferente suppetias,*

<sup>1</sup> 1 Cor. vi. 11; Acts xx. 82; Phil. iii. 10; Rom. vi. 5, 6.

<sup>2</sup> John xvii. 17; Eph. v. 26; 2 Thess. ii. 13.

<sup>3</sup> Rom. vi. 6, 14.

<sup>4</sup> Gal. v. 24; Rom. viii. 13.

<sup>5</sup> Col. i. 11; Eph. iii. 16-19.

<sup>6</sup> 2 Cor. vii. 1; Heb. xii. 14.

<sup>7</sup> 1 Thess. v. 23.

<sup>8</sup> 1 John i. 10; Rom. vii. 18, 23; Phil. iii. 12.

<sup>9</sup> Gal. v. 17; 1 Pet. ii. 11

<sup>10</sup> Rom. vii. 23.

Christ, the regenerate part doth overcome;<sup>1</sup> and so the saints grow in grace,<sup>2</sup> perfecting holiness in the fear of God.<sup>3</sup>

CHAPTER XIV.

*Of Saving Faith.*

I. The grace of faith, whereby the elect are enabled to believe to the saving of their souls,<sup>4</sup> is the work of the Spirit of Christ in their hearts,<sup>5</sup> and is ordinarily wrought by the ministry of the Word;<sup>6</sup> by which also, and by the administration of the sacraments and prayer, it is increased and strengthened.<sup>7</sup>

II. By this faith a Christian believeth to be true whatsoever is revealed in the Word, for the authority of God himself speaking therein;<sup>8</sup> and acteth differently upon that which each particular passage thereof containeth; yielding obedience to the commands,<sup>9</sup> trembling at the threatenings,<sup>10</sup> and embracing the promises of God for this life and that which is to come.<sup>11</sup> But the principal acts of saving faith are accepting, receiving, and resting upon Christ alone

*evadit victrix);<sup>1</sup> adeoque sancti in gratia crescunt,<sup>2</sup> sanctitatem in timore Domini perficientes.<sup>3</sup>*

CAP. XIV.

*De Fide salvifica.*

I. *Gratia Fidei, qua electi credere valent ad animarum suarum salutem,<sup>4</sup> Spiritus Christi opus est in eorum cordibus operantis,<sup>5</sup> effectum plerumque verbi Dei ministerio,<sup>6</sup> quo eodem etiam, ut et administratione Sacramentorum atque oratione robur ei accedit ac incrementum.<sup>7</sup>*

II. *Hac Fide credit Christianus verum esse quicquid in verbo revelatur, propter auctoritatem ipsius inibi loquentis Dei;<sup>8</sup> et varie quidem in illud agit tum obsequendo mandatis,<sup>9</sup> tum ad minas contremiscens,<sup>10</sup> tum etiam promissa Dei, seu presentem hanc vitam seu futuram spectent, amplexando,<sup>11</sup> pro varia nempe ratione illarum rerum, quae in singulis verbi partibus continentur. Verum fidei salvificae actus illi sunt praecipui, Christi acceptatio et receptio, in eumque solum*

<sup>1</sup> Rom. vi. 14; 1 John v. 4; Eph. iv. 15, 16.

<sup>2</sup> 2 Pet. iii. 18; 2 Cor. iii. 18.

<sup>3</sup> 2 Cor. vii. 1.

<sup>4</sup> Heb. x. 39.

<sup>5</sup> 2 Cor. iv. 13; Eph. i. 17-19; ii. 8.

<sup>6</sup> Rom. x. 14, 17.

<sup>1</sup> 1 Pet. ii. 2; Acts xx. 32; Rom. iv. 11; Luke xvii. 5; Rom. i. 16, 17.

<sup>2</sup> John iv. 42; 1 Thess. ii. 18; 1 John v. 10; Acts xxiv. 14.

<sup>3</sup> Rom. xvi. 26.

<sup>4</sup> Isa. lxvi. 2.

<sup>5</sup> Heb. xi. 13; 1 Tim. iv. 8.

for justification, sanctification, and eternal life, by virtue of the covenant of grace.<sup>1</sup>

III. This faith is different in degrees, weak or strong;<sup>2</sup> may be often and many ways assailed and weakened, but gets the victory;<sup>3</sup> growing up in many to the attainment of a full assurance through Christ,<sup>4</sup> who is both the author and finisher of our faith.<sup>5</sup>

## CHAPTER XV.

*Of Repentance unto Life.*

I. Repentance unto life is an evangelical grace,<sup>6</sup> the doctrine whereof is to be preached by every minister of the gospel, as well as that of faith in Christ.<sup>7</sup>

II. By it a sinner, out of the sight and sense, not only of the danger, but also of the filthiness and odiousness of his sins, as contrary to the holy nature and righteous law of God, and upon the apprehension of his mercy in Christ to such as are penitent, so grieves for and hates his sins as to turn from them all unto God,<sup>8</sup> purposing and endeavoring

*recumbentia pro justificatione, sanctificatione, ipsaque adeo vita æterna, virtute fœderis gratiæ consequendis.<sup>1</sup>*

III. *Fides hæc pro diversis ejus gradibus debilior est aut fortior;<sup>2</sup> impugnari quidem sæpenumero multisque modis ac debilitari potest, non ita tamen quin victrix evadat;<sup>3</sup> et quidem in multis ad plenam usque certitudinem per Christum adolescit,<sup>4</sup> qui fidei nostræ idem author est et consummator.<sup>5</sup>*

## CAP. XV.

*De resipiscentia ad vitam.*

I. *Resipiscentia ad vitam est gratia Evangelica,<sup>6</sup> cuius quidem doctrina pariter ac illa de fide in Christum est a singulis ministris Evangelii prædicanda.*

II. *Per eam peccator ex inspectu sensuque non solum periculi verum etiam turpitudinis, ac naturæ peccatorum suorum prorsus abominandæ,<sup>1</sup> utpote sanctæ Dei naturæ, justæque legi adversantium, atque e perspecta ejus erga penitentes in Christo misericordia, ita peccata sua deflet ac detestatur, ut ab eis omnibus ad Deum convertatur<sup>2</sup> cum proposito conatuque in cunctis man-*

<sup>1</sup> John i. 12; Acts xvi. 31; Gal. ii. 20; Acts xv. 11.

<sup>2</sup> Heb. v. 13, 14; Rom. iv. 19, 20; Matt. vi. 30; viii. 10.

<sup>3</sup> Luke xxii. 31, 32; Eph. vi. 16; 1 John v. 4, 5.

<sup>4</sup> Heb. vi. 11, 12; x. 22; Col. ii. 2.

<sup>5</sup> Heb. xii. 2.

<sup>6</sup> Zech. xii. 10; Acts xi. 18.

<sup>7</sup> Luke xxiv. 47; Mark i. 15; Acts xx. 21.

<sup>8</sup> Ezek. xviii. 30, 31; xxxvi. 31; Isa. xxx. 22;

Psa. li. 4; Jer. xxxi. 18, 19; Joel ii. 12, 13;

Amos v. 15; Psa. cxix. 128; 2 Cor. vii. 11.



to walk with him in all the ways of his commandments.<sup>1</sup>

III. Although repentance be not to be rested in as any satisfaction for sin, or any cause of the pardon thereof,<sup>2</sup> which is the act of God's free grace in Christ;<sup>3</sup> yet is it of such necessity to all sinners that none may expect pardon without it.<sup>4</sup>

IV. As there is no sin so small but it deserves damnation,<sup>5</sup> so there is no sin so great that it can bring damnation upon those who truly repent.<sup>6</sup>

V. Men ought not to content themselves with a general repentance, but it is every man's duty to endeavor to repent of his particular sins particularly.<sup>7</sup>

VI. As every man is bound to make private confession of his sins to God, praying for the pardon thereof,<sup>8</sup> upon which, and the forsaking of them, he shall find mercy;<sup>9</sup> so he that scandalizeth his brother, or the Church of Christ, ought to be willing, by a private or public confession and sorrow for his sin, to declare his repent-

*datorum ejus viis cum eodem ambulandi.<sup>1</sup>*

III. *Etsi resipiscentiæ nobis findendum non sit, ac si ea esset ulla aut pro peccatis satisfactio, aut causa remissionis peccatorum<sup>2</sup> (qui gratiæ Dei in Christo gratiæ actus est),<sup>3</sup> est nihilominus cunctis peccatoribus usque adeo necessaria, ut sine ea nulla cuivis unquam remissio sit expectanda.<sup>4</sup>*

IV. *Quemadmodum nullum est peccatum adeo exiguum ut damnationem non mereatur,<sup>5</sup> ita neque magnum adeo peccatum ullum est, ut damnationem inferre possit vere pœnitentibus.<sup>6</sup>*

V. *In resipiscentia generali acquiescendum non est, verum ad id contendere tenetur quisque, ut singulorum suorum peccatorum quam particularem agat pœnitentiam.<sup>7</sup>*

VI. *Quemadmodum autem tenetur quivis peccata sua Deo privatim confiteri, et pro remissione illorum precibus contendere:<sup>8</sup> (quod si præstiterit et peccata simul dereliquerit, misericordiam consequetur)<sup>9</sup> ita qui fratri suo, aut Ecclesiæ Christi, scandalo fuerit, promptus et paratus esse debet qua confessione sive privata, sive etiam publica, qua de pec-*

<sup>1</sup> Psa. cxix. 6, 59, 106; Luke i. 6; 2 Kings xxiii. 25.

<sup>2</sup> Ezek. xxxvi. 31, 32; xvi. 61-63.

<sup>3</sup> Hos. xiv. 2, 4; Rom. iii. 24; Eph. i. 7.

<sup>4</sup> Luke xiii. 3, 5; Acts xvii. 30, 31.

<sup>5</sup> Rom. vi. 23; v. 12; Matt. xii. 36.

<sup>6</sup> Isa. lv. 7; Rom. viii. 1; Isa. i. 16, 18.

<sup>7</sup> Psa. xix. 13; Luke xix. 8; 1 Tim. i. 13, 15.

<sup>8</sup> Psa. i. 4, 5, 7, 9, 14; xxxii. 5, 6.

<sup>9</sup> Prov. xxviii. 13; 1 John i. 9.

ance to those that are offended,<sup>1</sup> who are thereupon to be reconciled to him, and in love to receive him.<sup>2</sup>

## CHAPTER XVI.

*Of Good Works.*

I. Good works are only such as God hath commanded in his holy Word,<sup>3</sup> and not such as, without the warrant thereof, are devised by men out of blind zeal, or upon any pretense of good intention.<sup>4</sup>

II. These good works, done in obedience to God's commandments, are the fruits and evidences of a true and lively faith;<sup>5</sup> and by them believers manifest their thankfulness,<sup>6</sup> strengthen their assurance,<sup>7</sup> edify their brethren,<sup>8</sup> adorn the profession of the gospel,<sup>9</sup> stop the mouths of the adversaries,<sup>10</sup> and glorify God,<sup>11</sup> whose workmanship they are, created in Christ Jesus thereunto,<sup>12</sup> that, having their fruit unto holiness, they may have the end, eternal life.<sup>13</sup>

III. Their ability to do good

*catis suis dolore, resipiscentiam suam eis quibus offendiculo fuerit declarare,<sup>1</sup> quo præstito illi redire cum eo in gratiam debent, eumque denuo cum charitate recipere.<sup>2</sup>*

## CAP. XVI.

*De bonis operibus.*

I. *Bona opera ea tantum sunt quæ in verbo suo sancto præcepit Deus;<sup>3</sup> minime autem ea quæ absque ulla illius autoritate, sunt ab hominibus excogitata, sive e cæco zelo id factum fuerit, seu bonæ intentionis prætextu quoviscunque.<sup>4</sup>*

II. *Bona hæc opera e conscientia mandatorum Dei præstita vivæ veræque fidei fructus sunt ac evidentæ;<sup>5</sup> per hæc fideles gratitudinem suam manifestant,<sup>6</sup> de salute certitudinem suam augent,<sup>7</sup> fratres suos ædificant,<sup>8</sup> Evangelii professionem ornant,<sup>9</sup> obturant ora adversantibus,<sup>10</sup> ac Deum denique glorificant,<sup>11</sup> cuius opificium sunt in Jesu Christo ad hæc creati,<sup>12</sup> quo fructum habentes ad sanctimoniam, finem consequantur æternam vitam.<sup>13</sup>*

III. *Quod bonis operibus idonei*

<sup>1</sup> James v. 16; Luke xvii. 3, 4; Josh. vii. 19; Psa. li. throughout.

<sup>2</sup> 2 Cor. ii. 8; [Amer. ed. Gal. vi. 1, 2].

<sup>3</sup> Micah vi. 8; Rom. xii. 2; Heb. xiii. 21.

<sup>4</sup> Matt. xv. 9; Isa. xxix. 13; 1 Pet. i. 18; Rom. x. 2; John xvi. 2; 1 Sam. xv. 21-23.

<sup>5</sup> James ii. 18, 22.

<sup>6</sup> Psa. cxvi. 12, 18; 1 Pet. ii. 9.

<sup>7</sup> 1 John ii. 3, 5; 2 Pet. i. 5-10.

<sup>8</sup> 2 Cor. ix. 2; Matt. v. 16.

<sup>9</sup> Tit. ii. 5, 9-12; 1 Tim. vi. 1.

<sup>10</sup> 1 Pet. ii. 15.

<sup>11</sup> 1 Pet. ii. 12; Phil. i. 11; John xv. 8.

<sup>12</sup> Eph. ii. 10.

<sup>13</sup> Rom. vi. 22.

works is not at all of themselves, but wholly from the Spirit of Christ.' And that they may be enabled thereunto, besides the graces they have already received, there is required an actual influence of the same Holy Spirit to work in them to will and to do of his good pleasure;<sup>1</sup> yet are they not hereupon to grow negligent, as if they were not bound to perform any duty unless upon a special motion of the Spirit; but they ought to be diligent in stirring up the grace of God that is in them.<sup>2</sup>

IV. They who in their obedience attain to the greatest height which is possible in this life, are so far from being able to supererogate and to do more than God requires, as<sup>3</sup> that they fall short of much which in duty they are bound to do.<sup>4</sup>

V. We can not, by our best works, merit pardon of sin, or eternal life at the hand of God, by reason of the great disproportion that is between them and the glory to come, and the infinite distance that is between us and God, whom by them we can neither profit nor satisfy

*sint præstandis omnino id a spiritu Christi est, nullatenus autem e seipsis.<sup>1</sup> Et quo eis præstandis pares fiant, præter habitus gratiæ iam infusos, ejusdem Spiritus sancti actualis porro requiritur influentia, qua nempe in iis operetur tum velle tum etiam efficere pro suo ipsius beneplacito:<sup>2</sup> sed neque tamen iis proinde socordiæ sese licet permittere; ac si nisi specialiter eos excitante Spiritu ad nulla pietatis officia præstanda tenerentur; verum sedulam debent navare operam suscitandæ illi quæ in iis est divinæ gratiæ.<sup>3</sup>*

IV. *Qui gradum obedientiæ summum quidem in hac vita possibilem assequuntur, tantum abest ut supererogare quicquam possint ac plus præstare quam quod Deus requisiverit, ut multum sane subsidant infra illud, quod ex officio præstare obligantur.<sup>4</sup>*

V. *Peccatorum veniam, aut vitam æternam de Deo mereri non valemus, ne optimis quidem operibus nostris; cum propter summam illam inter ea et futuram gloriam disparitatem; tum etiam propter infinitam distantiam quæ inter nos ac Deum intercedit; cui nos per illa nec pro-*

<sup>1</sup> John xv. 4-6; Ezek. xxxvi. 26, 27.

<sup>2</sup> Phil. ii. 13; iv. 13; 2 Cor. iii. 5.

<sup>3</sup> Phil. ü. 12; Heb. vi. 11, 12; 2 Pet. i. 3, 5,

10, 11; Isa. lxiv. 7; 2 Tim. i. 6; Acta xxvi. 6, 7; Jude 20, 21.

<sup>4</sup> [Amer. ed. omits as.]

[Gal. v. 17.

<sup>5</sup> Luke xvii. 10; Neh. xiii. 22; Job ix. 2, 3;

for the debt of our former sins;<sup>1</sup> but when we have done all we can, we have done but our duty, and are unprofitable servants;<sup>2</sup> and because, as they are good, they proceed from his Spirit;<sup>3</sup> and as they are wrought by us, they are defiled and mixed with so much weakness and imperfection that they can not endure the severity of God's judgment.<sup>4</sup>

VI. Yet notwithstanding, the persons of believers being accepted through Christ, their good works also are accepted in him,<sup>5</sup> not as though they were in this life wholly unblamable and unreprouable in God's sight;<sup>6</sup> but that he, looking upon them in his Son, is pleased to accept and reward that which is sincere, although accompanied with many weaknesses and imperfections.<sup>7</sup>

VII. Works done by unregenerate men, although for the matter of them they may be things which God commands, and of good use both to themselves and others;<sup>8</sup>

*desse quicquam possumus, neque pro antecedentium peccatorum nostrorum debito satisfacere;*<sup>1</sup> *verum cum quantum possumus fecerimus, non nisi quod debemus præstiterimus, ac servi inutiles futuri sumus;*<sup>2</sup> *tum denique quoniam a spiritu Dei in quantum bona sunt proficiscuntur;*<sup>3</sup> *ita vero sunt coinquinata, tantumque imperfectionis ac infirmitas admistum habent, prout a nobis efficiuntur, ut strictum Dei iudicium non sint ferendo.*<sup>4</sup>

VI. *Nihilominus tamen acceptis in gratiam per Christum fidelium personis, eorum etiam opera bona per eundem accepta sunt;*<sup>5</sup> *non quod in hac vita sint omnis culpæ prorsus immunia, quæque in conspectu Dei nullam reprehensionem mereantur;*<sup>6</sup> *verum quod illa respiciens in filio suo Deus, quod sincerum est, utcumque multis infirmitatibus ac imperfectionibus involutum, acceptare dignetur ac remunerari.*<sup>7</sup>

VII. *Opera nondum regeneritorum, licet, quoad materiam præcepto divino conformia esse possint, sibi que ipsis et aliis item utilia;*<sup>8</sup> *cum tamen neque a corde profuant per fi-*

<sup>1</sup> Rom. iii. 20; iv. 2, 4, 6; Eph. ii. 8, 9; Titus iii. 5-7; Rom. viii. 18; Psa. xvi. 2; Job xxii. 2, 8; xxxv. 7, 8.

<sup>2</sup> Luke xvii. 10.

<sup>3</sup> Gal. v. 22, 23.

<sup>4</sup> Isa. lxiv. 6; Gal. v. 17; Rom. vii. 15, 18; Psa. cxliii. 2; cxxx. 3.

<sup>5</sup> Eph. i. 6; 1 Pet. ii. 5; Exod. xxviii. 38; Gen. iv. 4 with Heb. xi. 4.

<sup>6</sup> Job ix. 20; Psa. cxliii. 2.

<sup>7</sup> Heb. xiii. 20, 21; 2 Cor. viii. 12; Heb. vi. 10; Matt. xxv. 21, 23.

<sup>8</sup> 2 Kings x. 30, 31; 1 Kings xxi. 27, 29; Phil. i. 15, 16, 18.

yet because they proceed not from a heart purified by faith,<sup>1</sup> nor are done in a right manner, according to the Word.<sup>2</sup> nor to a right end, the glory of God;<sup>3</sup> they are therefore sinful, and can not please God, or make a man meet to receive grace from God.<sup>4</sup> And yet their neglect of them is more sinful and displeasing unto God.<sup>5</sup>

## CHAPTER XVII.

*Of the Perseverance of the Saints.*

I. They whom God hath accepted in his Beloved, effectually called and sanctified by his Spirit, can neither totally nor finally fall away from the state of grace; but shall certainly persevere therein to the end, and be eternally saved.<sup>6</sup>

II. This perseverance of the saints depends, not upon their own free-will, but upon the immutability of the decree of election, flowing from the free and unchangeable love of God the Father;<sup>7</sup> upon the efficacy of the merit and intercession of Jesus Christ;<sup>8</sup> the abiding

*dem depurato,<sup>1</sup> nec secundum verbum in eo quo par est præstentur modo,<sup>2</sup> sed neque ad finem debitum, Dei nempe gloriam, destinentur;<sup>3</sup> sunt proinde peccata, nec Deo grata esse possunt, nec reddere quenquam valent idoneum ad gratiam a Deo recipiendum.<sup>4</sup> Ejusmodi tamen operum neglectu, gravius quidem illi peccant Deumque offendunt vehementius.<sup>5</sup>*

## CAP. XVII.

*De perseverantia Sanctorum.*

I. *Quotquot Deus in dilecto suo accepit, vocavit efficaciter ac per Spiritum suum sanctificavit, non possunt illi statu gratiæ aut finaliter excidere aut totaliter; verum in eo ad finem usque certo perseverabunt, ac salutem æternam consequentur.<sup>6</sup>*

II. *Hæc autem sanctorum perseverantia, non pendet a libero ipsorum arbitrio, verum a decreti electionis immutabilitate (quod ex amore Dei Patris fluxit, gratuito illo ac immutabili),<sup>7</sup> a meriti Jesu Christi ac intercessionis efficacia,<sup>8</sup> a Spiritu et seminis Dei in iis perman-*

<sup>1</sup> Gen. iv. 3-5 with Heb. xi. 4, 6.

<sup>2</sup> 1 Cor. xiii. 3; Isa. i. 12.

<sup>3</sup> Matt. vi. 2, 5, 16.

<sup>4</sup> Hag. ii. 14; Titus i. 15; Amos v. 21, 22; Hos. i. 4; Rom. ix. 16; Titus iii. 5.

<sup>5</sup> Psa. xiv. 4; xxxvi. 3; Job xxi. 14, 15; Matt. xxv. 41-45; xxiii. 23.

<sup>6</sup> Phil. i. 6; 2 Pet. i. 10; John x. 28, 29; 1 John iii. 9; 1 Pet. i. 5, 9; [Am. ed. Job xvii. 9].

<sup>7</sup> 2 Tim. ii. 18, 19; Jer. xxxi. 3.

<sup>8</sup> Heb. x. 10, 14; xiii. 20, 21; ix. 12-15; Rom. viii. 33, to the end; John xvii. 11, 24; Luke xxii. 32; Heb. vii. 25.

of the Spirit and of the seed of God within them ;<sup>1</sup> and the nature of the covenant of grace :<sup>2</sup> from all which ariseth also the certainty and infallibility thereof.<sup>3</sup>

III. Nevertheless they may, through the temptations of Satan and of the world, the prevalency of corruption remaining in them, and the neglect of the means of their preservation, fall into grievous sins ;<sup>4</sup> and for a time continue therein :<sup>5</sup> whereby they incur God's displeasure,<sup>6</sup> and grieve his Holy Spirit ;<sup>7</sup> come to be deprived of some measure of their graces and comforts ;<sup>8</sup> have their hearts hardened,<sup>9</sup> and their consciences wounded ;<sup>10</sup> hurt and scandalize others,<sup>11</sup> and bring temporal judgments upon themselves.<sup>12</sup>

## CHAPTER XVIII.

*Of the Assurance of Grace and Salvation.*

I. Although hypocrites and other unregenerate men may vainly deceive themselves with false hopes and carnal presumptions of being in the favor of God and estate of salvation,<sup>13</sup> which hope of theirs

*sione ;<sup>1</sup> a natura denique fœderis gratiæ ;<sup>2</sup> e quibus omnibus etiam emergit certitudo ejusdem et infallibilitas.<sup>3</sup>*

III. *Nihilo tamen minus fieri potest ut iidem illi, qua Satanae mundique tentatione, qua manentis adhuc in iis corruptionis prævalentia, et neglectu mediorum conservationis suæ, in peccata gravia incidant,<sup>4</sup> in eisque ad tempus commorentur ;<sup>5</sup> unde iram Dei sibi ipsis contrahunt,<sup>6</sup> ejusque Spiritum Sanctum contristant,<sup>7</sup> gratias suas et consolationes quadantenus et quoad gradus nonnullos amittunt,<sup>8</sup> corda sibi habent indurata,<sup>9</sup> et vulneratas conscientias ;<sup>10</sup> aliis nocumento sunt et of-fendiculo,<sup>11</sup> sibimet ipsis denique accersunt judicia Dei temporalia.<sup>12</sup>*

## CAP. XVIII.

*De certitudine gratiæ et salutis.*

I. *Quamvis fieri potest ut hypocritæ alique homines non regeneriti spevana falsisque (pro corruptæ naturæ more) opinionibus præsumptis, se decipiant, favorem Dei, statumque salutis sibi falso arrogantes ;<sup>13</sup> quæ il-*

<sup>1</sup> John xiv. 16, 17 ; 1 John ii. 27 ; iii. 9.

<sup>2</sup> Jer. xxxii. 40 ; [Am. ed. Heb. viii. 10-12].

<sup>3</sup> John x. 28 ; 2 Thess. iii. 3 ; 1 John ii. 19 ; [Am. ed. 1 Thess. v. 23, 24].

<sup>4</sup> Matt. xxvi. 70, 72, 74.

<sup>5</sup> Psa. li. title and verse 14 ; [Am. ed. 2 Sam. xii. 9, 13].

<sup>6</sup> Isa. lxiv. 5, 7, 9 ; 2 Sam. xi. 27.

<sup>7</sup> Eph. iv. 30.

<sup>8</sup> Psa. li. 8, 10, 12 ; Rev. ii. 4 ; Cant. v. 2, 3, 4, 6.

<sup>9</sup> Isa. xxxvi. 17 ; Mark vi. 52 ; xvi. 14 ; [Am. ed. Psa. xc. 8].

<sup>10</sup> Psa. xxxii. 3, 4 ; li. 8.

<sup>11</sup> 2 Sam. xii. 14.

<sup>12</sup> Psa. lxxxix. 31, 32 ; 1 Cor. xi. 32.

<sup>13</sup> Job viii. 13, 14 ; Micah iii. 11 ; Deut. xxix. 9 ; John viii. 41.

IV. *Connubia intra consanguinitatis affinitatisque gradus in verbo Dei vetitos iniri non est licitum; neque possunt ejusmodi incesta conjugia quavis aut humana lege, aut consensione partium fieri legitima, adeo ut personis illis ad instar mariti et uxoris liceat unquam cohabitare.*<sup>1</sup> *Non licet viro e cognatione uxoris suæ ducere, quam si æque se ipsum attingeret sanguine, ducere non liceret; sicuti nec fœminæ licet viro nubere a mariti sui sanguine minus, quam a suo liceret, alieno.*<sup>2</sup>

V. *Adulterium aut scortatio si admittatur post sponsalia, ac ante conjugium detegatur, personæ innocenti justam præbet occasionem contractum illum dissolvendi; quod si adulterium post conjugium admittatur, licebit parti innocenti divortium lege postulare ac obtinere; atque quidem post factum divortium conjugio alteri sociari, perinde ac si mortua esset persona illa quæ conjugii fidem violabat.*<sup>3</sup>

VI. *Quamvis ea sit hominis corruptio ut proclivis sit ad excogitandum argumenta, indebite illos quos Deus connubio junxit dissociandi; nihilominus tamen extra adulterium ac desertionem ita obstinatam, ut cui nullo remedio, nec ab Ecclesia nec a*

<sup>1</sup> Lev. chap. xviii. ; 1 Cor. v. 1 ; Amos ii. 7.

<sup>2</sup> Mark vi. 18 ; Lev. xviii. 24-28.

<sup>3</sup> Lev. xx. 19-21.

<sup>4</sup> Matt. i. 18-20.

<sup>5</sup> Matt. v. 31, 32.

<sup>6</sup> Matt. xix. 9 ; Rom. vii. 2, 3.

the Church or civil magistrate, is cause sufficient of dissolving the bond of marriage;<sup>1</sup> wherein a public and orderly course of proceeding is to be observed; and the persons concerned in it, not left to their own wills and discretion in their own case.<sup>2</sup>

## CHAPTER XXV.

*Of the Church.*

I. The catholic or universal Church, which is invisible, consists of the whole number of the elect, that have been, are, or shall be gathered into one, under Christ the head thereof; and is the spouse, the body, the fullness of him that filleth all in all.<sup>3</sup>

II. The visible Church, which is also catholic or universal under the gospel (not confined to one nation as before under the law) consists of all those, throughout the world, that profess the true religion,<sup>4</sup> and of their children;<sup>5</sup> and is the kingdom of the Lord Jesus Christ,<sup>6</sup> the house and family of God,<sup>7</sup> out of which there is no ordinary possibility of salvation.<sup>8</sup>

*Magistratu civili subveniri possit, sufficiens causa nulla esse potest conjugii vinculum dissolvendi.<sup>1</sup> Atque hac quidem in re procedendi ordo publicus et regularis est observandus, nec personæ illæ, quarum jus agitur, sunt suo arbitrio judiciove in causa propria permittendæ.<sup>2</sup>*

## CAP. XXV.

*De Ecclesia.*

I. *Catholica sive Universalis Ecclesia ea quæ est invisibilis constat e toto electorum numero, quotquot fuerunt, sunt, aut erunt unquam in unum collecti, sub Christo ejusdem Capite; estque sponsa, corpus ac plenitudo ejus qui implet omnia in omnibus.<sup>3</sup>*

II. *Ecclesia visibilis (quæ etiam sub Evangelio, Catholica est et universalis, non autem unius gentis finibus, ut pridem sub lege, circumscripta) ex iis omnibus constat, undecunque terrarum sint, qui veram religionem profitentur,<sup>4</sup> una cum eorundem liberis;<sup>5</sup> estque Regnum Domini Jesu Christi,<sup>6</sup> Domus et familia Dei,<sup>7</sup> extra quam quidem ordinarie fieri nequit ut quivis salutem consequatur.<sup>8</sup>*

<sup>1</sup> Matt. xix. 8, 9; 1 Cor. vii. 15; Matt. xix. 6.

<sup>2</sup> Deut. xxiv. 1-4; [Am. ed. Ezra x. 3].

<sup>3</sup> Eph. i. 10, 22, 23; v. 23, 27, 32; Col. i. 18.

<sup>4</sup> 1 Cor. i. 2; xii. 12, 13; Psa. ii. 8; Rev. vii. 9; Rom. xv. 9-12.

<sup>5</sup> [Am. ed. *together with*, instead of *and of*.]

<sup>6</sup> 1 Cor. vii. 14; Acts ii. 39; Ezek. xvi. 20,

21; Rom. xi. 16; Gen. iii. 15; xvii. 7;

[Am. ed. Gal. iii. 7, 9, 14; Rom. iv. throughout].

<sup>7</sup> Matt. xiii. 47; Isa. ix. 7.

<sup>8</sup> Eph. ii. 19; iii. 15; [Am. ed. Prov. xxix. 18].

<sup>9</sup> Acts ii. 47.

III. Unto this catholic visible Church Christ hath given the ministry, oracles, and ordinances of God, for the gathering and perfecting of the saints, in this life, to the end of the world: and doth by his own presence and Spirit, according to his promise, make them effectual thereunto.<sup>1</sup>

IV. This catholic Church hath been sometimes more, sometimes less visible.<sup>2</sup> And particular churches, which are members thereof, are more or less pure, according as the doctrine of the gospel is taught and embraced, ordinances administered, and public worship performed more or less purely in them.<sup>3</sup>

V. The purest churches under heaven are subject both to mixture and error;<sup>4</sup> and some have so degenerated as to become no churches of Christ, but synagogues of Satan.<sup>5</sup> Nevertheless, there shall be always a Church on earth to worship God according to his will.<sup>6</sup>

VI. There is no other head of the Church but the Lord Jesus Christ:<sup>7</sup> nor can the Pope of Rome, in any

III. *Catholicæ huic Ecclesiæ visibili dedit Christus ministrorum ordinem, oracula, ac instituta Dei ad sanctos usque ad finem mundi in hac vita colligendos simul et perficiendos; in quem finem præsentia sua, spirituque secundum ipsius promissionem, eadem reddit efficacia.*<sup>1</sup>

IV. *Ecclesia hæc Catholica existit quandoque magis quandoque minus visibilis.*<sup>2</sup> *Ecclesiæ autem particulares (quæ sunt illius membra) eo magis minusve puræ sunt, qui majori aut minori cum puritate in iis docetur excipiturque Evangelii doctrina, administrantur divina instituta, cultusque publicus celebratur.*<sup>3</sup>

V. *Purissimæ omnium quæ in terris sunt Ecclesiæ, cum mixturæ tum etiam errori sunt obnoxie,*<sup>4</sup> *eousque autem nonnullæ degenerarunt, ut ex Ecclesiis Christi factæ demum sint ipsius Satanæ Synagoge;*<sup>5</sup> *nihilominus tamen nunquam deerit in terris Ecclesiæ, quæ Deum colat secundum ipsius voluntatem.*<sup>6</sup>

VI. *Ecclesiæ caput extra unum Dominum Jesum Christum nullum est;*<sup>7</sup> *nec ullo sensu caput ejus esse*

<sup>1</sup> 1 Cor. xii. 23; Eph. iv. 11-13; Matt. xxviii. 19, 20; Isa. lix. 21.

<sup>2</sup> Rom. xi. 3, 4; Rev. xii. 6, 14; [Am. ed. Acts ix. 31].

<sup>3</sup> Rev. chaps. ii. and iii.; 1 Cor. v. 6, 7.

<sup>4</sup> 1 Cor. xiii. 12; Rev. chaps. ii. and iii., Matt. xiii. 24-30, 47.

<sup>5</sup> Rev. xviii. 2; Rom. xi. 18-22.

<sup>6</sup> Matt. xvi. 18; Psa. lxxii. 17; cii. 28; Matt. xxviii. 19, 20.

<sup>7</sup> Col. i. 18; Eph. i. 22.

sense be head thereof; but is that Antichrist, that man of sin and son of perdition, that exalteth himself in the Church against Christ, and all that is called God.<sup>1</sup>

## CHAPTER XXVI.

*Of the Communion of Saints.*

I. All saints that are united to Jesus Christ their head, by his Spirit and by faith, have fellowship with him in his graces, sufferings, death, resurrection, and glory;<sup>2</sup> and being united to one another in love, they have communion in each other's gifts and graces,<sup>3</sup> and are obliged to the performance of such duties, public and private, as do conduce to their mutual good, both in the inward and outward man.<sup>4</sup>

II. Saints, by profession, are bound to maintain an holy fellowship and communion in the worship of God, and in performing such other spiritual services as tend to their mutual edification;<sup>5</sup> as also in relieving each other in outward things, according to their several abilities and necessities.

*potest Papa Romanus, qui est insignis ille Antichristus, homo ille peccati et perditionis filius; in Ecclesia semet efferens adversus Christum, et supra quicquid dicitur Deus.<sup>1</sup>*

## CAP. XXVI.

*De Communione Sanctorum.*

I. *Sancti omnes, qui capiti suo Jesu Christo per Spiritum ejus ac per fidem uniuntur, gratiarum ejus, perpassionum, mortis, resurrectionis ac gloriæ ejus habent communionem;<sup>2</sup> atque inde etiam amore conjuncti sibimet invicem mutuam donorum suorum gratiarumque societatem quandam ineunt,<sup>3</sup> ac ad ejusmodi officia præstanda publica et privata obligantur, quæ ad mutuum eorum bonum conducant, cum quoad internum tum etiam quoad externum hominem.<sup>4</sup>*

II. *Qui sanctos sese profitentur, sanctam illi societatem et communionem inire tenentur et conservare, cum in divino cultu, tum alia officia spiritualia præstando, quæ ad mutuam eorum ædificationem conferre possint;<sup>5</sup> Quin etiam porro sublevando se mutuo in rebus externis, pro ratione cujusque vel facultatum*

<sup>1</sup> Matt. xxiii. 8-10; 2 Thess. ii. 3, 4, 8, 9; Rev. xiii. 6.

<sup>2</sup> 1 John i. 3; Eph. iii. 16-19; John i. 16; Eph. ii. 5, 6; Phil. iii. 10; Rom. vi. 5, 6; 2 Tim. ii. 12.

<sup>3</sup> Eph. iv. 15, 16; 1 Cor. xii. 7; iii. 21-23; Col. ii. 19.

<sup>4</sup> 1 Thess. v. 11, 14; Rom. i. 11, 12, 14; 1 John iii. 16-18; Gal. vi. 10.

<sup>5</sup> Heb. x. 24, 25; Acts ii. 42, 46; Isa. ii. 3; 1 Cor. xi. 20.

Which communion, as God offereth opportunity, is to be extended unto all those who, in every place, call upon the name of the Lord Jesus.<sup>1</sup>

III. This communion which the saints have with Christ, doth not make them in anywise partakers of the substance of his Godhead, or to be equal with Christ in any respect: either of which to affirm is impious and blasphemous.<sup>2</sup> Nor doth their communion one with another, as saints, take away or infringe the title or propriety<sup>3</sup> which each man hath in his goods and possessions.<sup>4</sup>

#### CHAPTER XXVII.

##### *Of the Sacraments.*

I. Sacraments are holy signs and seals of the covenant of grace,<sup>5</sup> immediately instituted by God,<sup>6</sup> to represent Christ and his benefits, and to confirm our interest in him:<sup>7</sup> as also to put a visible difference between those that belong unto the Church and the rest of the world;<sup>8</sup> and solemnly to engage them to the service of God in Christ, according to his Word.<sup>9</sup>

II. There is in every sacrament

*vel indigentia. Quæ quidem communio, prout opportunitatem Deus obtulerit, est ad eos omnes, qui ubivis locorum Domini Jesu nomen invocant, extendenda.<sup>1</sup>*

III. *Hæc autem communio qua sancti cum Christo potiuntur, eos substantiæ Deitatis ejus neutiquam reddit participes, nec ullo respectu æquales Christo: Quorum utrumvis affirmare impium est ac blasphemum;<sup>2</sup> neque sane communio illa, quæ iis secum mutuo quatenus sanctis intercedit; cujusquam ad bona et possessiones suas jus privatam vel tollit vel imminuit.<sup>3</sup>*

#### CAP. XXVII.

##### *De Sacramentis.*

I. *Sacramenta sunt federis gratiæ signa sacra et sigilla,<sup>5</sup> immediate a Deo instituta,<sup>6</sup> ad Christum ejusque beneficia representandum, ad jus nostrum in illo confirmandum,<sup>7</sup> prout etiam ad illos qui Ecclesiam spectant a reliquis illis qui sunt e mundo, visibili discrimine separandum,<sup>8</sup> utque ii solenniter devinciantur ad obedientiam et cultum Deo in Christo juxta verbum ejus exhibendum.<sup>9</sup>*

II. *In Sacramento quolibet est in-*

<sup>1</sup> Acts ii. 44, 45; 1 John iii. 17; 2 Cor. chaps. viii. and ix.; Acts xi. 29, 30.

<sup>2</sup> Col. i. 18, 19; 1 Cor. viii. 6; Isa. xlii. 8; 1 Tim. vi. 15, 16; Psa. xlv. 7 with Heb. i. 8, 9.

<sup>3</sup> [Am. ed. *property.*]

<sup>4</sup> Exod. xx. 15; Eph. iv. 28; Acts v. 4.

<sup>5</sup> Rom. iv. 11; Gen. xvii. 7, 10.

<sup>6</sup> Matt. xxviii. 19; 1 Cor. xi. 23.

<sup>7</sup> 1 Cor. x. 16; xi. 25, 26; Gal. iii. 27.

<sup>8</sup> Rom. xv. 8; Exod. xii. 48; Gen. xxxiv. 14; [Am. ed. 1 Cor. x. 21].

<sup>9</sup> Rom. vi. 3, 4; 1 Cor. x. 16, 21.

a spiritual relation or sacramental union, between the sign and the thing signified; whence it comes to pass that the names and the effects of the one are attributed to the other.<sup>1</sup>

III. The grace which is exhibited in or by the sacraments, rightly used, is not conferred by any power in them; neither doth the efficacy of a sacrament depend upon the piety or intention of him that doth administer it,<sup>2</sup> but upon the work of the Spirit,<sup>3</sup> and the word of institution, which contains, together with a precept authorizing the use thereof, a promise of benefit to worthy receivers.<sup>4</sup>

IV. There be only two sacraments ordained by Christ our Lord in the gospel, that is to say, Baptism and the Supper of the Lord: neither of which may be dispensed by any but by a minister of the Word lawfully ordained.<sup>5</sup>

V. The sacraments of the Old Testament, in regard of the spiritual things thereby signified and exhibited, were, for substance, the same with those of the New.<sup>6</sup>

## CHAPTER XXVIII.

*Of Baptism.*

I. Baptism is a sacrament of the

*ter signum et rem significatam relatione quædam spiritualis, sive Sacramentalis unio; unde fit ut alterius nomina et effectus alteri quandoque tribuantur.<sup>1</sup>*

III. *Quæ in Sacramentis sive per ea rite adhibita exhibetur gratia, per vim aliquam iis intrinsecam non confertur, neque ex intentione vel pietate administrantis pendent Sacramenti vis ac efficacia;<sup>2</sup> verum ex operatione Spiritus,<sup>3</sup> ac verbo institutionis, quod complectitur cum præceptum, unde celebrandi Sacramenti potestas fit, tum etiam promissionem de beneficiis digne percipientibus exhibendis.<sup>4</sup>*

IV. *Sacramenta duo tantum sunt a Christo Domino nostro in Evangelio instituta, Baptismus scilicet, et cæna Domini; quorum neutrum debet nisi a ministro verbi legitime ordinato dispensari.<sup>5</sup>*

V. *Sacramenta Veteris Testamenti si res spirituales per ea significatas exhibitæque respiciamus, quoad substantiam eadem fuere cum his sub Novo.<sup>6</sup>*

## CAP. XXVIII.

*De Baptismo.*

I. *Baptismus est sacramentum*

<sup>1</sup> Am. ed. omits *the*.

<sup>2</sup> Gen. xvii. 10; Matt. xxvi. 27, 28; Tit. iii. 5.

<sup>3</sup> Rom. ii. 28, 29; 1 Pet. iii. 21.

<sup>4</sup> Matt. iii. 11; 1 Cor. xii. 13.

<sup>1</sup> Matt. xxvi. 27, 28; xxviii. 19, 20.

<sup>2</sup> Matt. xxviii. 19; 1 Cor. xi. 20, 28; iv. 1; Heb. v. 4.

<sup>3</sup> 1 Cor. x. 1-4; [Am. ed. 1 Cor. v. 7, 8].

New Testament, ordained by Jesus Christ,<sup>1</sup> not only for the solemn admission of the party baptized into the visible Church,<sup>2</sup> but also to be unto him a sign and seal of the covenant of grace,<sup>3</sup> of his ingrafting into Christ,<sup>4</sup> of regeneration,<sup>5</sup> of remission of sins,<sup>6</sup> and of his giving up unto God, through Jesus Christ, to walk in newness of life:<sup>7</sup> which sacrament is, by Christ's own appointment, to be continued in his Church until the end of the world.<sup>8</sup>

II. The outward element to be used in this sacrament is water, wherewith the party is to be baptized in the name of the Father, and of the Son, and of the Holy Ghost, by a minister of the gospel lawfully called thereunto.<sup>9</sup>

III. Dipping of the person into the water is not necessary; but baptism is rightly administered by pouring or sprinkling water upon the person.<sup>10</sup>

IV. Not only those that do actually profess faith in and obedience unto Christ,<sup>11</sup> but also the infants

*Novi Testamenti, a Jesu Christo institutum,<sup>1</sup> non solum propter solennem personæ baptizate in Ecclesiam visibilem admissionem,<sup>2</sup> verum etiam ut signum eidem sit, et sigillum cum fœderis gratiæ,<sup>3</sup> tum suæ in Christum insitionis,<sup>4</sup> regenerationis,<sup>5</sup> remissionis peccatorum,<sup>6</sup> ac sui ipsius Deo per Christum dedicationis, ad ambulandum in vitæ novitate.<sup>7</sup> Quod quidem Sacramentum e Christi ipsius mandato est in Ecclesia ejus ad finem usque mundi retinendum.<sup>8</sup>*

II. *Elementum externum in hoc Sacramento adhibendum est Aqua; qua baptizari debet admittendus, a ministro Evangelii legitime ad hoc vocato, in nomine Patris et filii et Spiritus Sancti.<sup>9</sup>*

III. *Baptizandi in aquam immersio necessaria non est; verum baptismus rite administratur aqua superfusa vel etiam inspersa baptizando.<sup>10</sup>*

IV. *Non illi solum qui fidem in Christum eique se obedientes fore actu quidem profitentur,<sup>11</sup> verum*

<sup>1</sup> Matt. xxviii. 19; [Am. ed. Mark xvi. 16].

<sup>2</sup> 1 Cor. xii. 13; [Am. ed. Gal. iii. 27, 28].

<sup>3</sup> Rom. iv. 11 with Col. ii. 11, 12.

<sup>4</sup> Gal. iii. 27; Rom. vi. 5.

<sup>5</sup> Tit. iii. 5.

<sup>6</sup> Mark i. 4; [Am. ed. Acts ii. 38; xxii. 16].

<sup>7</sup> Rom. vi. 3, 4.

<sup>8</sup> Matt. xxviii. 19, 20.

<sup>9</sup> Matt. iii. 11; John i. 33; Matt. xxviii. 19, 20; [Am. ed. Acts x. 47; viii. 36, 38].

<sup>10</sup> Heb. ix. 10, 19-22; Acts ii. 41; xvi. 33;

Mark vii. 4.

<sup>11</sup> Mark xvi. 15, 16; Acts viii. 37, 38.

of one or both believing parents are to be baptized.<sup>1</sup>

V. Although it be a great sin to contemn or neglect this ordinance,<sup>2</sup> yet grace and salvation are not so inseparably annexed unto it, as that no person can be regenerated or saved without it,<sup>3</sup> or that all that are baptized are undoubtedly regenerated.<sup>4</sup>

VI. The efficacy of baptism is not tied to that moment of time wherein it is administered;<sup>5</sup> yet, notwithstanding, by the right use of this ordinance the grace promised is not only offered, but really exhibited and conferred by the Holy Ghost, to such (whether of age or infants) as that grace belongeth unto, according to the counsel of God's own will, in his appointed time.<sup>6</sup>

VII. The sacrament of baptism is but once to be administered to any person.<sup>7</sup>

#### CHAPTER XXIX.

##### *Of the Lord's Supper.*

I. Our Lord Jesus, in the night wherein he was betrayed, instituted

*etiam infantes qui a Parente vel altero vel utroque fidei procreantur, sunt baptizandi.<sup>1</sup>*

V. *Quamvis grave peccatum sã institutum hoc despiciatui habere vel negligere;<sup>2</sup> non tamen ei salus et gratia ita individue annectuntur, ut absque illo nemo unquam regenerari aut salvari possit,<sup>3</sup> aut quasi indubium omnino sit regenerari omnes qui baptizantur.<sup>4</sup>*

VI. *Baptismi efficacia ei temporis momento quo administratur non adstringitur.<sup>5</sup> Nihilominus tamen, usu debito hujus instituti non offertur solum promissa gratia, verum etiam omnibus (tam infantibus quam adultis) ad quos gratia illa e consilio Divinæ voluntatis pertinet, per Spiritum Sanctum in tempore suo constituto realiter confertur et exhibetur.<sup>6</sup>*

VII. *Sacramentum Baptismi eadem personæ non est nisi semel administrandum.<sup>7</sup>*

#### CAP. XXIX.

##### *De Cena Domini.*

I. *Dominus noster Jesus eadem qua prodebatur nocte instituit cor-*

<sup>1</sup> Gen. xvii. 7, 9, with Gal. iii. 9, 14, and Col. ii. 11, 12, and Acts ii. 38, 39, and Rom. iv. 11, 12; 1 Cor. vii. 14; Matt. xxviii. 19; Mark x. 13-16; Luke xviii. 15; [Am. ed. Acts xvi. 14, 15, 33].

Luke vii. 30 with Exod. iv. 24-26.

VOL. III.—U U

<sup>2</sup> Rom. iv. 11; Acts x. 2, 4, 22, 31, 45, 47.

<sup>3</sup> Acts viii. 13, 23.

<sup>4</sup> John iii. 5, 8.

<sup>5</sup> Gal. iii. 27; Tit. iii. 5; Eph. v. 25, 26; Acts ii. 38, 41.

<sup>7</sup> Tit. iii. 5.



the sacrament of his body and blood, called the Lord's Supper, to be observed in his Church, unto the end of the world; for the perpetual remembrance of the sacrifice of himself in his death, the sealing all benefits thereof unto true believers, their spiritual nourishment and growth in him, their further engagement in, and to all duties which they owe unto him; and to be a bond and pledge of their communion with him, and with each other, as members of his mystical body.<sup>1</sup>

II. In this sacrament Christ is not offered up to his Father, nor any real sacrifice made at all for remission of sins of the quick or dead,<sup>2</sup> but only a commemoration of that one offering up of himself, by himself, upon the cross, once for all, and a spiritual oblation of all possible praise unto God for the same;<sup>3</sup> so that the Popish sacrifice of the mass, as they call it, is most abominably injurious to Christ's one only sacrifice, the alone propitiation for all the sins of the elect.<sup>4</sup>

*poris et sanguinis sui sacramentum, Coenam Domini quam dicimus, in Ecclesia sua ad finem usque mundi celebrandum, in perpetuam memoriam sacrificii sui ipsius in morte sua oblatis, et ad beneficia istius omnia vere fidelibus obsignandum; in eorum item alimentum ac incrementum in Christo spirituale; quoque ad officia cuncta præstanda, prius quidem illi debita, arctiori adhuc nodo tenerentur; ut vinculum denique ac pignus foret communionis illius quæ iis cum Christo et secum ipsis mutuo, tanquam corporis ipsius mystici membris, intercedit.<sup>1</sup>*

II. *In hoc Sacramento non Patri suo offertur Christus, sed neque inibi fit reale aliquod sacrificium ad peccatorum remissionem vivis aut mortuis procurandam;<sup>2</sup> verum unicæ istius oblationis, qua Christus semet ipsum ipse in cruce, et quidem omnino semel obtulit, commemoratio solum; una cum spirituali propterea laudis omnimodæ Deo reddita oblatione.<sup>3</sup> Unde Pontificiorum istud sacrificium Missæ (uti loqui amant) plane detestandum sit oportet, utpote maxime injuriam uni illi unicoque Christi sacrificio, quod quidem unica est pro peccatis electorum universus propitiatio.<sup>4</sup>*

<sup>1</sup> 1 Cor. xi. 23-26; x. 16, 17, 21; xii. 13.

<sup>2</sup> Heb. ix. 22, 25, 26, 28.

<sup>3</sup> 1 Cor. xi. 24-26; Matt. xxvi. 26, 27; [Am. ed. Luke xxii. 19, 20].

<sup>4</sup> Heb. vii. 23, 24, 27; x. 11, 12, 14, 18.

III. The Lord Jesus hath, in this ordinance, appointed his ministers to declare his word of institution to the people, to pray, and bless the elements of bread and wine, and thereby to set them apart from a common to an holy use; and to take and break the bread, to take the cup, and (they communicating also themselves) to give both to the communicants;<sup>1</sup> but to none who are not then present in the congregation.<sup>2</sup>

IV. Private masses, or receiving this sacrament by a priest, or any other, alone;<sup>3</sup> as likewise the denial of the cup to the people;<sup>4</sup> worshipping the elements, the lifting them up, or carrying them about for adoration, and the reserving them for any pretended religious use, are all contrary to the nature of this sacrament, and to the institution of Christ.<sup>5</sup>

V. The outward elements in this sacrament, duly set apart to the uses ordained by Christ, have such relation to him crucified, as that truly, yet sacramentally only, they are sometimes called by the name of the things they represent, to wit, the body and blood of Christ;<sup>6</sup> albeit, in substance and nature, they still

III. *In hoc suo instituto præcepit Dominus Jesus Ministris suis, verbum institutionis populo declarare, orare, ac elementis pani scilicet ac vino benedicere, eaque hac ratione a communi ad sacrum usum separare, quin etiam panem accipere et frangere; poculum item in manus accipere; atque (communicantibus una ipsis) utrumque communicantibus exhibere,<sup>1</sup> nemini autem a congregatione tunc absentem.<sup>2</sup>*

IV. *Missæ privatae, sive perceptio hujusce Sacramenti a solo vel Sacerdote vel alio quovis;<sup>3</sup> prout etiam poculi a populo detensio,<sup>4</sup> elementorum adoratio, quoque adorentur elevatio aut circumgestatio, ut et prætextu religiosi usus cujuscunque asservatio, sunt quidem omnia tum hujusce Sacramenti naturæ tum Christi institutioni plane contraria.<sup>5</sup>*

V. *In hoc Sacramento externa elementa ad usus a Christo institutos rite separata, ita ad eum crucifixum referuntur ut rerum quas representat nominibus (corporis nempe ac sanguinis Christi) vere quidem, at Sacramentaliter tantum, sint nuncupata,<sup>6</sup> manent siquidem adhuc quoad substantiam et naturam vere solum-*

<sup>1</sup> Matt. xxvi. 26-28, and Mark xiv. 22-24, and Luke xxii. 19, 20, with 1 Cor. xi. 23-27.

<sup>2</sup> Acts xx. 7; 1 Cor. xi. 20.

<sup>3</sup> 1 Cor. x. 6.

<sup>4</sup> Mark iv. 28; 1 Cor. xi. 25-29.

<sup>5</sup> Matt. xv. 9.

<sup>6</sup> Matt. xxvi. 26-28.

remain truly, and only, bread and wine, as they were before.<sup>1</sup>

VI. That doctrine which maintains a change of the substance of bread and wine, into the substance of Christ's body and blood (commonly called transubstantiation) by consecration of a priest, or by any other way, is repugnant, not to Scripture alone, but even to common-sense and reason; overthroweth the nature of the sacrament; and hath been, and is the cause of manifold superstitions, yea, of gross idolatries.<sup>2</sup>

VII. Worthy receivers, outwardly partaking of the visible elements in this sacrament,<sup>3</sup> do then also inwardly by faith, really and indeed, yet not carnally and corporally, but spiritually, receive and feed upon Christ crucified, and all benefits of his death: the body and blood of Christ being then not corporally or carnally in, with, or under the bread and wine; yet as really, but spiritually, present to the faith of believers in that ordinance, as the elements themselves are, to their outward senses.<sup>4</sup>

VIII. Although ignorant and wicked men receive the outward elements in this sacrament, yet

*que panis ac vinum nihilo minus quam antea fuerant.*<sup>1</sup>

VI. *Doctrina illa quæ substantiæ panis ac vini in substantiam corporis et sanguinis Christi conversionem (transubstantiatio vulgo dicitur) sive illam per Sacerdotis consecrationem, sive quomodocunque demum fieri statuit, non scripturæ solum, verum etiam communi omnium sensui ac rationi adversatur, sacramenti naturam evertit, superstitionis multifariæ causa exitit atque etiamnum existit, imo vero et crassissimæ idololatriæ.*<sup>2</sup>

VII. *Digne communicantes, Elementa in hoc sacramento visibilia dum participant,<sup>3</sup> una cum iis interne Christum crucifixum et beneficia mortis ejus universa revera et realiter (modo, non carnali quidem aut corporeo, sed spirituali) per fidem recipiunt eisque vescuntur. Corpus siquidem et sanguis Christi non corporeo aut carnali modo in, cum, vel sub pane ac vino; realiter tamen, ac spiritualiter credentium fidei in hoc instituto, non minus quam externis sensibus elementa ipsa, sunt præsentia.*<sup>4</sup>

VIII. *Homines improbi et ignari externa licet in hoc sacramento percipere possint elementa, rem tamen*

<sup>1</sup> 1 Cor. xi. 26-28; Matt. xxvi. 29.

<sup>2</sup> Acts iii. 21 with 1 Cor. xi. 24-26; Luke xxiv. 6, 39.

<sup>3</sup> 1 Cor. xi. 28; [Am. ed. 1 Cor. v. 7, 8].

<sup>4</sup> 1 Cor. x. 16; [Am. ed. 1 Cor. x. 3, 4].

they receive not the thing signified thereby; but by their unworthy coming thereunto are guilty of the body and blood of the Lord, to their own damnation. Wherefore all ignorant and ungodly persons, as they are unfit to enjoy communion with him, so are they unworthy of the Lord's table, and can not, without great sin against Christ, while they remain such, partake of these holy mysteries,<sup>1</sup> or be admitted thereunto.<sup>2</sup>

## CHAPTER XXX.

*Of Church Censures.*

I. The Lord Jesus, as king and head of his Church, hath therein appointed a government in the hand of Church officers, distinct from the civil magistrate.<sup>3</sup>

II. To these officers the keys of the kingdom of heaven are committed, by virtue whereof they have power respectively to retain and remit sins, to shut that kingdom against the impenitent, both by the Word and censures; and to open it unto penitent sinners, by the ministry of the gospel, and by absolution from censures, as occasion shall require.<sup>4</sup>

*per ea significatam non recipiunt; verum indigne illuc accedendo, rei fiunt corporis ac sanguinis Dominici ad sui ipsorum condemnationem. Quapropter homines impii et ignari prout communioni cum Deo potius nullatenus sunt idonei, ita prorsus indigni sunt qui accedant ad mensam Domini; neque sine gravi in Christum peccato, possunt (quoadiu tales esse non destiterint Sacra hæc mysteria participare);<sup>1</sup> vel ad ea participandum admitti.<sup>2</sup>*

## CAP. XXX.

*De Censuris Ecclesiasticis.*

I. *Dominus Jesus quatenus Rex et caput Ecclesiæ suæ constituit in ea regimen, quod in officiariorum Ecclesiasticorum manu foret, distinctum a civili Magistratu.<sup>3</sup>*

II. *Officiariis hisce claves regni cælorum sunt commissæ, quarum virtute obtinent potestatem peccata vel retinendi vel remittendi pro varia peccantium conditione; impænitentibus quidem regnum illud tam per verbum quam per censuras occludendi, peccatoribus vero pænitentibus tam evangelii ministerio quam absolutione a censuris idem aperiendi, prout occasio postulaverit.<sup>4</sup>*

<sup>1</sup> 1 Cor. xi. 27-29; 2 Cor. vi. 14-16; [Am. ed. 1 Cor. x. 21].

<sup>2</sup> 1 Cor. v. 6, 7, 13; 2 Thess. iii. 6, 14, 15; Matt. vii. 6.

<sup>3</sup> Isa. ix. 6, 7; 1 Tim. v. 17; 1 Thess. v. 12;

Acts xx. 17, 28; Heb. xiii. 7, 17, 24; 1 Cor. xii. 28; Matt. xxviii. 18-20; [Am. ed. Psa. ii. 6-9; John xviii. 36].

<sup>4</sup> Matt. xvi. 19; xviii. 17, 18; John xx. 21-23; 2 Cor. ii. 6-8.

III. Church censures are necessary for the reclaiming and gaining of offending brethren; for deterring of others from the like offenses; for purging out of that leaven which might infect the whole lump; for vindicating the honor of Christ, and the holy profession of the gospel; and for preventing the wrath of God, which might justly fall upon the Church, if they should suffer his covenant, and the seals thereof, to be profaned by notorious and obstinate offenders.<sup>1</sup>

IV. For the better attaining of these ends, the officers of the Church are to proceed by admonition, suspension from the Sacrament of the Lord's Supper for a season, and by excommunication from the Church, according to the nature of the crime and demerit of the person.<sup>2</sup>

#### CHAPTER XXXI.

##### *Of Synods and Councils.*

I. For the better government and further edification of the Church, there ought to be such assemblies as are commonly called synods or councils.<sup>3</sup>

III. *Omnino necessariæ sunt censurae Ecclesiasticæ, lucrandis fratribus delinquentibus eisque in viam reducendis, reliquis autem a similibus delictis deterrendis, fermento illi malo, ne totam massam inficiat, expurgando; ad honorem Christi et Sanctam Evangelii professionem vindicandum, ut prævertatur denique ira Dei, quæ merito in Ecclesiam accendi posset, si ipsius fœdus, hujusque sigilla ab insigniter ac pertinaciter delinquentibus impune profanari pateretur.*<sup>1</sup>

IV. *Quo melius autem hosce fines consequantur, procedere debent Ecclesiæ officarii, admonendo, a Sacramento cœnæ Dominicæ ad tempus aliquod suspendendo, excommunicando denique ab Ecclesia, pro ratione criminis, atque personæ delinquentis merito.*<sup>2</sup>

#### CAP. XXXI.

##### *De Synodis et Conciliis.*

I. *Quo melius gubernari, ac ulterius œdificari possit Ecclesia, conventus ejusmodi fieri debent, quales vulgo Synodi et Concilia nuncupantur.*<sup>3</sup>

<sup>1</sup> [Am. ed. omits *the.*]

<sup>2</sup> 1 Cor. chap. v. ; 1 Tim. v. 20; Matt. vii. 6; 1 Tim. i. 20; 1 Cor. xi. 27 to the end, with Jude 2<sup>d</sup>

<sup>1</sup> 1 Thess. v. 12; 2 Thess. iii. 6, 14, 15; 1 Cor. v. 4, 5, 13; Matt. xviii. 17; Tit. iii. 10.

<sup>2</sup> Acts xv. 2, 4, 6.

The American edition here adds the following :

[*And it belongeth to the overseers and other rulers of the particular churches, by virtue of their office, and the power which Christ hath given them for edification, and not for destruction, to appoint such assemblies (Acts xv.); and to convene together in them, as often as they shall judge it expedient for the good of the Church (Acts xv. 22, 23, 25).*]

II. As magistrates may lawfully call a synod of ministers and other fit persons to consult and advise with about matters of religion ;<sup>1</sup> so, if magistrates be open enemies to the Church, the ministers of Christ, of themselves, by virtue of their office, or they, with other fit persons, upon delegation from their churches, may meet together in such assemblies.<sup>2\*3</sup>

III. [II.] It belongeth to synods and councils, ministerially, to determine controversies of faith, and cases of conscience; to set down rules and directions for the better ordering of the public worship of God, and government of his Church; to receive complaints in cases of maladministration, and authoritatively to determine the same: which decrees and determinations, if consonant to the Word of God, are to be received with reverence and submission, not only for their agreement with the Word, but also for

II. *Quemadmodum licitum est Magistratibus Synodum Ministrorum aliorumque qui sunt idonei convocare, quibuscum de religionis rebus deliberent ac consultant: 1 Ita si Magistratus fuerint Ecclesie hostes aperti, licebit Christi ministris a se ipsis virtute officii, eisque cum aliis idoneis, accepta prius ab Ecclesiis suis delegatione, in istiusmodi conventibus congregari.*<sup>2</sup>

III. *Synodorum et Conciliorum est controversias fidei et conscientie casus, ministerialiter quidem, determinare; regulas ac prescripta quo melius publicus Dei cultus ejusque Ecclesie regimen ordinentur constituere; Querelas de mala administratione delatas admittere, deque iis authoritative decernere. Quae quidem decreta et decisiones, modo verbo Dei consenserint, cum reverentia sunt ac summissione excipienda; Non quidem solum quod verbo Dei sint consentanea, verum etiam gratia potestatis ea constituentis, ut quae*

<sup>1</sup> Isa. xlix. 23; 1 Tim. ii. 1, 2; 2 Chron. xix. 8-11; chaps. xxix., xxx.; Matt. ii. 4, 5; Prov. xi. 14.

<sup>2</sup> Acts xv. 2, 4, 22, 23, 25.

<sup>3</sup> [Am. ed. omits this whole section.]

the power whereby they are made, as being an ordinance of God, appointed thereunto in his Word.<sup>1</sup>

IV. [III.] All synods or councils since the apostles' times, whether general or particular, may err, and many have erred; therefore they are not to be made the rule of faith or practice, but to be used as a help in both.<sup>2</sup>

V. [IV.] Synods and councils are to handle or conclude nothing but that which is ecclesiastical: and are not to intermeddle with civil affairs which concern the commonwealth, unless by way of humble petition in cases extraordinary; or by way of advice for satisfaction of conscience, if they be thereunto required by the civil magistrate.<sup>3</sup>

#### CHAPTER XXXII.

*Of the State of Men<sup>4</sup> after Death, and of the Resurrection of the Dead.*

I. The bodies of men, after death, return to dust, and see corruption; but their souls (which neither die nor sleep), having an immortal subsistence, immediately return to God who gave them.<sup>5</sup> The souls of the righteous, being then made perfect in holiness, are received into the highest heavens, where they behold

*sit ordinatio Dei id ad in verbo suo designata.<sup>1</sup>*

IV. *Synodi omnes sive concilia post Apostolorum tempora, seu generales sive particulares, errori sunt obnoxia, quin neque pauca erraverunt. Proindeque fidei aut praxeos norma constituenda non sunt, verum in utrisque auxilii loco adhibenda.<sup>2</sup>*

V. *Synodi et Concilia id solum quod Ecclesiam spectat tractare debent et concludere; neque civilibus negotiis, quæ rem publicam spectant ingerere se debent, nisi humiliter supplicando in casibus, si qui acciderint, extraordinariis; aut consulendo, quoties id ab eis postulat Magistratus civilis, nempe quo conscientia illius satisfiat.<sup>3</sup>*

#### CAP. XXXII.

*De statu hominum post mortem, deque resurrectione mortuorum.*

I. *Hominum corpora post mortem ad pulverem rediguntur, et corruptionem vident: At animæ illorum (quæ quidem nec moriuntur nec obdormiunt) ut quæ subsistentiam habent immortalem, ad Deum continuo earum datorem revertuntur.<sup>4</sup> Animæ quidem Justorum iam tum perfecte sanctificatæ, cælis supremis ac*

<sup>1</sup> Acts xv. 15, 19, 24, 27-31; xvi. 4; Matt. xviii. 17-20.

<sup>2</sup> Eph. ii. 20; Acts xvii. 11; 1 Cor. ii. 5; 2 Cor. i. 24.

<sup>3</sup> Luke xii. 13, 14; John xviii. 36.

<sup>4</sup> [Am. ed. has *Man.*]

<sup>5</sup> Gen. iii. 19; Acts xiii. 36.

<sup>6</sup> Luke xxiii. 43; Eccles. xii. 7.

the face of God in light and glory, waiting for the full redemption of their bodies:<sup>1</sup> and the souls of the wicked are cast into hell, where they remain in torments and utter darkness, reserved to the judgment of the great day.<sup>2</sup> Besides these two places for souls separated from their bodies, the Scripture acknowledgeth none.

II. At the last day, such as are found alive shall not die, but be changed;<sup>3</sup> and all the dead shall be raised up with the self-same bodies, and none other, although with different qualities, which shall be united again to their souls forever.<sup>4</sup>

III. The bodies of the unjust shall, by the power of Christ, be raised to dishonor; the bodies of the just, by his Spirit, unto honor, and be made conformable to his own glorious body.<sup>5</sup>

#### CHAPTER XXXIII.

##### *Of the Last Judgment.*

I. God hath appointed a day wherein he will judge the world in righteousness by Jesus Christ,<sup>6</sup> to

*cipiuntur, ubi Dei faciem in lumine ac gloria intuentur, corporum suorum plenam redemptionem expectantes: Animæ vero improborum conjiciuntur in Gehennam, ubi inter diros cruciatus in tenebris exterioribus conclusæ manent, ad judicium magni illius diei asservatæ.*<sup>1</sup> *Locum autem animabus a corpore solutis extra hosce duos Scriptura Sacra non agnoscit ullum.*

II. *Novissimo illo die, qui compe- rientur in vivis non morientur quidem sed mutabuntur;*<sup>2</sup> *qui mortui fuerint resuscitabuntur omnes, ipsis- simis iis corporibus quibus viventes aliquando fungebantur, ac non aliis, utut qualitate differentibus; quæ de- nuo animabus quæque suis æterno conjugio unientur.*<sup>3</sup>

III. *Injustorum corpora ad dede- cus per potentiam Christi suscita- buntur; justorum autem corpora per spiritum ejus ad honorem, fient- que hæc conformia corpori ipsius glorioso.*<sup>4</sup>

#### CAP. XXXIII.

##### *De ultimo judicio.*

I. *Diem Deus designavit quo mun- dum in justitia judicabit per Jesum Christum;*<sup>5</sup> *cui a Patre data est*

<sup>1</sup> Heb. xii. 23; 2 Cor. v. 1, 6, 8; Phil. i. 23, with Acts iii. 21 and Eph. iv. 10; [Am. ed. 1 John iii. 2].

<sup>2</sup> Luke xvi. 23, 24; Acts i. 25; Jude 6, 7; 1 Pet. iii. 19.

<sup>3</sup> 1 Thess. iv. 17; 1 Cor. xv. 51, 52.

<sup>4</sup> Job xix. 26, 27; 1 Cor. xv. 42-44.

<sup>5</sup> Acts xxiv. 15; John v. 28, 29; 1 Cor. xv. 42; Phil. iii. 21.

<sup>6</sup> Acts xvii. 31.



whom all power and judgment is given of the Father.<sup>1</sup> In which day, not only the apostate angels shall be judged,<sup>2</sup> but likewise all persons, that have lived upon earth, shall appear before the tribunal of Christ, to give an account of their thoughts, words, and deeds; and to receive according to what they have done in the body, whether good or evil.<sup>3</sup>

II. The end of God's appointing this day, is for the manifestation of the glory of his mercy in the eternal salvation of the elect;<sup>4</sup> and of his justice in the damnation of the reprobate, who are wicked and disobedient.<sup>5</sup> For then shall the righteous go into everlasting life, and receive that fullness of joy and refreshing which shall come from the presence of the Lord:<sup>6</sup> but the wicked, who know not God, and obey not the gospel of Jesus Christ, shall be cast into eternal torments, and be punished with everlasting destruction from the presence of the Lord, and from the glory of his power.<sup>7</sup>

III. As Christ would have us to be certainly persuaded that there shall be a day of judgment, both to deter all men from sin, and for the

*omnis potestas et iudicium.<sup>1</sup> Quo quidem die non solum iudicabuntur Angeli apostatici,<sup>2</sup> verum etiam omnes homines, quotquot uspiam in orbe terrarum aliquando vixerint, coram Christi tribunali comparebunt, ut cogitationum, dictorum, factorumque suorum rationem reddant, recipiantque simul juxta id quod in corpore quisque fecerit, seu bonum fuerit sive malum.<sup>3</sup>*

II. *Eo autem consilio Diem hunc præstituit Deus, quo nempe misericordie suæ constaret gloria ex æterna salute electorum, justitiæ autem e damnatione reproborum, qui improbi sunt et contumaces. Tunc enim iusti introibunt in vitam æternam, recipientque plenitudinem illam gaudii ac refrigerii, quæ a præsentia Domini ventura sunt: Impii autem, qui Deum ignorant, quique Evangelio Jesu Christi non morem gerunt, in æternos cruciatus detrudentur, æternaque perditione punientur a præsentia Domini et a potentiæ ipsius gloria profligati.<sup>7</sup>*

III. *Quemadmodum Christus nobis, futurum esse aliquando diem iudicii, esse velit persuasissimum; tum quo omnes a peccato absterreantur,*

<sup>1</sup> John v. 22, 27.

<sup>2</sup> 1 Cor. vi. 3; Jude 6; 2 Pet. ii. 4.

<sup>3</sup> 2 Cor. v. 10; Eccles. xii. 14; Rom. ii. 16; xiv. 10, 12; Matt. xii. 36, 37.

<sup>4</sup> Rom. ix. 23; Matt. xxv. 21.

<sup>5</sup> Rom. ii. 5, 6; 2 Thess. i. 7, 8; Rom. ix. 22.

<sup>6</sup> Matt. xxv. 31–34; Acts iii. 19; 2 Thess. i. 7.

<sup>7</sup> Matt. xxv. 41, 46; 2 Thess. i. 9; [Am. ed. Isa. lxvi. 24].

greater consolation of the godly in their adversity: ' so will he have that day unknown to men, that they may shake off all carnal security, and be always watchful, because they know not at what hour the Lord will come; and may be ever prepared to say, Come, Lord Jesus, come quickly.' Amen.

CHARLES HERLE, *Prolocutor.*

CORNELIUS BURGESS, *Assessor.*

HERBERT PALMER, *Assessor.*

HENRY ROBROUGHE, *Scriba.*

ADONIRAM BYFIELD, *Scriba.*

*tum ob majus piorum solatium in rebus adversis: ' ita sane diem ipsum vult ab hominibus ignorari, quo securitatem omnem carnalem excutiant, et nunquam non sint vigilantes (quum qua hora venturus sit Dominus ignorant) utque semper sint parati ad dicendum Veni Domine Jesu, etiam cito veni.' Amen.*

<sup>1</sup> 2 Pet. iii. 11, 14; 2 Cor. v. 10, 11; 2 Thess. i. 5-7; Luke xxi. 27, 28; Rom. viii. 23-25.

<sup>2</sup> Matt. xxiv. 36, 42-44; Mark xiii. 35-37; Luke xii. 35, 36; Rev. xli. 20.

[Fac-simile of title-page of Westminster Larger Catechism.]


The Humble  
**ADVICE**  
Of the  
**ASSEMBLY**  
OF  
**DIVINES,**  
Now by Authority of *Parliament*  
fitting at WESTMINSTER;  
Concerning  
*A Larger Catechism:*  
Presented by them lately to both Houses  
of PARLIAMENT.

---

---

Printed at LONDON;  
AND  
Re-printed at EDINBURGH by *Evan Tyler*, Printer to  
the Kings most Excellent Majestie. 1647.

( 3 )



TO  
The Right honorable the Lords and  
Commons Asssembled in PARLIAMENT;  
The humble Advice of the Asssembly of Divines  
fitting at WESTMINSTER.  
Concerning  
A larger Catechism.

---

QUESTION.



*What is the chief and highest end of man?*

*A.* Mans chief and highest end is, to glorifie God, and fully to enjoy him for ever.

*Q.* How doth it appear that there is a God?

*A.* The very light of nature in man, and the works of God, declare plainly that there is a God: but his Word and Spirit only do sufficiently and effectually reveale him unto men for their salvation.

*Q.* What is the Word of God?

*A.* The holy Scriptures of the Old and New Testament are the Word of God, the only Rule of Faith and obedience.

A 2

*Q.* How

## THE WESTMINSTER SHORTER CATECHISM. A.D. 1647.

## CATECHISMUS WESTMONASTERIENSIS MINOR.

[This Catechism was prepared by the Westminster Assembly in 1647, and adopted by the General Assembly of the Church of Scotland, 1648; by the Presbyterian Synod of New York and Philadelphia, May, 1788; and by nearly all the Calvinistic Presbyterian and Congregational Churches of the English tongue. It was translated into Greek, Hebrew, Arabic, and many other languages, and appeared in innumerable editions. Although little known on the continent of Europe, it is more extensively used than any other Protestant catechism, except perhaps the Small Catechism of Luther and the Heidelberg Catechism. Want of space compels us to omit the Assembly's Larger Catechism, which is easy of access. For the same reason we have omitted the Scripture proofs.

The English original is conformed to the edition of the Presbyterian Board, compared with the London edition of 1658 and other older English and Scotch editions, which present no variations of any account. The Latin translation is from the Cambridge and Edinburgh editions, containing the Confession and both Catechisms, and reprinted in Niemeyer's Appendix.]

## THE SHORTER CATECHISM.

*Question. 1. What is the chief end of man?*

*Answer.* Man's chief end is to glorify God, and to enjoy him forever.

*Ques. 2. What rule hath God given to direct us how we may glorify and enjoy him?*

*Ans.* The Word of God, which is contained in the Scriptures of the Old and New Testaments,<sup>1</sup> is the only rule to direct us how we may glorify and enjoy him.

*Ques. 3. What do the Scriptures principally teach?*

*Ans.* The Scriptures principally teach what man is to believe concerning God, and what duty God requires of man.

*Ques. 4. What is GOD?*

*Ans.* God is a Spirit, infinite, eternal, and unchangeable, in his

## CATECHISMUS MINOR.

*Quæstio. Quis hominis finis est præcipuus?*

*Responsio. Præcipuus hominis finis est, Deum glorificare, eodemque frui in æternum.*

*Quæ. Quam nobis regulam dedit Deus, qua nos ad ejus glorificationem ac fruitionem dirigamur?*

*Resp. Verbum Dei (quod Scripturis Veteris ac Novi instrumenti comprehenditur) est unica regula, qua nos ad ejus glorificationem ac fruitionem dirigamur.*

*Quæ. Quid est quod Scripturæ præcipue docent?*

*Resp. Duo imprimis sunt quæ Scripturæ docent, quid homini de Deo sit credendum, quidque officii exigat ab homine Deus.*

*Quæ. Quid est Deus?*

*Resp. Deus est Spiritus essentia, sapientia, potentia, sanctitate, justi-*

<sup>1</sup> The London edition of 1658, Dunlop's Collection of 1719, and other editions read *Testament*.

being, wisdom, power, holiness, justice, goodness, and truth.

*Ques. 5. Are there more Gods than one ?*

*Ans.* There is but one only, the living and true God.

*Ques. 6. How many persons are there in the Godhead ?*

*Ans.* There are three persons in the Godhead : the Father, the Son, and the Holy Ghost ; and these three are one God, the same in substance, equal in power and glory.

*Ques. 7. What are the decrees of God ?*

*Ans.* The decrees of God are his eternal purpose according to the counsel of his will, whereby, for his own glory, he hath fore-ordained whatsoever comes to pass.

*Ques. 8. How doth God execute his decrees.*

*Ans.* God executeth his decrees in the works of creation and providence.

*Ques. 9. What is the work of creation ?*

*Ans.* The work of creation is God's making all things of nothing, by the word of his power, in the space of six days, and all very good.

*Ques. 10. How did God create man ?*

*Ans.* God created man, male and female, after his own image, in knowledge, righteousness, and holi-

*tia, bonitate ac veritate infinitus, æternus, ac immutabilis.*

*Quæss. Suntne plures uno Deo ?*

*Resp. Unus est unicusque, vivens ille versusque Deus.*

*Quæss. Quot sunt personæ in Deitate ?*

*Resp. In Deitate personæ tres sunt, Pater, Filius, ac Spiritus Sanctus ; suntque hæ tres personæ Deus unus, substantia eædem, potentia ac gloria coæquales.*

*Quæss. Quid sunt decreta Dei ?*

*Resp. Decreta Dei sunt æternum ejus propositum secundum voluntatis suæ consilium, quo quicquid unquam evenit, propter suam ipsius gloriam præordinavit.*

*Quæss. Quomodo decreta sua exequitur Deus ?*

*Resp. Deus exequitur decreta sua creationis operibus ac providentiæ.*

*Quæss. Quid est opus creationis ?*

*Resp. Opus creationis est quo Deus per verbum potentiæ suæ omnia sex dierum spatio ex nihilo condidit, atque omnia quidem valde bona.*

*Quæss. Qualem creavit Deus hominem ?*

*Resp. Deus hominem creavit marem ac fœminam, juxta suam ipsius imaginem, in cognitione, justitia ac*

ness, with dominion over the creatures.

*Ques. 11. What are God's works of providence ?*

*Ans.* God's works of providence are his most holy, wise, and powerful preserving and governing all his creatures, and all their actions.

*Ques. 12. What special act of providence did God exercise towards man, in the estate wherein he was created ?*

*Ans.* When God had created man, he entered into a covenant of life with him, upon condition of perfect obedience; forbidding him to eat of the tree of knowledge of good and evil, upon pain of death.

*Ques. 13. Did our first parents continue in the estate wherein they were created ?*

*Ans.* Our first parents, being left to the freedom of their own will, fell from the estate wherein they were created, by sinning against God.

*Ques. 14. What is sin ?*

*Ans.* Sin is any want of conformity unto, or transgression of, the law of God.

*Ques. 15. What was the sin whereby our first parents fell from the estate wherein they were created ?*

*Ans.* The sin whereby our first parents fell from the estate wherein

*sanctitate, dominium habentem in creaturas.*

*Quæes. Quænam sunt opera Divinæ providentiæ ?*

